
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
9 B
4



ARISTOTELIS STAGYRITAE LIBRI

METAPHY. XII. *cum singulorum Epitomatis hactenus non impreßis: Auerroeq; eius fideliß. interprete, ac M. Anto. Zimare apostillis: necnon duobus alijs lib. quos Aristotelem redolere docti contendunt, in quibus tam exactam diligentiam inuenies, ut nulla ex parte dānare poßis.*



LVGD. APVD IACOBVM GIVNCTAM,
ANNO. M. D. XLII.

ARISTOTELIS STA-
gyritæ Liber Primus Metaphysi.cum Auer. Cordubẽsis commentarijs fauste incipit.



Liber Primus Metaphysicæ diuidit in quatuor partes.

In prima quę est procœmium: trahit auditorem ad beneuolentiā & amorem scientiæ metaphysices: cum dicit, Omnes homines natura scire desiderant. & hoc in primo cap.

In secunda parte narrat opinionem philosophorũ circa causas & principia. & hoc a. 2. c. vsq; ad primā partem. 10. tex.

In tertia parte arguit contra illos qui ponebant principia rerũ naturaliũ esse corpora: & contra illos qui ponebāt principia rerũ naturaliũ esse incorporea. & hoc a. 2. parte. 10. tex. vsq; ad. 49.

In quarta parte recapitulat dicta: dicens, q philosophi posuerunt omnes causas licet obscure & balbutiendo: & continuat dicta dicendis: & hoc. a. 50. tex. vsq; in finem.

PROEMIVM.



Mnes homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio: præter enim vtilitatem propter seipsos diliguntur: & maxime aliorum qui est per ipsos oculos. non enim solum vt agamus: sed & nihil agere debẽtes: ipsum videre præ omnibus vt dicam alijs eligimus. causa autẽ est: quia hic maxime sensuũ cognoscere nos facit: & multas rerum differentias demonstrat. Animalia quidẽ igitur sensum habẽtia natura fiunt. ex sensibus autẽ quibusdā quidẽ ipsorũ memoria non fit: quibusdā vero fit: & propter hoc alia quidem prudentia sunt: alia vero disciplinabiliora non potẽtibus memorari. Prudentia quidem sunt sine addiscere quæcunq; sonos audire non potentia sunt: vt apes. & vtiq; si aliquod aliud genus animalium huiusmodi est. addiscunt autem quæcunq; cum memoria: & hunc habent sensum. Alia quidẽ igitur imaginationibus & memorijs viuunt: experimenti autem parum participant. Hominum autem genus arte & rationibus. Fit autem ex memoria hominibus experimentum. Eiusdem nanque rei multe memorie vnius experientiæ potentiam faciunt: & fere videntur scientiæ & arti simile experimentum esse. Hominibus autem scientia & ars per experimentum euenit. Experientia quidem enim artem fecit: vt Polus recte dicens:

A

B

C

D Apes auditu carent.

E Experiẽtia

artem fecit: sed in experientia casum.

dicens: sed in experientia casum. Fit autem ars cum ex multis experimẽtalibus conceptionibus vna fit vniuersalis velut de similibus acceptio. acceptionẽ eñ quidẽ habere: qđ callie & socrati hac egritudine laborantibus hæc cõtulit: & ita multis singularium experimenti est. Quod autem omnibus huiusmodi

F secundũ autẽ vnam speciem determinatis hac egritudine laborãtibus cõtulit: vt phlegmaticis: aut cholericis: aut æstu febricitantibus artis est. Ad agere quidem igitur experientia nihil ab

G arte differre videtur: sed & expertos magis proficere videmus sine experientia rationẽ habentibus. causa autem est: quia experientia quidem singularium est cognitio: ars vero vniuersaliũ.

Act⁹ & oẽs generatiões circa singulare sunt.

Actus autẽ & omnes generationes circa singulare sunt. nõ eñ hominem medicus sanat nisi sc̃dm accidens: sed aut calliam: aut socratẽ: aut aliquod sic dictorum: cui esse hominẽ accidit.

H Si igitur sine experimẽto quis rationem habeat: & vniuersale quidem cognoscat: in hoc autem singulare ignoret: multotiẽs quidem curatiõe peccabit: singulare namq; magis curabile est.

I Sed tamen scire & obuiare magis arte quã experimento esse arbitramur: & artifices expertis sapientiores esse opinamur: tanquã magis secundũ scire sapientia oĩa sequente. hoc autem est:

K quia hi quidem causam sciunt: illi vero non experti quidẽ eñ sciunt ipsum quia: sed propter quid nesciunt: illi autem propter

L quid & causam cognoscunt. vnde & architectores circa quodlibet quidẽ huiusmodi honorabiliores & magis scire manu artificibus putamus & sapientiores: qa factorũ causas sciunt. illi

M vero sicut quædam inanimatorum faciunt quidem: non sciẽtia autem faciunt: quæ faciũt: vt ignis quod exurit: inanimata quidem igitur natura quadam vnumquodque horum facere: sed manu artifices propter consuetudinem est tanquã non secũdũ practicos esse sapientiores sint: sed secũdũ qđ rationem habent ipsi & causas cognoscũt. Et oĩno scientis signũ est posse docere: & ob hoc artẽ magis experimento sciẽtiã esse existimamus.

Oĩno scientis signũ est posse docere.

Possunt autem hi: hi autem docere non possunt: amplius autẽ

N sensuum neq; vnum sapiẽtiam esse ponimus cũ his singulorũ cognitiones maxime proprie sint: sed propter quid de nullo dicunt vt propter quid ignis calidus: sed quia calidus solum sit.

O Primum quidem igitur conueniens est quamlibet artem inuenientem vltra omnes sensus ab hominibus mirari: nõ solũ ꝑpter aliquam inuentorum vtilitatẽ: sed sicut sapiẽtẽ & ab aliis distin-

diſtinguentem. pluribus autem repertis artibus & aliĳs quidẽ ad neceſſaria: aliĳs vero ad introductionem exiſtentibus: tales illis ſapientiores eſſe arbitrandũ eſt: propter id quod illorũ ſcientiæ ad vſum non ſunt. Vnde iã omnibus talibus inſtitutis quæ non ad voluptatem: necꝫ ad neceſsitatẽ ſcientiarũ reperte ſunt. & primum in his locis vbi vacabãt. vnde circa egyptũ mathematicæ artes primum conſtiterunt: ibi namcꝫ gens ſacerdotũ vacare dimiſſa eſt. In moralibus quidem igitur quæ ſit artis & ſciẽtiæ differentia: & ſimilium generum: dictum eſt. cuius autẽ gratia nunc ſermonem facimus hoc eſt: quia nominatam ſapiẽtiã circa primas cauſas & principia exiſtimant omnes. Quare ſicut dictum eſt prius expertus quid quæcuncꝫ ſenſum habentibus ſapientior eſſe videtur. artifex enim expertis: architector autem manu artifice: ſpeculatiui autem magis actiuis. Quod quid igitur ſapientia & circa quaſdam cauſas & principia ſit ſcientia manifeſtum eſt. P Q R S

CAPVT I.



Voniam autem ſcientiam hanc quæſimus: circa quales cauſas & circa qualia principia ſcientia ſapientia ſit: hoc vticꝫ erit conſiderãdum. Si itacꝫ accidiat aliquis exiſtimationes quas de ſapiente habemus: fortaſsis ex his manifeſtius fiet: itaque primum exiſtimamus ſapiẽtem omnia maxime ſcire vt contingit. accipimus enim non ſingularẽ ſciẽtiã eorum habentem. Poſtea difficilia cognoſcere potẽtem: nec leuia homini noſcere hunc dicimus ſapientem. Sentire enim oĩum eſt commune: quare facile & non ſophõ. Adhuc certiorem: & magis cauſam dicentem ſapientem circa omnem ſciẽtiã eſſe. Et ſciẽtiarũ aũt ea quæ ſuĳpſius cauſa: & ſciẽdi gratia eligibilis eſt magis eſt ſapiẽtia: quã quæ euenientiũ gratia.

Cõditiones requiſitę ad ſapientem. T Singulariũ non eſt ſciẽtia. V

Et principaliorem ſubſeruiente magis eſſe ſapientem: non enim ordinari ſed ordinare oportet ſapientem: necꝫ hunc ab altero: ſed ab hoc minus ſapiẽtẽ pſuaderi. tales quidẽ igiẽ exterminationes & tot de ſapiẽtia & ſapientib⁹ habemus. Iſtorũ autem hæc quidem omnia ſcire vniuerſalem ſcientiam maxime habenti ineſſe neceſſe eſt. hic enim nouit omnia aliqualiter ſubiecta. Fere autem & difficillima ſunt hominibus: ad cognoſcendũ quæ maxime ſunt vniuerſalia: nã à ſenſibus ſunt remotiſsima. ſcientiarũ vero certiſsimæ ſunt quæ maximæ priorũ ſunt: nã quæ ſunt ex pauciorib⁹ certiores ſunt his quæ ex ad

X Vniuerſalia ſunt difficillima ad cognoſcendũ. Y

ditione dicunt: vt arithmetica geometria. At verò & doctrina quæ causarũ est speculatrix magis. nãq; hi docẽt qui causas de
3 singulis dicũt. Et noscere & scire sui grã maxime inest ei quæ maxime scibilis sciẽtiæ. nãq; q scire ꝓpter se desiderat: ipsam maxime scientiam desiderabit. talis autẽ est quæ maxime scibilis. maxime autem scibilia principia causæ: nã propter hoc & ex his alia dignoscunt: sed hæc per subiecta. Maxime verò principalis scientiarũ & magis principali subseruiẽte quæ cognoscit cuius causa sunt agenda singula: hoc autem est bonum vniuscuiusq;: totaliter aũt optimum in natura omni. Ex omnibus ergo quæ dicta sunt in candẽ cadit scientiã quæsitum nomen: oportet enim hanc primorũ principiorũ & causarũ esse speculatiuã. etenim bonum & quod cuius gratia vna causarũ est. Quare verò nõ actiua palam ex primũ philosophantibus: nã propter admirari homines: & nũc & primum incæperunt philosophari. à principio quidẽ per pauciora dubitabiliũ mirantes: deinde paulatim procedẽtes: & de maioribus dubitantes vt de lunę passiõibus: & de his quæ circa solẽ & astra: & de

Propter admirari hoĩes & nunc & primũ cœperunt philosophari.

AA vniuersi generatiõe. Qui verò dubitat & admiratur: ignorare videtur: quare & Philomites aliqualiter philosophus est. fabula nãq; ex miris constituitur: quare si ad ignorantiam fugiendã philosophati sunt palã: quia propter scire studere persecuti sunt: & non ad vsus alicuius causa. Testatur autẽ ipsum quod accidit: nã fere cunctis existentibus quæ sunt necessariorum ad

BB voluptatem & eruditionem talis prudẽtia inquiri cæpit. palã igitur quia propter nullã ipsam quærimus aliam necessitatẽ: sed vt dicimus homo liber q sui met & nõ alterius causa est: sic & hæc sola libera est sciẽtiarũ: sola nãq; hæc sui causa est: propter quod & iuste nõ humana putetur eius possessio. Multipliciter enim hominũ natura serua est: quare secundum Simonidem: solus quidem deus hunc habet honorem: vtrum verò nõ dignũ quærere quæ secundũ se est scientiam. Si autem dicunt illi quidẽ poëtæ quia diuinũ natum est inuidere: & hoc contingere maxime verisimile & infortunatos oẽs supfluos esse. sed

Sola hic sciẽtiarũ libera est.

Hoĩm natura multipliciter serua est.

CC nec diuinum inuidũ esse conuenit: sed secundũ prouerbia multa mentiuntur poëtæ. nec tali aliam honorabiliorẽ oportet existimare. nam maxime diuina & maxime honorãda. Talis autem dicitur vtiq; erit solũ: quã enim maxime deus habet: dea scientiarum est: & vtiq; si sit diuinorum aliqua: sola autem istã

Mẽtiuntur multa poëtæ.

ambo

ambo hæc sortita est, deus enim videtur omnibus causa esse & principiū quoddā, & talem solus aut maxime deus habet necessario res quidē igitur omnes: ipsa vero dignior nulla. Oportet autem aliqualiter constituere ordinem ipsius ad contrariū nobis quæ à principio quæstionū: incipiūt quidem enim vt diximus omnes ab admirari si ita habent quemadmodū anthonomata nondū speculātibus causam vt circa solis cōuersiones aut diametri cōmensurationem, mirū enim videtur esse omnibus siquid numerorū nunc mensuratur, oportet autem in contrariū vt ad dignius iuxta prouerbiū cōfirmare: quemadmodū & in his cū didicerit, nihil enim ita mirabitur vir geometribus quā si diametri cōmensurabilis fiat. Quæ quidē igitur sit natura scientiæ quæsitæ: dictū est, & quæ sit intentio qua oportet adipisci quæstionem, & totā methodū. CAPVT. II.

DD Deus oībus videtur causa esse & prīcipium.



QVONIAM autem manifestū q̄ earū quæ à principio causarū oportet sumere scientiā, tūc enim scire dicimus vnūquodq; quādo primam causam cognoscere putamus. Causæ vero quadrupliciter dicūtur quarū vnā quidem causam dicimus esse substātiam & quod quid erat esse: reducitur enim in ipsam quare primū ad rationem vltimā: causa autem & principiū ipsum quare primū. Vnā vero materiā & subiectū, tertiā autem vnde principiū motus: quartā vero ei causam oppositam, & quod est cuius causa & bonū, finis enim generatiōis & motus omnis est. Sufficiēter enim quidem igitur de his speculatū est in his quæ sunt de natura, accipiamus tamen à nobis priores ad entiū perscrutationem venientes & de veritate philosophantes, palam enim quia & illi dicūt principia quædā & causas. Si igitur illorū scientias in mediū attulerimus: aliquid euenerit sane quod ad propositū doctrinæ huius accōmodabitur. Aut enim aliud aliquod commune genus inueniemus: aut modo magis dictis credemus. Primū igitur phylosophantiū plurimi solas eas quæ in materiæ specie putauerunt omniū esse principia: nam ex quo sunt omnia entia, & ex quo fiunt primo & in quid corrūpetur vltimo: substantia quidem manente: in passionibusve ro mutata: hoc elementum, & id principiū dicūt esse eorū quæ sunt, & ꝓpter hoc nō generari quicq̄ putāt: neq; corrūpi: quasi tali natura semper conseruata sicut neq; dicimus Socratem: neq; generari simpliciter, quādo fit bon⁹ aut musicus: neq; cor

A

B

Opiniones circa causā materialem.

C

Thaletis opinio ponẽtis aquã principium.

rũpi quãdo deponit habitus istos: propterea quod subiectum maneat sortes ipse sicut nec aliorũ nihil. Oportet igitur esse aliquã materiã aut vnã aut plures, vna ex quibus fiunt alia cõseruata.

E Pluralitatẽ tamen speciẽ talis principij non idem omnes dicunt: sed Thales quidẽ talis phylosophiæ princeps aquã ait esse, vnde & terrã esse super aquã asserebat: forsan opinionem hãc accipiens: quia cunctorũ nutrimentũ humidũ videbat esse & ipsum calidũ ex hoc factũ, & animal hoc viuere ex quo fit vero hoc est principiũ omnium, propter hoc igitur eã est accipiens existimationẽ, & quia cunctorũ spermata materiã habent humidã: aquæ vero natura principium est humidis. Sunt autẽ aliqui antiquiores & multũ ante eam quæ est nunc generationẽ & primos theologizantes sic putant de natura existimandũ. Occeanũ enim & Tethym generationis parẽtes fecerunt sacramentũ deorũ aquã stygem ab ipsis poëtis vocatam, honorabilius enim quoniã antiquis: sacramentũ autẽ quod honorabilius.

F Siquidẽ igitur antiquorũ aliqua ista, & senior fuit de natura opinio forsan vtiq; incertũ erit. Thales quidẽ secundum hunc modũ pronũciasse dicitur de prima causa. Hipponẽ quidẽ enim omniũ nõ vtiq; aliquis dignificabit posuisse cum his propter sui intellectus prauitatẽ.

Anaximenis & Diogenis opinio.

G Anaximenes autem & Diogenes aërem priorẽ aqua, & maxime principiũ simpliciũ corporũ ponunt. Hippasus autem metapontinus & Heraclitus ephesius ignem. Empedocles vero quatuor cum dictis addens terrã quartũ: ea nãq; dixit semper manere & nunquã fieri nisi pluralitate & paucitate cõgregata & disgregata in vnũ ex vno. Anaxagoras verò clazomenius isto quidẽ etate prior: factis verò posterior: infinita dicit esse principia, nã ferè omnia corpora partiũ cõsimiliũ: vt ignẽ aut aquam: ita generari aut corrũpi ait cõgregatione & disgregatione solũ: aliter autem nec generari nec corrũpi: sed manere sempiterna.

Hypasi & Hera. opinio. Em. opinio Anaxagore opinio.

H Ex his quidẽ igitur solã quis causam intelliget eã quæ in materie specie dicitur. Procedẽtibus autẽ sic ipsa res viam verbi fecit & coegit quærere, si enim quã maxime omnis corruptio & generatio ex aliquo vno aut pluribus est: quare hoc accidit & quæ causa nõ vtiq; facit ipsum subiectũ trãsmutare seipsum, dico autem velutí neq; lignũ neq; ęs alterurũ horum permutãdi est causa neq; enim lignũ facit lectũ, neq; ęs statuã: sed aliud quid mutationis causa est, hoc autẽ quærere est aliud principiũ quærere:

Opiniones de causa efficiente.

I

vt si

vt si nos dicamus vnde principiũ motus. Igitur omnino qui talẽ à principio viã tetigerunt,& vnũ esse subiectũ,nihil diffi cultatis sibimet fecerunt,verũ quidẽ vnum omne dicentiũ qua si ab ea quæstione deuicti ipsum vnũ immobile dicunt esse,& naturã totam non solũ secundũ generationẽ & corruptionem hoc enim antiquũ est & quod omnes esse confessi sunt:verum & secundum aliquã mutationẽ omne est,& hoc eorũ est pro priũ.Vnum ergo solũ dicentiũ ipsum esse nulli talem intelli gere causam conuenit:nisi forte.Parmenidi, & hoc in tantum quia non solũ vnam causam sed & duas aliqualiter ponit esse causas,plura verò facientibus magis conuenit dicere:vt ipsum calidũ.& frigidũ:aut ignẽ:aut terrã vtuntur enim quasi motiuã habẽte materiã igne:aqua verò & terra & huiusmodi ecõ uerso.Post hos autẽ & talia principia tanquã nõ sufficiẽtibus existentiũ generare materiã,iterũ ab ipsa veritate velut aieba mus coacti habitũ quæsierũt principium,ipsius enim & bene hoc quidẽ eorũ quæ sunt habetur illa nõ fieri forsan neq; ignẽ neq; terrã neq; aliud nihil:nec veri simile causam esse nec illos cõueniens existimare:neq; iterum ipsi antomatho & fortunæ tantã cõmittere rem bene habere:dicens,& aliquis intellectũ inesse qnẽadmodũ etiã in animalibus & natura causam & mũ di & ordinis totius vt excitans apparuit priores omnia præter cõueniẽtia dicentes.Palã quidẽ igitur Anaxagorã scimus hos sermones tetigisse:attamẽ habet prius Hermotinus clazome nus causam dicendi.Siquidẽ igitur opinãtes similis ipsius be ne causam principiũ existẽtiũ esse posuerunt,& tale vnde,mo tus existẽtibus inest.Suspicabitur autẽ vtiq; aliquis Hesiodum primũ quęsiuisse huiusmodi,& vtiq; si quis alius amorẽ aut desideriũ inexistentibus quasi principiũ posuisset,& Parme nides etenim hic tentans mõstrare vniuersi generationem,pri mũ qui dẽ ait deorsum amorẽ fore prouidentẽ omnibus.Hesio dus verò omniũ primũ chaos fuisse:deinde terrã latã & amo rẽ qui omnia cõdocet immortalia:quasi necessariũ sit inexisten tibus causam quæ res ipsas moueat vt cõgreget.His quidẽ igi tur quomodo oporteat distribuere de hoc quis primus liceat iudicare posterius.Quoniã autẽ cõtraria bonis inesse videban tur in natura,& nõ solũ ordinatio & bonũ:sed inordinatio & turpe & plura mala melioribus & praua bonis:sic alius ali quis amorẽ introduxit & litẽ:singula singulorũ causam horũ,

L M N Hesiodus Dictum parmenidis. Alia litera turpia & honestis. O

siquis enim assequatur & accipiat ad intellectũ & nõ ad quæ balbutit dicens Emped. inuenit amorem quidem causam esse bonorũ: litem vero malorũ, quare siquis dixerit quodãmodo dicere Empedoclem bonũ & malum principia forsan bene di cet: si bonorũ omniũ & bonũ est causa, & malorũ malum, isti quidem igitur sicut diximus & vsq; ad hoc duas causas tetigerunt: quas in physicis determinauimus materiã quidem, & id vnde motus principiũ obscure quidem & non manifeste. Sed qualiter in bellis ineruditi faciunt: etenim illis circũducti sæpe bonas plagas faciunt, at ne illi ex scientia: nec isti sunt assimilati scientibus dicere quod dicũt, his enim fere vsi videntur nihil nisi parũ. Anaxagoras autẽ artificialiter vtitur ad mũdi generationem intellectu, nã quando dubitat quæ causa ex necessitate inest: tunc tradit ipsum: in aliis vero omnia magis causatur eorũ quæ fiunt quã intellectũ. Empe. plus quidẽ vtitur causis: sed tamẽ nec sufficiẽter: nec in his inuenitur q̃ cõcessum est, ã multis igitur arguitur in locis apud ipsum amor disgregat: lis aũt cõgregat: nã cũ in elementa quidem ipsum esse ã lite, distrahitur: tũc ignis in vnũ & elementorũ aliorũ singula cõcernũtur cum autem iterũ in vnum ab amore cõueniunt: necesse est rursum vt ex singulis particulares secernãtur. Empedocles quidem igitur præter priores prius hanc causam diuidens induxit non vnũ faciens motus principium: sed diuersa & contraria. Amplius autem quæ in materiæ specie dicũtur elementa quatuor: primus dixit, nõ tamen vtitur quatuor, sed vt duobus existentibus solũ igne quidẽ secũdũ se: oppositis vero quasi vna natura terra & aere & aqua, sumet aũt vtiq; aliquis id speculãs ex versibus, hic quidẽ igitur sicut diximus sic & tot dixit principia.

Mens.

Leucippus & democri. opinio.

Leucippus vero & collega eius Democritus elementa quidẽ plenũ & inane dicunt esse dicentes velut, hoc quidem ens: illud vero nõ ens, horum autem: plenũ quidem & solidũ ens: inane quidem nõ ens: propter quod & nihil magis ens non ente: aut esse dicunt: quia nec inane corpore, causas autem entiũ hæc vt materiã. Et quemadmodum qui vnum faciunt subiectam substantiã alia passionibus eius generant: rarũ & spissum principia passionũ ponentes: eodem modo & hi dictas causas aliorũ dicunt esse: has vero tres dicũt esse: figuram, ordinem, & positionem. Differre enim aiunt ens, & rythmo, & dyathigi, & tropi solũ. Horũ autem rithmus figura est, & dyathigi est ordo:

do:& tropi poſitio. Differt enim.a.a.b.figura:an autẽ a. na. ordine. z. autẽ ab. n. poſitione. De motu verò vnde & quomodo ineſt exiſtentib⁹ & hi alijs:& ſimiliter negligẽter dimiſerunt. De duabus quidẽ igit̃ cauſis vt dixim⁹ intantũ videt̃ quæſitũ eſſe prius. In his aũt & ante hoc vocati pythagorici mathematica tãgẽtes primi aũt ꝑduxerũt:& ĩ eis nutriti horũ principia oĩa eſſe putauerũt. horũ aũt qm̃ numeri natura ſunt primi:& in numeris videbant̃ multas ſpeculari ſimilitudines: & exiſtentib⁹ & factis magis ꝙ in igne & aqua & terra:qa talis numerorũ quidẽ paſsio iuſtitia:talis aũt anima & intellectus: alia verò tẽpus & aliorũ vt eſt dicere vnũquodqꝫ ſiſr.amplius aũt & harmoniarũ in numeris ſpeculãtes paſsiões & ratiões: qm̃ & alia quidẽ numeris ſecundũ naturã omnẽ videbant̃ aſsimilata eſſe. Numeri aũt oẽs natura primi elementa numerorũ exiſtentiũ elemẽta cunctorũ eſſe exiſtimauerat & totũ cælũ & harmoniã eſſe & numerorũ & quæcũqꝫ habebant̃ cõfeſſa mõſtrare:& in numeris & harmonijs ad cæli paſsiones & ad partes:& ad ornatũ totũ hoc colligẽtes adaptãt. & ſi qd alicui deficiebat annectebant vt ipſis totum negociũ eſſet connexũ. dico autem puta quoniã defectus denarius eſſe videt̃:& omnẽ comprehẽdere naturã numerorũ:& quæ ſecundũ cælũ ferunt̃: decẽ quidẽ eſſe dicunt. ſolis aũt nouem exiſtentibus manifeſtis:ideo antichanam decimam faciunt. De his aũt certius eſt à nobis in alijs determinatũ. Sed cuius quidẽ gratia ſuperuenim⁹ hoc eſt vt accipiamus & de his quæ poſſunt eſſe principia: & quomodo in dictas cadunt cauſas videntur:& hi numerum putare principium eſſe. & quaſi materiã exiſtentibus: & quaſi paſsiones & habitus. Numeri verò elementa par & impar:& horum hoc quidem finitum:illud verò infinitum. vnum autem ex his vtriſqꝫ eſſe:etenim parem & imparem : numerum autẽ ex vno numeros:ſicut dictum eſt totum cælum. Eorundem autem alij decem dicunt eſſe principia ſecundũ correlationem dicta finitum & infinitum: par & impar : vnum plurale:dextrũ ſiniſtrũ:maſculinũ fœmininũ:quieſcens motũ:rectũ curuũ: lucem tenebras:bonum malũ: lõgius altera parte quadrãgulare: quẽadmodũ Alcmeõ crotoniates ſuſcipere exiſtimat̃: aut hic ab illis:aut illi ab hoc hunc ſermonem acceperunt. etenim fuit etate Alcmeon ſene exiſtẽte Pythagora. his verò conſimiliter enumerauit. nam ait eſſe duo multas humanorum dicens contrarietates:

Alcmeõ crotoniates.

trarietates:non ficut hi determinatas:fed quafcunq; : vt album nigrum:dulce amarũ:bonum malũ:magnũ paruũ: hic quidẽ indeterminate ꝓiecit de cæteris. Pythagorici verò & quot & quæ cõtrarietates enũciarunt. ab his ergo ambobus tm̃ eſt accipere:quia cõtraria ſunt exiſtentiũ principia: quot verò ab alijs:& quæ hæc ſint:qualiter tñ ad dictas cauſas cõuenit adducere:plane quidẽ nõ eſt dearticulatũ ab illis.videntͬ aũt in materie ſpecie elemẽta ordinare.ex his em̃ vt ex eis quæ inſunt conſtituti & plaſmari dicũt ſubſtantiã.Antiquorũ quidẽ igitur elemẽta naturæ plura dicẽtiũ:ex his ſufficiẽs eſt intellectui ſpeculari.Sũt autẽ aliqui qui de omni quaſi vna exiſtẽte natura enũciauerũt.modo verò nõ eodẽ omnes:neq; ipſius bene:neq; ſecundũ naturã.ad præſentẽ quidẽ igitͬ cauſarum perſcrutationẽ nullatenus congruit de ipſis ſermo:nõ enim vt philoſophorũ quidã qui vnum poſuerunt ipſum eſſe ens:tamen generant ex materia quaſi ex vno:ſed alio dicunt hi modo. illi nanq; motum apponunt ipſum eſſe generantes:hi verò immobile dicũt eſſe:attamen tantum conueniens eſt præſenti ſpeculatiõi. Parmenides quidem enim videtur vnum ſecũdum rationem tangere. Meliſſus verò ipſum ſecundum materiam: quare & hic quidem infinitum:ille verò infinitum id ait eſſe. Xenophanes verò primus horũvnum dixit. Parmenides enim qui huius dicitur diſcipulus nihil explanauit:neq; de natura horum neuter viſus eſt tangere : ſed ad totum cęlum reſpiciens ipſum vnum dicit eſſe deum.Hi quidem ſicut diximus prætermittendi ſunt ad præſentem inquiſitionem : duo quidem & penitus tanquã exiſtentes parum agreſtiores.Xenophanes & Meliſſus.Parmenides autem nihil videns viſus eſt dicere:nam præter ens nihil dignatur eſſe ex neceſsitate ens opinatur eſſe vnum : & aliud nihil:de quo manifeſtius in phyſicis diximus.coactus verò apparẽtia ſequi:& vnum quidem ſecundum rationem:plura verò ſecundum ſenſum opinans eſſe duas cauſas & duo principia.Rurſus ponit calidum & frigidum : vt ignem & terram dicens. horum autem quoniam ſecundum ens calidum ordinat:alterum verò ſecundum non ens. CAP. III.



EX dictis quidem igitur de rationi cõſentientibꝰ iã ſapientibꝰ hoc accepimus:à primis quidem principium eſſe corporeũ: aqua nanq; & ignis & ſimilia corpora ſunt;& ab his quidẽ vnũ; ab illis verò plura

ra principia corporea:vtrisq; tamen hæc nihil materię specie ponentibus & cum hac illā vnde motus: & hanc ab his quidē vnam:ab illis verò duas. Posuerunt principium cuiuslibet speciei corporum vnum quasi species materiæ.quidam autem posuerunt istam causam & coniunxerunt illud ex quo fit motus:& quidam posuerunt ista duo.& quidam vnum.

Quia antiqui primi naturales conueniunt in hoc:quod principium omnium generabilium est vnum quatuor elementorū: & quidam ponunt ipsum ignem:& quidam aerem: & quidā aquā.præter terrā nisi ponentes leges. Deinde de ipsis narrando posuerunt principium &c.id est antiqui vero posuerunt principium vnum ex qualibet specierum corporum simplicium,scilicet quia quidam posuerunt ignē:quidā aquam:quidam aerem. Et dixit quasi species materie:quia materia est in potentia:ista autē in actu:& quia materia a in rei veritate nō generatur neq; corrumpitur:ista autē sunt generabilia & corruptibilia:& isti non perceperunt de causis nisi materialem. D.d.quidam autem posuerunt &c.id est quidam aūt dixerūt causam materialem esse:& addiderunt causam mouentem & agentē:& istorum quidam ponunt istam causam esse vnam:& quidam duas.

1 Oēs ātiqui posuerūt aliquod elemētū ꝓ principio excepta terra pręter ponentes leges.Idē infra A te.cō.12.& 14.idē primo de aīa.text.cō.32.

a Materia ī rei veritate neq; gñatur neq; corrūpit.Idē primo phy.82.sed vide oppositū prio ph.cō.60.

Igitur vsq; ad italicos & absq; illis mediocrius dixerūt alij de ipsis:attamen vt diximus duabus sunt causis vsi: & harum alteram:hi quidem vnam:illi verò duas faciunt illā: vnde motus. Vsq; ad tempus italorum & locuti sunt de istis alij modicum:sed sicut dixi qui ponūt causas duas diuersantur in alia causa.quidam enim dicunt ipsam esse vnam: & quidam duas, scilicet illud ex quo fit motus. 2

Potest intelligi per hoc quod dicit vsq; ad tempus italorum quod hi sciuerunt has duas causas.s.materialem & agentem.D.d.& locuti fuerunt de ista alij modicum, scilicet de causa formali: narrauit enim hoc in alio tractatu de Empe.scilicet quod volebat demōstrare quid est os: & quid est caro:sed non propalauit quod forma rei debet esse principiū aliud a sex principijs,scilicet quatuor elemētis & lite & amicitia quæ ipse ponebat.Deinde dixit,sed sicut dixit &c.& innuit Anaxa.qui ponebat intellectum esse motorem tantum.& Empedo.qui ponebat duos motores,scilicet amicitiam & litem.

Pythagorici verò duo qdē principia faciūt secūdum eundē modū:tantū autē addiderūt q & propriū eorū est:quia finitū & infinitum & vnum non aliquas alias putauerunt etiam naturas vt ignem:aut terram aut aliud aliquid tale:sed infinitum ipsum & vnum horum esse substantiam de quibus prædicantur:quapropter & numero esse substantiā omnium. Pythagorici aūt dixerūt duo principia esse secundū hūc modū:& est illud qd declaratū fuit eis:& est ꝓpriū eis dicere finē:& vnum

& infinitū:

& infinitum:& non sunt assueti aliud appellare naturam. V.g. ignem & terram & similia:sed ipsum infinitum & vnum est substantia:& ex istis ea quæ ponũt & numer it in græco albũ.

3 D.Pythagorici autem conueniunt cum naturalibus in hoc q̃ dicunt. qđ principia sunt duo:sed secundũ modũ qui apparuit eis nõ secundum modum qui apparuit naturalibus. Et cum.d.hoc in quo conueniunt hæ duæ sectæ.d.q̃ est proprium pythagoricis.&.d.& est propriũ eis dicere &c.i.pythagorici ponunt hæc duo principia. Vnum autem eorum finem & vnum quæ significãt eandẽ intentionem apud eos. Secundum autem principium ponũt infinitum. Et hæc duo secundum istos sunt secundũ materiã & formã:nõ secundũ materiã & agẽs sicut erãt apud antiquos naturales. D.d.& nõ sunt assueti appellare &c.i. & ista hoies cum hoc q̃ ponũt hæc duo principia cõmunia omnibus naturalibus nõ ponũt principiũ naturale rebus naturalibus: sicut fecerũt naturales de hoc qđ ponũt principiũ naturale rerum naturaliũ.V.g. ignem & terrã: & innuit p hoc diminutionem earum cum non posuerunt rerum naturalium principium naturale. Non enim posuerunt hæc duo principia nisi secundum quod opinabantur illa esse principia rerum:& quod numerus est substantia rerũ naturalium, & qđ principia substantiæ sunt substantiæ:& hoc intendebat cũ.d.& ipsum infinitũ:& vnũ est substantia.i. sed nõ posuerunt ipsum infinitum:& ipsum vnũ principium entium nisi secundum q̃ est substantiæ:& secundum hæc duo principia: sunt etiam substantiæ:q a sunt principium numeri:qui est substantia entium: principiũ enim substãtiæ debet esse substãtia. D.d.Sed ex istis &c.i.ex istis duobus principijs posuerunt entia quæ dicunt esse numerũ idest cũ existimauerunt entia esse numerum: & quod principia numeri sunt vnum & multum:dixerunt quod hæc duo principia sunt entium.

De his igitur secundũ hunc enũciauerunt modum: & de eo quidẽ quod quid est dicere & diffinire cœperũt:valde aũt simpliciter tractauerunt:superficialiter autẽ diffinierunt:& cui primo inerat terminus dictus hoc esse substantiam rei putauerunt vt si quis existimet ratione idem esse duplum & dualitatem:eo quod inest primo duobus duplum:sed fortasse duplo & dualitati non idem est esse.si autem non multa ipsum vnũ erit quod & illis accidit.de priorib⁹ quidem igitur & alijs tot est accipere. Et vsi sunt consideratione valde simplici in diffiniendo manifestum:& primum ens per diffinitionem quam dixerunt. Et hoc est quod existimauerunt esse substantiã rei: sicut homo existimat quod duplum & dualitas est idem: quia duplum prius est dualitate:sed non secundum modum secundum quem aliquid est duplum est duo. Si igitur non fuerit ita vnum erit multum. Et hoc est quod accidit illis. & inueniuntur de priori & posteriori alia talia.

4 Idest,& cum isti hoies.s.Pythagorici voluerunt cõsiderare de entib⁹ posue-

posuerunt suam considerationem in eis, in eo quod est valde simplex cum diffinierūt primum ens, & illud quod est magis manifestum: & est magis dignū in esse, & cognitione.s.substātia per diffinitionē quā dixe runt.s.quia dicunt ipsum esse infinitum, & vnū, & numerū. D. d. & hoc est quod existimabant &c.id est, & hoc quod existimabant ꝙ na tura entium est natura numeri, quia numeri prædicantur de entibus, est B sicut existimatio eorum qui existimant duplum & dualitatē esse idē, id est, eiusdem naturæ, quia duplum est vniuersalius dualitate, & prius ea naturaliter, quod describitur sic, quod cum aufertur, aufertur aliud, & nō econuerso, & cum aliud est erit illud. D.d.sed nō secundum mo dū.i.sed nō secūdū modū secūdū quē aliquid est duplū est duo.i. ꝙ cū de aliquo aliqua plura vno prædicanē, nō est necesse vt eodem mō præ dicentur de eo, neq; vt prædicatū demōstret substantiā illius. D. d. si igitur non fuerit sic, erit vnū multū.i.si igitur natura posterioris nō fue rit alia a natura prioris, tunc natura vnius & natura pluris erunt eadē, & intendebat per hoc qđ si entia essent numeri, quia numerus est prior entibus, tunc plus esset vnum, & vnū plus. D.d. & hoc est quod acci dit illis, id est, & impossibile accidens dicentibus entia esse numerum est sicut impossibile accidens opinantibus esse vnum plus, id est, quod contraria sunt vnum, quia sunt in vno. D. d. & inueniuntur de priori & posteriori alia talia, id est, & multa alia talia sunt priora sensibilibꝰ hoc modo prioritatis sicut est numerus. Quia igitur fecerunt numerum esse substantiam sine illis alijs prioribus naturalibus, & omnia ista redu cūtur ad hoc quod prius secundum diffinitionē nō debet esse prius na tura secundū esse, & hoc magis declarabitur in tractatibus substantiæ.

Prius natu ralr̄ descri bit sic, ꝙ cū auferē, aufe retur aliud & non econ tra.1dem.5. met.capi.de priori.&.8. ph.cō.35.& quæ ibi.

Post dictas vero philosophias Platonis superuenit negociū, in multis quidem hos sequens, aliā vero præter Italorum phi losophiā habens. nā ex nouo consentiens Cratyli & Heracliti opinionibus sensibilibus omnibus semper defluētibus, & scie C tia de eis non existente hoc quidem & posterius ita suscepit. Socrate vero circa moralia negociante, & de tota natura nihil.

Socrates cir ca moralia negociatus est, & circa naturalia ni hil.

C Et post hoc quod dictum fuit de modis philosophiæ inuen ta fuit philosophia Platonis, & sequebatur illos in multitudi ne. in vnitatibus aūt erat secūdū opinionem Italorum. & pri mus qui contingit post Demo. fuit opinio herculeorū. s. ꝙ oīa entia sunt semper in fluxu, & quod nulla est in eis sciētia. istas igitur opiniones secūdum hoc accepimus in postremo. Socra tes autem locutus fuit in moralibus. & nihil dixit de natura.

D.d.& postꝗ inuēti fuerūt isti modi philosophiæ.s.pythagoricorū, 5 & vīr qui ponebāt mathematica principia entiū & naturaliū.s. Anaxa goræ, & Empedoclis & Democriti inuēta fuit philosophia Platonis. &.d.ꝙ cōsequebatur illā in multitudine.i.quod Plato consequebatur in pluribus suis opinionibus opinionem pythagoricorū: & in paucio ribus opinionem Italorum, & fuerunt primi naturales in Italia, scilicet Anaxa.& Empe.& Demo. Et.d.ꝙ Plato sequebatur in maiori par

Primi natu rales in Ita lia fuerunt Anaxa. Em ped. & De

te philo

mo. Plato opinabaĩ naturã formarum, & numeri eãdem esse. vide ꝑ hoc. 8. met. tex. cõm. 10

D Ratio negãtiũ scientiã, de qua lati⁹ in. 4. huius.

te philosophiæ suæ eos qui ponebant mathematica causas rerum sensibilium, quia Plato dicebat formas esse, & opinabatur naturã formarũ, & numeri naturam esse eandem, vt declaratũ erit in tractatibus substãtiæ, & opinabatur ꝙ. 4. elementa sunt cõposita ex superficiebus æqualium laterum & angulorum, & sunt quinque dicta corpora in vltimo Euclidis, & consequebantur naturales in dicendo esse primam materiam & 4. elementa esse. D. d. & primum quod cõtingit post Demo. fuit opinio herculeorum qui faciebãt dubitare oẽs dãtes se ad philosophiã in illo tẽpore, & dicebãt ꝙ nulla est sciẽtia. Sciẽtia eñ est necessaria & semp, & nihil est hoc de quo pẽdeat scia, nisi sensibilia quæ sunt semp in trãsmutatione, & cũ scitũ est semp in trãsmutatiõe, igit & sciẽtia semper est in trãsmutatione, & sciẽtia trãsmutata nõ est sciẽtia, ergo nulla est sciẽtia. D. d. & istas opiniones &c. i. istæ igit opiniões prædictæ peruenerunt ad nos de cõsiderantibus in philosophia vsq; nunc. Socrates vero fuit primus eorũ q locuti fuerũt de philosophia morali, et nihil addidit eis q̃ dicta fuerint ab antiqs in philosophia speculatiua.

In his tamen vniuersale quærente, & de diffinitionibus primo intellectum firmante illum suscipiens propter tale putauit, quasi de alijs hoc factum & non de sensibilium aliquo. impossibile nanque est communem rationem esse alicui sensibilium semper transmutantium, sic itaq; talia quidem entium ideas & species appellauit, sensibilia vero propter hoc, & secũdum hoc dici omnia, nam secundum participationẽ esse multa vnicorum speciebus, participatione vero secundum nomen transmutatum. Pythagorici quidẽ enim existentia dicunt esse numerorum mutatione. Plato vero participatione nomẽ trãsmutans, participationem tamen aut imitationem quæ sit vtique specierum dimiserunt in communi quærere. amplius autẽ præter sensibilia, & species mathematica rerũ inter media dicit esse & differentia à sensibilibus quidem, quia sempiterna sunt & immobilia à speciebus, eo quod hæc quidẽ multa quædam similia sint. species autem ipsum vnum vnaqueq; solũ. quoniã autẽ species causæ sunt alijs. Elementa illarũ omnium quæ sunt elementa esse putauit. Magnum igitur & paruũ vt materiam esse principia, vnum autem vt substantiam dixit.

Et hoc fuit dictũ qa fuit acceptũ ꝙ esse illius fuit ad modũ esse aliarũ rerũ, & in sensibilibus nõ est aliqd fixũ, neq; etiã est possibile vt sensibilia habeãt aliquẽ terminũ cõmunẽ, cũ semper sint in transmutatione, & vocauit illa quæ sunt entiũ eadẽ formis oĩa aũt sensibia dicunẽ ꝑ ista, & ꝑpterea multa vniuoca sunt cõmunia in specie. sed ipse addidit equiuocationẽ. Pythagorici verũ secũdũ similitudinẽ dixerũt ꝙ entia sunt vnũ.

Plato

Plato vero addidit æquiuocationẽ.cõmunicatio verò aut simi litudo quæ est inter species dimiserunt perscrutationem vniuersalem de eis, & non contradixerunt nisi in sensibilibus & in spẽbus mathematicis q̃ dicũt ẽ media inter sensibilia:sensi bilia autem quidam sunt semper non mobilia. species autem sunt ea quæ inueniũtur ad multa, & species est illud quod inuenitur cuilibet, & species etiam est causa aliarum rerum.

Quia dubitatio herculeorum mouit Platonem ad dicendum formas esse incepit hic declarare quomodo illud mouit eum ad credendũ hoc. 6

Et dicit quia accepit &c.id est, & mouit Platonem ad dicendũ formas esse, quia inuenit in vnoquoq; genere & in vnaquaq; specie ꝙ esse istius indiuidui in illo est secundum modum esse aliorũ indiuiduorũ in illo genere. & hoc est impossibile vt esset accidẽtaliter. & opinat⁹ fuit quod nihil in sensibilibus est fixum, & ꝙ impossibile esset etiã vt sensibilia haberẽt diffinitionẽ in qua cõmunicarẽt cum semper sint in transmutatione, ideo opinatus est ꝙ intẽtiones quæ inueniunt in indiuiduis vniuscuiusq; speciei eædẽ sunt, & diffinitiones rerũ sunt res necessariæ extra animã, & vocauit eas formas & exemplaria, scilicet formas rerũ sensibiliũ, & exemplaria quæ aspicit sicut artifex inspicit formas artificiati, & si non, tunc quodlibet esset a quolibet, & non esset ex spermate hominis homo semper, neq; a spermate equi equus semper. D. d. oĩa autem sensibilia &c.id est, & opinati sunt propter hoc ꝙ omnia sensibilia diffiniuntur per istam naturam, & inueniuntur per illã. sicut res a suo exemplari. D. d. & multa vniuoca &c.id est, sed nominavniuoca significant de multis rebus eandẽ cõmunẽ intẽtionẽ in eis, & secũdũ sermonẽ in formis nõ erit hæc intẽtio eadẽ cõmunis multis, & sic fiẽt nomina specierũ cõmunia & nõ erit intentio vniuersalis nisi tm̃ nomẽ. & ideo. d. quia addidit æquiuocationẽ. D. d. Pythagoras vero &c.i. pythagorici inducti ad dicendũ entia esse numeros per similitudines, quia assimilauerũt numeros entibus & crediderunt eos esse entia, & ideo nõ cõtingit eis habere nomẽ cõmune inter numeros & entia;, neq; fuerũt coacti ad dicendũ nomen in arabico vocatũ nomen æquiuocũ cõmune in speciebus. Plato autem addidit nomen commune. Et forte innuit per hoc antiquos opinantes ꝙ causę entium sunt genera vniuersalia sicut vnum & ens. Isti enim non credebant nomen hoc æquiuocũ esse, & ex hoc errauit Parmenides cum non distinxit inter hoc nomen ens qđ significat vnum in numero, aut vnũ in genere, & credidit omne ens esse vnũ in numero. D. d. communicatio autẽ & similitudo &c. & innuit per hoc Platonẽ, qm̃ cũ fuit perscrutatus de cõmunicatione inter indiuidua debebat perscrutari de coniunctione inter species, &. d. hoc quia cõtingit ei cũ dixit.in vltimis speciebus esse formas, dicere hoc in alijs speciebus, & sic formæ haberẽt formas, & sic in infinitũ. aut diceret qđ oẽs species sunt res intellectæ existẽtes in anima, & non habẽt esse extra animã. D. d. sed nõ cõtradixerunt nisi in sensibilib⁹ &c.i. & causa in hoc ꝙ cõsiderauerũt de natura specierũ, & nõ de natura generum est, qa cũ ꝑscrutatio eorũ fuit secũdũ cõtradictionẽ, nõ secũdũ ꝑscrutationẽ

Pro deductione istius cõsequentie Platonis. vi de. c. 31. se ptimi hui⁹.

tionē, ideo qdā cōtradixerūt herculeorū quæstioni in ablatione sciētię a sensibilibus dixerūt formas esse & naturā mediā inter formas & sensibilia vt dissoluat ab eis per hunc sermonē quæstio in vtroq;, & si cōsiderassent in re secūdū naturā eius, tūc responsio esset eadē in sensibilibus & mathematicis. Et quia ista cōtradictio fuit corrupta, incepit dicere cōtradictionē iustā cōtra istos, & d.d. sensibilia aūt quædam sunt &c. i. dicere aūt q sensibilia semp sunt in trāsmutatiōe, cōtradicit sic, qm̄ entia sensibilia quedā sunt nō trāsmutabilia essentialiter sed pmanētia. s. forma, & quædā sunt trāsmutabilia semp. s. materia, & hoc quod dicit species aūt sunt illa quæ inueniunt &c. cōtradicit opponendo sermoni de formis, & opponēdo dicētib9 q nulla est res in qua communicāt indiuidua nisi nomē tm̄, & isti sunt illi qui destruūt sciētiā, qm̄ cū manifestū est de diffinitione speciei, q est intētio existēs in plurib9 secūdū numerū secundū q vnūquodq; eorū est ens, manifestū est q formę abstractæ impoīe est vt sint in sensibilib9, ita q sint eędē, nedū vt demōstrēt essentiā eorū, & silr apparet ex ista diffinitiōe q illa multa de qb9 prædicant spēs cōicant in eadē intētione nō in eadē dictione. D.d. & spēs est causa aliarū rerū. i. causa sciētiæ indiuiduorū nō cā idiuiduorū.

Ex illis enim secūdum participationē vnius species esse numeros, vnum tamen substantiam & non aliquid aliud ens dici vnum consimiliter pythagoricis, dixit, & numeros esse causas materiæ substantiæ similiter vt illi. Et quæ sunt ex illis secūdū cōmunicationē in vno sunt species. qui aūt dixit, q vnū est substantia & nihil aliud est ens quod dicatur esse vnū dixit sermonem propinquum sermoni pythagoricorum. s. q numeri sunt causæ substātiæ aliarum rerū. ista enim est opinio illorū.

7 Forte intēdit facere differētiā inter indiuiduū & speciē, & cū dixit, & quæ sunt ex illis, innuit indiuidua, & q. d. intentio autē vna quæ est in istis rebus indiuidualibus secūdū q nō cōmunicāt in ea, sed appropriat vnicuiq; eorū est vnū indiuiduale, intētio vero vna in qua cōmunicāt, dicit species. D.d. qui aūt dixit quod vnū est substātia, & nihil aliud, &c. i. q aūt dixit q vnū in numero est substātia, & nihil aliud est ens de quo dicit esse vnū alio modo ab vno in numero dixit ppinquū sermoni pythagoricorū. Et d. propinquū, quia isti sunt dicentes partem esse indiuisibilē, quia apud istos nō est substantia & vnum nisi ista pars, & ideo contingūt eis impossibilia quæ contingunt dicentib9. qđ substātiæ rerū sunt vnū. vtraq; em̄ secta nō pōt dicere qūo ex istis fit cōmunicatio, neq; qūo istud vnū indiuisibile est causa passionis. & actionis & alterationis, qm̄ si reciperent transmutationem erit compositum ex materia & forma, & oē cōpositū ex materia & forma est diuisibile.

Pro infinito autem vt vno dualitatem facere, & infinitum ex magno & paruo hoc proprium ipsius est. amplius hic quidem numeros præter sensibilia, illi verò numeros esse debent res ipsas, & mathematica intermedia horum non ponunt, vnum, quidem igitur & numeros præter res facere & non vt

pythagorici

pythagorici & specierum introductio propter eam quæ in rationibus perscrutationem euenit: priores enim dialectica non participauerunt. dualitatem autem facere alterā naturam: qa numeri extra primos naturalr̄ ex ea generātur velut ex aliquo ethimagio .i. sigillo equidē econtrario contingit. non enim rationabile ita. nūc quidē enim ex materia multa faciunt: species verò semel generat solū: videt̄ aūt ex vna materia vna mēsura.

A Priores dialectica non participauerunt.

B Et quidā posuerunt loco infiniti duo sicut vnitatem: & quidam posuerūt infinitū ex magno & paruo: & hoc est propriū: & quidā posuerunt numerū ex sensibilibus: & quidā dixerunt qđ istæ res sunt vnum & non ponunt mathematica inter ista. qui autē posuerunt vnū: & numeros alia a rebus: & non sicut fecerunt pythagorici venerunt ad species per perscrutationes de diffinitionibus: & non habuerunt primi antiqui artē diffinitionis. q aūt fecit naturā secūdā aliā: qa numeri sunt alĳ á principĳs generantur ex eis generatione naturali: sicut res generatur á suo exemplari. quæ autem accidunt ei sunt econtrario. dicere igitur quia ista sunt ex materia currit recto in græco albū.

8 Dixit. qď illi qui posuerunt duo principia: vnum. s. infinitum: quidā posuerunt finitū generari a dualitate: & non posuerunt dualitatē cōtrariam sicut illi qui posuerunt eam ex magno & paruo: & hoc intendebat cū. d. sicut vnitatem vel sicut dualitatem. D. d. & quidā posuerunt causam infiniti magnum & paruum & hoc est propriū. i. & quidam posuerunt causam infiniti dualitatem quæ est magnum & paruum quæ procedunt in magnitudinibus in infinitum. & . d. & hoc est proprium quia isti posuerunt principia tria: vt antiqui cōtraria. s. magnum & paruum: & subiectum recipiens qď est vnū. Qui autē posuerunt principia vnum & infinitū generāt ex dualitate non posuerunt contrarĳs. s. vnum & infinitum aliquod subiectum. D. d. & quidā posuerunt &c. i. & istorū dicētium. s. qď principia sunt numeri: quidā etiā posuerunt numeros ex sensibilibus. i. formas sensibilium: & isti sunt dicentes formas & numeros: & quidam etiam dicūt ꝙ sensibilia sunt ipsi numeri: & sunt pythagorici. Et qa quidam dicentiū formas esse ponunt numeros: & vniuersaliter subiectum mathematicorum naturas medias inter formas: & sensibilia: & pythagorici neutrū dicūt: sed dicūt ꝙ ex numeris componuntur entia. d. & nō ponūt mathematica inter ista. Et forte innuit dicentes numeros esse formas. Iste enim sunt duæ sectæ: quidam enim dicunt qď numeri & formæ sunt eiusdem naturæ: & quidam dicūt ꝙ natura numerorū est alia natura formarū. & ꝙ est natura media inter formas & sensibilia vt habetur in . 3 istius libri. D. d. qui aūt posuerunt vnū & numeros &c. i. qui autē posuerunt vnū & numeros esse partes rerum sensibilium: & nō dixerunt qď numeros est ipsa entia sicut dixerūt pythagorici. s. partem formalē venerūt ad dicendū formas & ad dicendum eas esse numeros ꝑ ꝑscrutationem de natura diffinitionū. s. vnde venerunt for-

mæ in eis & res diffinitæ extra aiam sunt trāsmutabiles: qua ꝓpter necesse fuit apud eos ponere subiectum diffinitionū aut ipsas diffinitiones formas esse & propter hoc quia formæ sunt apud nos cōiunctæ cū materijs: iudicauerūt qđ natura earū nō est alia a natura numeri. Formæ eīm si sint: impossibile est vt natura earum sit alia a natura numeri. D.d. q autem posuit aliam naturam dualem.i. qui autem posuit dualitatē quæ est ex natura materiæ: non ex natura formę: quia ex ea generantur numeri partes: non generatione naturali sicut res generantur a suo exemplari: & quod est causa infiniti recte dixerunt: quoniam si hoc esset accidēs dualitati non semper inueniretur ei ista actio. Quod enim inuenitur in aliqua re accidentaliter est econtrario scilicet quod raro inuenitur: & hoc intendebat cum dixit, quæ autem accidunt ei sunt econtrario.

Quod accidentaliter inuenitur alicui raro inuenitur. Vide. 2. physi. com. 48.

Speciem autem quam inducit vnus existēs multa facit: similiter quoqꝫ sic se habet masculus ad fœminā: hæc autem ab vno impletur coitu: masculus vero multas implex: quāuis hæc immutationes principiorū illorum sunt. Plato quidem igitur de quæsitis ita diffinit. Palam igitur ex dictis: qa duabus causis solum est vsus ipsa quæ est eius qđquid est ipsa materia. spēs eīm eius qđquid est causa sunt alijs: speciebus vero vnū: & quæ materia subiecta de qua species hæc quidē in sensibilibus: hæc aūt in speciebus: vnū vero in speciebus dicitur. quia hæc dualitas est magnum, & paruum. amplius bene & male causam dedit elemētis singulis. singulare quidem magis dicimus priores inuestigare quosdam philosophorum vt Emped. & Anaxa.

Et species diuersantur in hoc quod est vnum: & facit multitudinem esse similiter masculus ex quo fit multitudo. Ista igitur sunt exempla & similia principiorum quæ illi dicebant. Plato autem diffinit ea secundum hunc modum in suo libro de quæstionibus. & manifestum est ex illo quod dixit: quod ipse non vtebatur nisi duabus causis. s. quiditate rei & ea quæ est secundum materiā species enim sunt causæ quiditatis aliarum rerū. Species enim sunt vnum & illud quod est materia subiecta in qua sunt species: & quidā dicunt esse in specie quiditatis eīm est dualitatis est magnum & paruum: & etiam dedit qđ causa in bono & laudabile sunt elemēta vnūquodqꝫ eorum cæteris: & sunt ea de quibus diximus ꝙ perscrutatio cecidit in principijs.

a Plato diffinit species ꝙ sunt principia secun 9 dum formā & secundū agens vide 7. de genera. c. 52.

Dixit. ꝙ species diuersant &c. ita cecidit abscissum de libro græco: & est vna significationū quā dicebant dicentes formas esse facientes indiuidua: qa natura rerū assimilatur naturæ masculi qui facit multitudinem. Et quia ista significatio etiam fuit vna multarum quæ ceciderunt a libro. d. igitur ista sunt exempla: & similia principiorū. i. istæ igitur cō similitudines sunt quas inuenerūt inter species & vera principia ex quibus existimauerunt ꝙ spēs sunt principia. Plato a vero diffinit species

cies quæ ſunt principia ſecundũ formã & agẽs. Et etiã eſt manifeſtum qd' poſuit quiditates rerum & diffinitiones earũ formas rerũ: & poſuit materiã res in quibus ſunt formæ. D.d. ſpecies enim ſunt.ſ.formæ ſunt apud ipſum quiditas aliarũ rerũ quæ nõ ſunt formæ. D.d. ſpecies vero eſt vnũ &c.i. ſpecies autẽ quæ veræ dicũtur ſunt illud quod cõgregatur ex forma vl'i & materia. V.g. qd' ſpecies hominis nõ eſt forma ei⁹ tantũ ſecundum ꝙ intẽdebat Plato: ſed cõgregatũ ex materia & forma.

Species hominis nõ eſt forma ei⁹ tãtum: vt intẽdebat plato: ſed congregatũ ex materia & forma: ſed vide oppoſitũ. 7. me. c. 21.

D.d. & quædã dicunt eſſe in ſpeciebus &c.i. & ſignum qd' formæ nõ ſunt ſpecies eſt ꝙ quiditas rei quæ eſt forma eſt in ſpecie ſecundũ quod eſt pars eius ſicut dualitas: qm̃ quiditas eius apud dicentes eam eſſe principiũ eſt magnũ & paruũ: & magnũ & paruũ ſunt alia a dualitate. D.d. & etiã dedit &c.i. & ſignũ ꝙ ipſe dicit materiam & formã eſt qa dedit cauſam boni & laudabilis & etiam ſuorum oppoſitorum: & hic nõ eſt niſi materia & forma. D.d. vnũquodq; eorũ cæteris.i. quia ipſe dedit cauſam rerũ cæterarũ apparentiũ in entibus de laudabili & bono ſecundum vtrumq; elementorum quæ poſuit.ſ. materiã & formã. D. expoſuit quæ ſunt illa alia cætera: &.d. & ſunt ea de quib⁹ dixim⁹ &c.i. & iſta ſunt res poſteriores quæ apparent in entibus: & ſunt ea quorum cauſæ ſunt dande per principia & vt principia verificentur propter hoc.d. hoc. Quia apud quæſtionem principiorum quærendum eſt vt ſint conuenientia omnibus apparentibus in exiſtentibus: quoniam tunc videntur eſſe vera: & hoc non demonſtrat neceſſario ea eſſe principia: donec res manifeſte ſignificent ea ſcilicet quod quando poſteriora ſignificant priora: tunc verificabuntur quod ſunt principia eorum. Quod ſequitur non inueni in aliquo volumine: nec habet in trãslatione arabica textus qui huic correſpõdeat: neq; etiã commentũ: ſed quia inuenit in trãſlatione Ioannis Argyropili bizantij: cuius auctoritas apud latinos & græcos non vulgaris eſt: ideo inſerendum fore exiſtimaui.

Cõditio reqſita apud quæſtionẽ principiorum.

Breuibus igitur ſummatimq; narrauimus: quinam & quo pacto de principijs veritateq; dixerunt. Verũtamen tantum ex his habemus: neminem inquam de principio cauſaq; dicentium: præter ea quæ in hiſce: quæ de natura, ſunt à nobis determinata dixiſſe: ſed omnes obſcure quidem illa tamen tetigiſſe videri. Quidam enim materiam principium dicunt: ſiue vnum ſiue plura ſupponant & ſiue corpus ſiue incorporeum idipſum ponant: veluti Plato quidẽ magnum dicens ac paruũ: Italici autem infinitum. Empe. vero ignem terram aerem atq; aquam: & Anaxag. eorum quæ ſunt ſimilium partium infinitionem. Hi igitur omnes talem cauſam tetigerunt: & inſuper qui aerem aut ignem aut aquam: aut igne quidem denſius: aere vero ſubtilius poſuere. Sunt enim qui primum elementum tale eſſe dixerunt: atq; hi ſolum hanc cauſam tetigere. Quidã autem & eam vnde eſt principium motus: vt qui concordiam diſcordiãue vel mentem vel cupidinem principium faciunt.

Quiditatem verò substãtiamúe dilucide quidem nemo reddidit. Maxime verò ῃ dicunt qui formas ponunt. Neque enim vt materiam sensibilium: neq; vt causam vnde est principium motus formas ipsas: & ea quæ sunt in formis esse existimant: immobilitatis enim causam magis & vt res sint inquirere formas inquiunt esse: sed quiditatem formæ quidem cæterorum cuiq; præstẽt: ipsum autem vnum formis: id verò gratia cuius actiones mutationes motusq; fiunt aliquo quidem modo causam esse dicunt. Sic autem non dicunt: nec eo modo quo sua natura flagitat: qui nãq; mentem aut concordiam dicunt: vt bonum quidem hasce causas ponunt: non tamen vt horum gratia quicquã sit eorum quæ sunt: aut fiat. Sed vt ab his horum profluant motus. Similiter & ῃ qui & id quod est aut ipsum vnũ talem naturam inquiunt esse. Causam quidem illud esse substantiæ: non tamen huiusce gratia esse vel fieri dicunt. Quare partim dicunt partim non dicunt ipsum bonum causam esse: non enim simpliciter: sed per accidens dicunt. Quod quidẽ igitur recte determinatũ est de causis: & quod & q nobis testimonium præbere vident: & hi oẽs aliã causam tangere nõ valẽtes. Adhuc autẽ quia quærẽda sunt principia: aut sic oĩa: aut horum aliquo modo. Et videtur quod omnes isti testantur nobis: quia non possunt addere aliam causam. Et cum hoc manifestum est quod perscrutatio cadit de principiῃs: aut secundum omnes istos modos: aut secundum quosdam.

10 D. & videtur quod sermo istorum de numero causarum testatur nobis cum non possint addere quintam causam causis quas dicimus: & cũ hoc manifestum est quod cum declaratum est quod antiqui non potuerunt addere aliud principium quod perscrutatio aut cadet super omnia illa principia quæ diximus: aut super quædam in vnoquoq; entium.

Palã quomodo etiam horum vnusquisq; dixit: & quomodo habent de principiῃs. Contingentes autẽ dubitationes post hoc pertranseamus de ipsis. Quicunq; quidem igitur vnum ipsum esse, & vnam quandam naturam esse vt materiam ponunt: & eã corporeã & magnitudinẽ habentẽ palã: quia multipliciter delinquũt corporũ enim elemẽta ponũt solũ: incorporeũ vera nõ existentib⁹ & incorporeis. De generatione quoq; & corruptione causam dicere conantes: & de omnibus physice tractantes motus causam auferunt. Amplius autem substantiam nullius ponere causam nec quod quid est. Quomodo autem locutus fuit vnusquisque eorum in eis; & quomodo

quomodo dubitandū est per dubitationes possibiles in principijs intendendū est post. Et omnes ponentes toti eandē naturā quasi materiam, & ponētes eam corporalem habentē magnitudinē: manifestum est quod errant modis erroris: quia nō posuerunt nisi elemēta corporū tantū: & nō subam nō corporeā. Et voluerūt loqui de causis generationis & corruptionis, & locuti fuerunt etiā de alijs rebus naturaliter: sed abstulerunt causam motus. Et etiam non posuerunt substantiæ causam omnino neq3 fuerunt locuti de quiditate illius.

Opiniones autem istorum de principijs iam dictæ sunt: quomodo autem posuit vnusquisq3 eorū principiū illud quod posuit, & ratio quæ induxit illū ad illud, & quæstiones contingētes eis dicendum est post. Deinde incepit dicere quæstiones cōtingētes eis, & quæstiōes quæ primo dixit, &.d. omnes ponētes &c. id est, & manifestū est qđ antiqui qui posuerūt toti eandē narutā quasi materiā, & fecerunt eam corporalem aut ignem: aut aerem: aut aquā errant modis erroris. Errant enim primo quia posuerunt primū elementum corpus, & non posuerunt ipsum substantiā nō corpoream, corpus vero videtur esse compositū, & ideo contingit ei generatio & corruptio, & primum elementum non debet dici generari neq3 corrumpi, contingeret enim elementū habere elementum, & sic in infinitum. Deinde dedit diminutionē contingentem eis ex hoc qđ posuerunt primū principiū corpus, &.d. & voluerunt loqui &c. id est, & voluerunt ex hac quæstione loqui de causis generationis & corruptionis & non potuerunt: quia vera generatio & corruptio nō inueniuntur nisi in corruptibilibus: sed cum hoc potuerūt loqui in alijs præter generationem, & quasi laudat eos ex hoc modo qđ non possunt facere illi qui posuerunt principium rerū naturaliū mathematica. Deinde dicit sed abstulerunt causam motus, id est, sed cum hoc quod qui posuerunt causam materialem, & concesserunt motum dimiserunt causam mouentem materiam: cum materia a non mouetur per se, & cū hoc dimiserunt causam agentem dimiserunt causam substantiarum singularium per quam sunt substantiæ in actu: existentes per se, & est causa formalis. 11

Errant antiqui quia posuerunt primū elemētū corp9 & nō posuerūt ipsum substātiā non coreā. vide idē. 2. de generatione. t. cō. 3. & 12. D me. c. 14. & hic infra te. cō. 17.

a Materia nō mouetur per se. vide 5. phy. 8.

Et ad hoc facile esse quodcūq3 simplicium corporum principiū: excepta terra: nō cōsiderantes eam quæ ex inuicem generationem, aliqualiter faciunt. Dico autem ignem & aquam & terrā & aerem. Hæc quidē enim cōgregatione: illa vero disgregatiōe ex adinuicē fiunt. Hoc autē ad prius esse & posterius plurimū differunt. Et cum hoc dicunt facile q́ corpora simplicia sunt principiū: quia nō fuerunt sustētati apud perscrutationē eorum de generatione eorū ex inuicem preter terrā scilicet ignis & aqua & aer: nisi super hoc q́ quædam generantur à quibusdam secundum congregationem: aut secundum segregationem. Et ista fuit dispositio eorum in primo, in postremo

mo autem diuersant magna diuersitate.

12 Et omnes antiqui debēt q̃d facile esset q̃d elementū est vnū istorum triū scilicet aeris & ignis & aquæ præter terrā & hic quod substētatæ sunt in hoc dicit vnusquisq; eorū est elementū sup vnā viā. Et causa in hoc est quia vadunt per viā cōmunē quæ nō significat hoc esse elemētū magis quā hoc, & vniusquisq; eorū dicit hoc esse elemētū: quia alia generātur ex eo: aut secundū cōgregationē: aut secundū segregationē scilicet densitatē & raritatē quæ accidūt eis propter partes ex quibus componūtur. Qui enim dixit q̃d elemētū est ignis: intendebat q̃d cætera generātur ex eo secūdū spissitudinē. Fingebat enim q̃d quādo ignis inspissatur fit aer, & cū aer inspissatur: fit aqua. Qui autē posuit aerē esse elemētū intēdebat duos modos scilicet cū ta er rarefit fit ignis, & cū inspissatur fit aqua. Qui autē dixit q̃d elemētū est aqua: intendebat q̃d cū inspissatur fit terra, & cū rarefit fit aer: nullus dixit q̃ terra elementū. Et bene potuit dicere secūdū hūc modū: & intēdebat q̃d ponere generationē esse secūdū hunc modū facit vnūquodq; eorū esse elementū aliorū. Et per hoc q̃d dixit: in postremo autē diuersantur: intēdit cōtradicere eis vt videtur in hoc q̃d ponūt modū diuersitatis inter elementū & elementatū secūdū spissitudinē & raritatē: quoniā si cōcessum fuerit hoc in quatuor primis corporibus: forte erit modus qui poterit dici, sed cū quæsitū fuerit ab eis de diuersitate quę fit in postremo inter entia: & ista corpora simplicia nō poterit aliquis dare causam eius per densitatē & raritatē. Res enim quæ vidētur generari ex quatuor elementis differunt maxime ab elemētis, & differūt se adinuicē: maxime adeo q̃d nullus poterit dicere q̃d hoc accidit per raritatē & densitatē: quia omnia ista differūt abinuicē in quiditate & diffinitione. V.g. caro ab osse, & ista quatuor elemētis. Et forte iste sermo est accusatio a quæstione contingēte eis in hoc q̃d dixit: in postremo autē diuersantur multū, &. q.d. diuersitas eorū inter se est parua: quia nō diuersantur nisi secundū densitatē & raritatē simplicē nō duplicē. In postremo aūt quādo entia generātur ex eis multiplicatur raritas & densitas: tūc diuersantur entia magis: sed tamē proportio cuiuslibet istorū entiū etiā ad naturā quā vnusquisq; istorū opinabatur esse elementū demonstrat quod non excusatione scilicet quod qui dicebat quod elementū est ignis: dicebat q̃d quiditas omniū entium est ignis, & in postremo fiunt ignis, & similiter qui dicebat q̃d elementum est aer aut aqua.

Res quæ vidētur generari ex quatuor elementis differunt abinuicē in quiditate & diffinitione & a quatuor elemētis. Idē prio de aīa. c. 77. & 7. met. c. 60. & prio de gene. 84 & 2. de generatiōe & corruptiōe tex. c. 48. & in meteo. c. vlt. sed tunc videt̃ oppo. primo ca. de substātia orbis. vbi dicitur q̃d vnū cōpositū nō habet nisi vnā formā substātialē.

Aliqualiter enim vtiq; videbitur maxime elementare esse omniū ex quo primo fit cōgregatione. Tale verò est q̃ minutissime partis & subtilissimū est corporū. Vnde quicumq; po

A nunt ignē principiū: maxime confesse rationi dicunt. Tale vero & aliorū vnusquisq; cōfitetur elemētū esse quoddā corporū.

Opinio vero quæ magis consequitur ordinem est quemadmodum fuerint ex prima mixtione, & hoc de minimis corporibus. Et ideo omnes dicentes quod principium est ignis cōcedunt hoc. Et secundum hunc modum cōcedit vnusquisq; eorum quod diffinitio elementi est ista scilicet quod est illud de corpori

corporibus:cuius ordo est vltimus.

Opinio vero quæ est melior & elementis & magis conueniens appa- 13
rentibus est dicere quod ista elemẽta sunt composita ex prima mixtione quæ sit in corporibus indiuisibilibus. D.d.& ideo omnes dicẽtes quod principiũ &c.id est, & omnes dicentes quod principiũ est ignis: contingit eis concedere quod elementum est corpora indiuisibilia: quoniã apud eos ignis est principiũ: quia est subtilius, & est subtilius propter paruitatem partiũ ex quo contingit quod partes paruæ sunt principium. Deinde dicit, & secundum hunc modum concedit &c. id est, & secundum sermonem dicentẽ partes esse indiuisibiles: conceditvnusquisq; dicentium hoc quod diffinitio elementi est illud cuius ordo est vltimus in esse: & primus in tempore & generatione: non qui dixit q̃d elementũ est vnum corporum simplicium: quia nõ est ordo alicuius istorum corporum vltimis in esse. Et intendit q̃d qui non dicit partes esse indiuisibiles: non potest dicere diffinitionem elementi.

Diffinitio elementi.

Nullus enim posteriorum & vnum dicentium terram elementum esse voluit: palam quia propter magnitudinẽ partialitatis. Quodlibet autem triũ elementorum iudicem quendã accepit: hi nãq; ignem: illi vero aquam: alij aerem hoc esse dicunt. Sed quare terram non dicunt quemadmodum hominũ multi: omnia namq; terram esse dicunt. Dicit autem & Hesiodus terram primam corporum factam esse. Sic enim antiquã & popularem contingit existimationem esse. Secundũ igitur hanc rationem nec si quis horum aliquid dic t præter ignem: nec si quis aerem quidem spissius hoc ponit: aqua vero subtilius: non recte vtiq; dicet. Si vero est quod generatione posterius natura prius, & quod est dicere gestum & concretum posterius generatione. Horum vtiq; erit contrarium. Aqua quidem aere prior, & terra aqua.

Hesiodus posuit terrã rerũ principium.

B

Dicentes autem elementum esse vnum, & quod est terra videtur dicere hoc propter magnitudinem partium. Quoniam vnusquisq; eorum dicit vnũquodq; eorum. Quidam igitur dicit ignem, & quidam aquam, & quidam aerem, & non dicunt quod ex terra fit aliquid: sicut dicebant multi homines quod omnia sunt terra tantum. Et Hesiodus dixit quod terra est primum principium corporum, & opinabatur quod hoc esset famosum, & secundum hoc nullus eorum qui dixerunt ignem tantum, & eorum qui posuerunt quod aer est densior igne & subtilior aqua dixit recte. Si igitur illud cuius generatio est prima est postremũ inesse naturaliter & coctum & distinctum generatio eius est postrema: tunc dicens quod aqua est ante aerem, & terram ante aquã: dixit econuerso.

14 Dicentes autẽ quod terra est elementũ videntur dicere hoc propter magnitudinem partium: quoniã subtilitas fit secundum paruitatẽ partium: ergo & grossities secũdũ magnitudinẽ, & isti dixerũt in elemẽto ecõtrario ei q̃ debet esse: illud enim cui⁹ ordo est vltimus naturaliter est minus. D.d. elemẽta autẽ tria vnusquisq; eorũ &c. id est, quia fugiendũ est a positione elemẽti alicuius nõ cõuenientis diffinitioni elemẽti: ideo nullus naturaliũ dixit q̃ terra est elemẽtũ: sed dixerũt tria tantũ. Quidã igitur dixerũt ipsum esse ignẽ, & hoc est magis propinquũ diffinitioni elemẽti, & quidã dixerũt aerem & aquã, & ille vir qui dixit terram est vir famosus imponẽdo leges apud nos. D.d. & secundũ hunc sermonẽ &c. id est, & secundũ sermonẽ dicẽtis q̃ terra est elementũ: quia est magnarũ partiũ nõ erit sermo dicẽtis q̃ elementũ est ignis: aut aer: aut aqua sermo rectus. Sermo enim dicentis ipsum esse ignem contrarius est huic sermoni. Sermo autẽ dicẽtis quod ipsum est alterũ duorũ elementorũ residuorũ nõ est verus: quia ex paruo fit magnũ & ex magno fit paruũ, & est sermo cõtradicens sibi. D.d. si igitur illud cuius esse est primũ &c. id est, si igitur illud cuius esse est primũ in tempore & postremũ in natura est elementũ: & illud cuius esse est postremũ in tempore est generatum & distinctũ ex elemẽto: aut decoctum ex eo: aut quo modo voluerit dicere: tunc dicens quod aer est elementũ ignis: aut aqua elementũ aeris, & vniuersaliter spissius elementũ subtilioris: dicit ecõuerso diffinitioni elementi: quia cum aqua est ante aerem in generatione & aqua est in maioribus partibus quã aer sicut posuit maius ante minus in generatione & elementũ ei, & est manifestũ quia minus est ante maius in generatione: cum maius dissoluatur in minus.

Deponẽtibus quidem igitur causam vnam qualẽ diximus
C sint hæc dicta: idẽ igitur & siquis hæc plura ponit velut Empedo. quatuor dicit esse corpora vel secũdũ naturã, etenim huic hæc quidẽ eadẽ: alia vero propria accidere necessariũ est; ex ad inuicẽ enim gñata cernimus quod nõ semper igne & terra eodẽ corpore permanẽte: dictum autẽ est, de eis in physicis, & de mouentiũ causa vtrũ vnũ aut plura ponẽdũ: nec recte nec irrationabiliter putãdũ esse dictũ omnino est, & ex toto alterationẽ auferri aut necesse sic dicẽtibus: nõ eñ ex calido frigidũ nec ex frigido calidũ erit, quid eñ ex hoc patietur hæc cõtraria, & quæ est vna natura quæ fit ignis & aqua: quod ille non ait.

Sint igitur ea quæ dicẽtur ponentibus eandem causam quæ fit ante isti sermones dicti, & per istã viam eamus cũ ponentibus eam plures vna sicut Empedo. dicit enim quę corpora materialia sunt quatuor: contingent enim ei ista eadẽ & alia propria contingentia necessario & iã locuti fuimus de rebus quæ videntur alterari adinuicem cũ non remaneant in eadẽ dispositione semper sicut ignis & terra & ipsum corpus, & etiã locuti fuimus in eis in naturalibus, & in causa mobilium deponẽte vnam

te vnam causam aut duas. & non recte dixit: neq; etiam bene dixit qui abstulit alterationem vniuersaliter. Contingit enim dicentibus hoc vt ex calido non fiat frigidum: neq; ex frigido calidum. idem enim non recipit contraria. Quapropter natura generata vniuersalis debet esse vna: aut ignis: aut aqua quod nullus dixit.

15

Cũ igit̃ istis cõtradictionibꝰ cõtradicamus alijs dicẽtibus ꝙ cã materialis est vnũ corpus istorũ quatuor: & sicut contingit dicentibꝰ vnũ elementũ: & illud elementũ sit cõpositũ ex alio sicut cõtingit Empedocli: qm̃ vterq; eorũ facit generationẽ per cõgregationẽ partiũ & corruptionẽ per segregationẽ earũ: & sic cõtingit eis vt aliquid sit prius elemẽto: & causa in hoc est quia nullus eorũ dicit alterationẽ esse. D.d. contingũt enim ei &c. i. contingunt enim Empedocli impossibilia ista quæ contingũt dicentibꝰ ꝙ elementũ est vnũ quatuor & etiã alia propria. D.d. & iã locuti fuimus &c. i. & iam declaratũ est in sciẽtia naturali: quia cũ ista quatuor corpora vident̃ alterari adinuicẽ in accidentibus & formis substantialibꝰ remanentibꝰ illis in hac corporeitate singulari: declarat̃ ꝙ generatio eorũ nõ est per congregationẽ & segregationẽ. i. per densitatẽ & raritatem. Densitas enim & raritas a non faciunt transmutationem in substãtia neq; in qualitate: cum sint de situ.

Et similiter dicentibus quod elementa sunt corpora indiuisibilia cõtingit non esse alterationem in substantia neq; in qualitate: neq; transmutationem in eodem corpore ex paruo in magnum, scilicet in quantitate continua secundũ ꝙ continuum est: neq; ex vna forma in aliam: & ista contradictio est communis Empedocli & dicẽtibus quod ista quatuor corpora sunt prima elementa: & quia generatio fit per cõgregationem & segregationẽ. D.d. & iam locuti fuimus etiam in naturalibus &c. scilicet ꝙ locutus fuit in sciẽtia naturali in istis rebus: qm̃ b in hac scientia inducit illud quod declaratũ fuit illic secundũ rememorationẽ. D. considerat de eis in hac sciẽtia secundũ ꝙ sunt entia. & illud est secundũ ꝙ sunt principia substãtiæ: nõ secundũ ꝙ sunt principia naturalis corporis. Sũt enĩ in hac sciẽtia aliqua de quibꝰ perscrutat̃ hic: & demõstratio erit de sciẽtia naturali. V.g. quia in hac sciẽtia quærit̃ vtrũ est substãtia prima prior substãtijs sensibilibꝰ. D. ponit hic qđ declaratum fuit ex naturali scientia. s. primũ motorẽ esse non motũ omnino: & ꝙ est principiũ corporis quod circulariter mouetur. D.d. & nõ bene dixit &c. id est & isti non recte dixerũt cum abstulerunt alterationem in qualitate & substãtia ab elementis: quia cum posuerunt ꝙ elementa aut elementum sunt simplicia: fuit impossibile vt calidum ex his in frigidum mutaretur: neq; frigidum in calidum. Idem enim impossibile c est vt recipiat passionẽ: & vt transmutetur de contrario in contrarium: & hoc est contrariũ ei quod comprehenditur visu. Et similiter impossibile est in elemento si fuerit corpus & simplex vt trãsmutatur de magno in paruum: aut de paruo in magnũ. D.d. quapropter natura &c. i. quapropter cũ illic non est alteratio in substãtia. s. in elemẽto aut in elementis: necesse est vt natura rerum compositarum ex eis sit natura

a Dẽsitas & raritas sunt de prædicamẽto sitꝰ. vide oppositũ 7. ph. cõ. 15. & . 4. physi. 84.

D Diuersitas modorũ cõsiderationis in hac scientia & in naturali philosophia. pro qvide etiam infra cõ. 18. & 7. met. 5. & . 9. & . 5. 9. & cõ. pri. & . 5. & . 6. & . 12. meta. & in. 8. me. cõ. 4. & in 4. meta. cõ. pri. & . 6. meta. com. 1. & 2. phy. com. 4. & . 11.

b Aristo. in hac scientia inducit illud qđ declaratũ fuit ĩ sciẽtia naturali secũdũ rememorationẽ.

A

c Idẽ enim impossibile

tura elementi:ita quod si elementum fuerit ignis:erit natura omniū rerum ignis:& si aqua,aqua:& nullus eorum dixit hoc, scilicet quod cō posita ex elementis conueniunt cum elemento nomine & diffinitione.

Anaxagorā verò si quis susceperit elemēta duo dicere suscipiat maxime secundū ratiōnē quā ille qdē nō dearticulauit.Secutus est ēm ex necessitate dicētes eā.Nā absurdo existēte taliter dicere ꝑmixta esse à principio oīa:& ꝙ oportet accidere ꝙ impermixta præexistāt:& qa nō aptū est cuilibet permisceri quodlibet.Adhuc aūt qa passiōes & accidētia separanť à substātijs.Eorundē ēm permixtio est separatio. Tamē si quis ꝓsequitur dearticulās quæ vult dicere forsan apparebit mirabili9 dicens. Anaxagoras verò qui dicebat elemēta duo opinabať hoc proprie de sermone quem ipse non intellexit:& consequebatur quasdam sophisticationes quæ induxerunt eum ad hoc: & turpe est vt faciat ens in alia dispositione:& sermo de eo fit econuerso.Omnia enim sunt admixta cū principio. Quapropter necesse est vt primo sint non admixta.Et admixtio rerum non est propter paruitatem: & cum hoc passiones & accidentia separantur à substantijs. Admixtio enim & separatio sunt simul: & qui eorum diligit consequi verum in eo quod sit dicens verum:apparet in suis sermonibus.

est vt recipiat passiōnē:& vt trāsmuteť de cōtrario in cōtrarium:sed cōsiderā instātiā de materia prima.

26 Anaxagoras vero qui opinabatur ꝙ causæ sunt duæ in actu,scilicet causa agens & corpus consimiliū partiū quæ sunt in mixtiōe nō secundū ordinē in id scilicet quia nō declarauit qualitatē existentē corporū cōsimiliū in mixtiōe:neq; etiā dixit illud per augmentū sufficiēs: sed ꝑ sophisticatiōes inducētes eum ad illud. D.d.& turpe est &c.i. turpe est dicere aliquid in principio entium: quando apparet ꝙ entia sunt in dispositione diuersa ab eo quod dictū fuit de suis principijs. Deinde dixit,& omnia admixta sunt cum principio.& narrāt sermonē Anaxagore:& intendit per principium illud quod vocat admixtionem:& per admixta corpora consimilium partium. Deinde dixit,contingit igitur vt primo non sint admixta,id est contingit igitur Anaxagoræ cum dixit; quod res in principio sunt admixtæ vt ante non sint admixtæ. Quapropter mixtio non erit principium. Mixtio enim nō intelligitur nisi post segregationem. Deinde dixit aliud impossibile contingens Anaxagore in hoc quod dicit consimiles partes admixtæ sunt valde minime:& dicit contra ipsum quod mixtio vera nō fit per paruitatem partium.Illa enim mixtio non est nisi apud sensum. Mixtio autem vera est vt; mixta alterentur abinuicem donec fiat ex eis forma media.

B V.g. forma oximellis quæ fit ex mixtiōe mellis & aceti. Deinde dicit,aliud impossibile & dicit & cum passiones & accidentia &c. id est & cum hæc accidentia separentur a substantijs quando substantiæ admiscentur:ita quod admixtio substantiarū & separatio accidentium fit insimul:& substantiæ cum sint erunt extra passiones & accidentia.

Mixtio vera ē vt mixta altereń ad-

Deinde

Deinde dixit, & qui diligit consequi verum &c. id est innuit ꝙ Anax. volebat per istos sermones facere fimbrias sibi: aut defendere aliã opinionem famosam: sed melius est dicere quod hoc faciebat propter laudem: quia in suo tempore non erat lex quam defenderet.

inuicem: donec fiat ex eis forma media. Vide 1. de genera. 86. & 89. & 60. & 2. de gener. 48.

Quoniã nãq; nihil erat discretum palam quia nihil erat verum dicere de substantia illa. Dico autem quod neq; albũ neq; nigrum aut fuscum: aut alium colorem: sed non colorata erant ex necessitate. Horum enim colorem aliquam haberet. Similiter autem & sine sapore eadem hac ratione nec aliud similiũ quicq̃. Nec enim quale aliquid id possibile esse nec quãtũ nec quid. Aliqua enim in parte dictarum specierum inesset vtiq; ei: sed hoc impossibile permixtis omnibus. Iam enim discreta essent. Quoniam autem in fundamento naturæ nõ est aliquid distinctum: manifestum est: quia non vere dicitur in illa substantia quod est alicuius dispositionis. Dico neq; albæ neq; nigræ neq; alteri⁹ coloris. Sed sine colore necessario: & in eo est negatio istorum omnium colorum: & similiter est sine aliqua admixtione: & similiter non erit in eo aliquid consimiliũ partium: & non existimatur habere qualitatem aut quantitatem: aut aliud omnino. Quoniam illud quod dicitur de aliquo particularium illa sunt species illius: quod est impossibile.

C In fundamẽto naturę nihil est distinctum.

Quoniam autem manifestum est quod in principio ex quo est generatio scilicet principium secundum naturam non debet esse aliquid eorũ quæ generantur ex eo in actu: manifestum est quod illud principiũ non debet esse in aliqua dispositione earum quæ fiunt ex eo: quoniam si ex eo fiunt omnes dispositiones substantiales & accidentales: & generatio non est ex eo quod est ens: sed ex eo quod est non ens: manifestum est ꝙ illud principium non debet esse in aliqua dispositione: neq; secundum qualitatẽ accidentalem neq; substantialem neq; secundum quãtitatem. Quoniã si diceretur de eo aliquod istorũ: tunc esset anteq̃ generaretur ex eo: & manifestũ est quod nõ generatur nisi illud quod nõ est: & ideo necesse est sicut dixit: vt in eo sit negatio colorum & negatio omnium formarum. Et hoc intendebat cum dicit & similiter est sine mixtione, id est quod cum eo non admiscetur aliqua natura: & ideo sicut dicit nõ erit in eo aliquod corpus consimiliũ partiũ. D. d. & nõ existimatẽ habere quãtitatẽ &c. i. & non est possibile existimare ipsum prædicari de aliquo ente. V. g. vt habeat qualitatem aut quãtitatem: aut aliud generum entium. Quoniam si ita esset: tunc esset genus entium de quibus prædicatur. Et si ita esset: tunc essent illa entia species: & ipsum esset genus eorum. Et dixit hoc: a quia declaratum est post: quia genus est aliud a materia. Genus enim est forma vniuersalis: materia autẽ secundũ ꝙ in ea nõ debet esse in actu aliquid oĩno: & ex eis quæ recipit nullã habet formã oĩno b neq; vniuersalem: neq; particularem: sed primo recipit formã vniuersalem: & postea mediante forma vniuersali recipit 17

a Documẽtum siue digressio qua ostẽdit materiã a gñe differre, ꝓ quo vide. 12. meta. cõ. 14. & 8. me. cõ. 6.

D & 7. meth. com. 43. & 46. vide tñ oppositũ in 10. met. tex. com. 24.

b Materia nõ habet oĩno aliquam

recipit formas alias vsque ad indiuiduales. & est vna in numero a secundum quod est subiectum formarum indiuidualium: & multa secundum formas: quia diuiditur per eas: est vniuersaliter similis generi: sed differt a genere quia est vna in numero in multis secundum quod esse eius est in potentia. Genus autem est vnum in forma media inter actum & potentiam in multis. Et ideo habet genus prædicari de pluribus speciebus & sic indiuiduis illarum specierum. Materia autem non potest prædicari de speciebus generatis ex ea. Antiqui autem & maxime Alex. scripserunt demonstratiue quod genus est aliud a materia.

Dicit autem permixta omnia præter intellectum: hunc autem impermixtum solum & purum. Ex his itaque accidit ei dicere principia ipsum vnum. Hoc enim simplex & impermixtum: & alterum quale ponimus indeterminatum: antequam determinetur: & quadam specie participet. Quare dicitur quidem non recte nec plane: vult tamen aliquid dicere simile posterius dicentibus: & nunc apparentibus magis. Verum hi quidem his qui circa generationem sermonibus & incorruptionem & motum proprij sunt solum. Verum namque circa talis substantiæ principia & causas quærunt solum. Quicunque vero de omnibus existentibus faciunt theoricam. existentium autem hæc quidem sensibilia: illa vero insensibilia ponunt: palam quia de vtrisque generibus perscrutationem faciunt. Propter quod magis vtique immorabitur aliquis de eis quid est bene aut non bene dicunt: ad præsentem nobis propositorum perscrutationem.

Omnia autem sunt admixta: & rursus dicit omnia quidem præter intellectum. purus enim est non mixtus: & in istis rebus contingit dici quo ad principia quandoque esse vnum & simplex sicut posuimus ipsum esse indeterminatum antequam determinetur alio modo: qui igitur dicit alium sermonem: aut consimilem non recte dicit: & præcipue illi quos diximus. Sed isti sermones non conueniunt nisi in generatione & corruptione & motu tantum: & ista perscrutatio de substantia & principijs & causis sufficit ei qui ponit suam considerationem in omni ente. dicit entium: quædam sensibilia: quædam insensibilia. Et manifestum est quidem secundum hunc modum quem posuerunt in vtroque genere: & ideo si aliquis voluerit experimentari hoc quod dixerunt vtrum recte dixerunt: aut non: poterit hoc facere ex perscrutatione quam diximus modo.

18 Ex his igitur quæ diximus contingit dicere in principijs quandoque esse determinata: quandoque esse non determinata. Sunt enim non determinata & in potentia: quia si non essent sic non esset generatio. Sunt autem determinata: quia si non essent sic: tunc generatum non esset determinatum. D. dicit qui igitur dixit alium sermonem &c. idest & qui dixit alium sermonem

formam ex eis quæ recipit: sed primo recipit E formam vniuersalem: & ea mediante recipit alias vsque ad indiuiduales.

a Materia est vna numero secundum quod est subiectum formarum indiuidualium & multa secundum formas: quia diuiditur per eas. vide idem 12. meta. 11. & 14. com. & primo de gña. 22. & t.cõ. 29. Et 4. physi. tex. cõ. 84.

nem scilicet quod elementum & principium est in actu ex natura rerum quarum est principium, non dixit recte, & innuit omnes. Vnusquisq; enim eorum non posuit principium materiale aliquod extra ea quę generantur ab eo, & sic non erit illic generatio. Generatio enim est ab eo quod est in potentia non in actu. Deinde dicit, & præcipue illi quos modo diximus, & innuit. Empedoclem qui ponebat elementa esse in actu, & quod non alterantur adinuicem. Et quia perscrutatio de elementis rerum mobilium est propria scientiæ naturali, & consideratio de eis in hoc loco non est nisi secundum quod sunt principia substantiarum existentium per se, & tamen loquutus fuit hic cū illis sermone naturali. Et.d. sed isti sermones non conueniunt &c. id est quod sermo verus conueniens huic principio est sermo acceptus ex rebus naturalibus. Perscrutatio autem de hoc principio quod modo diximus, & pscrutari sumus sine distinctione sufficiens est in hoc loco secundū quod oportet in cōsideratione hac. Et cum dixit hoc, voluit demonstrare causam cogentem homines ad dicendum quod ista consideratio est duarum considerationum non vnius, cum etiam multi homines reputent naturalem scientiam & diuinam esse eandem. Et.d. qui ponit suam considerationem in omnibus entibus &c. id est quia quidam antiquorum apud quos diuisa sunt entia in duo scilicet sensibile & insensibile cum considerauerunt in vtroq; genere, & posuerunt ea vnum genus ideo sermo contra eos erit proprius huic scientiæ, & isti sunt qui posuerunt mathematica esse principia sensibilium. Deinde dicit, & ideo si quis voluerit experimentari &c. id est, & quia iste sermo prius est contra eos, ideo si quis voluerit scire vtrum verum aut nō verum dixerunt, poterit hoc facere perscrutatione quam modo perscrutati sumus & ex istis sermonibus quos inuenimus.

F Consideratio de elemētis rerū mobiliū est propria scientię naturali. & cōsideratio de eis ī hoc loco non est nisi vt sunt substantiæ. vide idem. 5 G — com. 15. & quæ ibi. Multi homines reputāt quod naturalis philosophia & scientia diuina sunt eadē scientia.

Pythagorici igitur vocati principijs & elementis extraneę à physiologis sunt vsi. causa verò quia acceperunt ea ex nō sensibilibus. Nam mathematica existentium sine motu sunt extra ea quæ sunt circa astrologiam. Disputant tamen & tractāt omnia de natura. Generant enim cælum, & quod circa huius partes & passiones & operationes accidit obseruant. Et principia & causas in hæc dispensant, quasi alijs physiologis consentientes. Quia ens hoc est quodcunque sensibile est, & comprehendit vocatum cælū. Causas verò & principia sicut dixim⁹.

Qui verò vocantur pythagorici vtuntur principijs & elementis modo diuerso ab eo quo vtuntur loquentes in naturis. Et causa illius est quia non acceperunt ista ex sensibilibus. Mathematica enim sunt sine motu, præter ea quæ sunt in astrologia. Et isti sunt qui semper disputant & loquunī de natura, & cōsiderāt cælū, & partes ei⁹, & actiōes & passiōes, & cōsequētia ista, & dāt illi principia & causas vt numerentī ī naturalib⁹. Entia eīm nō sunt nisi sensibilia, & accipiūt illud qđ dr̄ cęlū. Et dicunt

Mathematica sine motu sunt, præter ea quæ sunt in astrologia.

dicunt in causis principijs multos sermones sicut diximus.

19 Cum declarauit ꝙ ex perscrutatione ista potest homo errorem scire istorum qui admiscēt duo genera entium, scilicet sensibile & intelligibile, & ponunt intelligibile causam sensibilis, incepit declarare hoc.

Et.d.qui autem pythagorici &c.id est, quia pythagorici posuerunt causas rerum naturalium res nō conuenientes & non essentiales rebus naturalib⁹. D.d.& causa in hoc est &c.i. & causa in hoc qd' ponūt rebus naturalibus principia inconuenientia est, quia non quærunt principia sensibilium secundum quod sunt sensibilia & mobilia, sed quærunt principia eorum ex rebus non mobilibus, scilicet mathematicis in quibus non est motus præterquam in astrologia. Et debes scire quod licet subiecta astrologis sint mota, scilicet corpora cælestia, non tamen considerat in eis astrologus secundum quot sunt mota, sed considerat de figuris & sitibus eorum secundum qualitatem motuum & secundū velocitatem & tarditatem, & considerat etiam de quantitate eorum. Naturalis vero considerat de naturis eorum secundum quod sunt mobilia, & declarat qualis modus motuum est possibilis in eis, & qualis non. Deinde dicit, & isti disputant &c. id est, pythagorici cum hoc quod in rebus naturalibus non vtuntur principio naturali volunt se assimilari naturalibus & loquuntur de natura etiam, & in motibus cæli, & etiam suis partibus sicut naturales loquūtur de actionibus & passionibus in rebus quæ sunt sub cælo, & laborant in omnibus istis in dando causas eorum per mathematica, scilicet numeros. D.d.vt numerentur in naturalibus &c.id est, & locuti sunt in istis rebus, & vt numerentur in loquentibus de natura. concedebant enim quod entia sunt sensibilia, & quod sunt alia insensibilia, scilicet substantiæ abstractæ quæ sunt principia sensibilium. Deinde.d.& accipiunt illud quod dicitur cælum.i.quod isti ponebant cælum de natura rerum quæ sunt sub cælo, & dicunt in causis apparentium in eo multos sermones, & innuit per hoc ponentes species numerorum causas entium. Verbi gratia, quia ponebant numerum parem causam entiū quibus accidit esse paria. Et ponunt impares causas entium impariū. Verbi gratia, quia ponunt ternariū causam oīum entiū quibus accidit esse tria sir quaternariū & quinariū. Ista enī opinio est famosa & credita apud istos hoīes.

I Documētū. Quomō sola astrologia inter mathematicas disciplinas motū consideret. Vide etiā.12.me.c.44.&.2.phy.c.18.&.2.cæ.cō.57

Dicunt sufficientia pertingere vsque ad ea quæ sunt entium superiora, & magis quam de natura rationibus conuenientia. Ex quo tamē modo motus inerit finito & infinito solum suppositis, & pari & impari non dicunt.

Ascendamus igitur ad illud quod est altius de entibus, & præcipue ad illud cui conuenit sermo naturalis, & dicamus ꝙ motus quoquo modo quidam est finitus & quidam infinitus, & nihil de subiecto pari & impari.

20 Quoniā oēs antiqui conueniūt in hoc ꝙ principia sunt contraria & pythagorici q opinabanť ꝙ entia sunt numeri, dicebāt ꝙ cōtraria quæ sunt principia numerorū sunt finitū & infinitū, incedit contradicere eis Et.d.ꝙ hæc duo cōtraria inueniunť in motu, qua ꝓpter mot⁹ est numerus. Et

rus. Et quia omnia duo contraria indigent subiecto: & isti cum dixerunt de finito & infinito nõ dixerunt de subiecto eorum.d.& nihil dicũt de subiecto: & qa cõtrarietas in numeris est par & impar: & meli' est opinari numerum esse compositum ex contrarijs: & opinari q̃ ista cõtrarietas est par & ĩpar: dixit & nihil dicũt de subiecto pari & ĩpari.

Et quomodo sine motu & transmutatione possibile generationem & corruptionem esse: aut eorum quæ ferũtur opera circa cælum. A Amplius autem: siue quis det eis ex hic esse magnitudinem: siue ostendatur hoc tamen quomodo erunt hæc corporum leuia: illa vero grauitatem habentia. Ex quibus eñ supponunt & dicunt: nihil magis de mathematicis corporibus dicunt quam de sensibilibus. Vnde de igne & terra & aliis huiusmodi corporibus: nihil dixerunt: sicut nihil de sensibilibus vt existimo dicentes proprium. Et quomodo potest esse generatio & corruptio sine motu & alie ratione: & actionibus diuersis quæ sunt ex cælo: & cum fuerit concessum aut fuerit declaratum quod ex istis rebus fuerit magnitudo quomõ igitur videtur fieri. Corporum enim hoc est leue: hoc est graue: præter illa quæ ponet: dicũt quod nihil est magis dignum eis scilicet corpora mathematica et sensibilia. Et ideo non dixerũt de igne & suis sensibilibus corporum: neque videntur etiã dicere de sensibilibus sermonem conuenientem.

a Cõtingit antiqs nõ dicere sermonẽ cõuenientẽ i, sensibilibus: quia intromiseruut B se dare causas rerũ mobiliũ ex immobilibus.

21 Et cum omnia fuerint numeri: non erit illic motus omnino: & cum motus non fuerit: nec alteratio, neq; motus cælestis diuersi non erit generatio & corruptio. Deinde.d.& si fuerit concessum &c.i.& impossibile contingens eis est: quia congregant ex discreta quantitate.s. vnitatibus magnitudinem continuam: sed si hoc fuerit concessum: aut ponatur quod impossibile est declarari: quomodo ergo erit diuersitas istorum corporum naturalium. D.d. corporum enim hoc est leue: & hoc est graue &c.i. manifestum est enim quod corporum sensibilium: hoc est graue: & hoc est leue: quomodo possunt dare causam & leuitatis & grauitatis cum hoc quod ponunt corpus graue & leue: & vniuersaliter corpus sensibile idem cum mathematico. Nõ enim idem ponũt corpora mathematica esse priora substantia & diffinitione corporibus sensibilibus: sicut faciunt ponentes corpora mathematica principia corporum sensibilium secundum diffinitionem & esse. Isti autem non ponunt aliquod eorum esse prius secundo. Immo ponunt corpora mathematica.s. composita ex numeris idem cum sensibilibus: & ideo non possunt dare causam quare quædam sunt grauia & quædã leuia. Et contingit a eis non dicere sermonem conuenientẽ in sensibilib': quia intromiserũt se dare causas rerum mobilium ex non mobilibus.

Idẽ supra.t. cc.19.&.3. ce.c.61. Idẽ hic cõ. &.t. sequenti.&.2. ce. com.5.9.& hic infra.c.

Amplius autem quomodo oportet accipere eas quidem esse numeri passiones: & numerum circa cælum existentium q̃ factorum & ab initio: & nunc. Numerum vero alium nullũ esse 25

præter numerum hunc: ex quo constituit mundum.

Et etiam quomodo intelligendum quod passiones numerorum sunt causæ: & numeri qui sunt ex cælo sunt existentes & proprij: & in æternum: & nunc: & nullus alius est numerus ex quo fit constitutio mundi.

22 Et quomodo possumus intelligere quod passiones numerorũ sunt par & impar: aliæ sunt causæ passionum rerum sensibilium: sicut albedinis & nigredinis. Nulla enim proportio est inter passiones numerorum & passiones entium naturalium. Et si entia mobilia essent numerus: tunc inuenirentur in eis passiones numerorum necessario. Deinde dicit. & numeri qui sunt ex cælo &c. id est, & numeri ex quibus fit cælum in quo differunt a numeris ex quibus fiunt alia quæ sunt sub cælo. Cælum enim habet naturam existentem sibi propriam aliam ab ea quæ est generabilium & corruptibilium: cum cælum semper est in præsenti & præterito & futuro. Et omnia generabilia & transmutabilia sunt corruptibilia: & natura numerorum apud eos ex quibus constituitur mundus est eadem natura.

C Cælũ habet naturã existẽtẽ sibi ꝓpriã aliã ab ea quę est generabiliũ et corruptibilium. Vide 2. physi. cõ. & primo cę li. cõ. 5.

Nam cum in hac parte opinio & tempus sit eis parũ vero desuper aut subtus iniustitia: aut discretio: aut ꝑmixtio. Demõstrationem autem dicunt: quia horum vnũquodque numerus est. Accidit aũt secundũ hunc locũ iam pluralitatem esse cõstitutarum magnitudinum: & passiones hæ loquũtur singula loca. Vtrum idem est numerus qui in cælo est quem oportet accipere: quia horum vnumquodque est: aut præter hunc alius.

Et cum existimauerunt in aliquo particulari aliqua existimatione erit secundum illam existimationem: & dicũt quod hoc quod est superius & inferius: & mixtio: & distinctio est demonstratio ꝙ quilibet istorum est numerus. Quapropter: contingit vt magnitudines secundũ hunc modũ constituantur ex multis. passio enim cuiuslibet eorum sequitur vnũquẽque locorum. Quando igitur erit iste numerus qui est in cælo: & hoc est opinandum quod est vnumquodq; istorũ aut proprie.

23 Id est, & cõtingit huic opinioni vt scietia particulariũ sit necessaria nõ trãsmutabilis, quia est ex nõ transmutabili: quapropter necesse est vt sensibilia sint nõ transmutabilia in suis subiectis cũ sint numerus.

D. d. & dicunt &c. i. quia entia in maiori parte sunt paria. V. g. superius & inferius & alia cõtraria significãt ꝙ entia sunt numeri. Contingit ergo huic opinioni vt oĩa corpora sint cõposita ex multitudine numerali: quapropter natura eorũ omniũ entium erit eadem natura: & diffinitiones eædem quæ sunt in eis: & passiones propter quod diuersant in nominib⁹ & diffinitionibus: adeo ꝙ quoddã corporũ dicatur cælũ, & quoddã aqua, & quoddam aer, & quoddam ignis: non acquiruntur abstractis corporibus nisi propter loca: nõ quia habẽt differẽtias substãtiales dãtes eis ista loca: sed econuerso qđ est impossibile. Cõtingit etiã

D Secũdã ai-

huic

huic positioni vt idem corpus & eiusdem naturæ quãdo fuerit superi⁹ erit cælum & æternum propter locũ:& quando inferius erit ignis: aut terra:aut aqua:aut aer:aut generabile:aut corruptibile propter locum. Et quia ista impossibilia non aperte fuerũt dicta ab eis dixit:& hoc est opinandum &c.i.& hoc quod contingit eis est opinandum in vnoquoq; corporum secundum opinionem eorum.

tiqui quos driæ substãtiales corporum sunt ꝓpter loca: sed oppositũ tenet Ari. vide primo cæ.cõ.5. & quæ ibi.

Plato nãq; aliud ait esse:existimat etiam quidem & ille numeros hoc esse & horum causas illos vero intelligibiles: hos vero sensibiles. De pythagoricis ergo dimittatur ad præsens: sufficit enim ea tangere tantum.

Plato autem dicit esse aliud;opinatur enim quod ista & suæ causæ sunt numeri. Sed causæ sunt intellectæ:ista sunt sensibilia:Dimittamus nunc sermones pythagoricos: & simus contenti in hoc quod diximus.

Plato autẽ dicebat qđ numeri qui sunt causæ sensibilium sunt alij 24
a numeris qui sunt res sensibiles. Opinatur enim ꝙ numeri qui sunt causæ sunt naturæ intelligibilis:& numeri quorum alij sunt naturæ sunt causæ sensibilis. Et cum vidit quod hoc quod dixit in contradictione pythagoricorum est sufficiens:& qđ post hoc oportet contradicere dicentibus numeros esse causas sensibilium.d.dimittatur nunc &c.

Qui vero ideas posuerunt. Primum quidem existẽtium accipere causas quærentes alia his æqualia numero attulerunt. vt si quis numerare volens paucioribus quidem existentibus putet non posse:plures vero faciens numerare. Nam vere æquales aut non pauciores hijs sunt species.

Qui autem posuerunt species esse causas:primo quærũt causas existẽtibus:& secundo accipiunt quod numeri istorum sunt æquales:adeo quod si homo voluerit numerare,non poterit facere entia minus:sicut non potest ea magis. Species igitur sunt æquales:aut non minus.

Qui autem posuerunt species causas entium sensibilium primo peccant peccato:q̃rẽtes scire causas vniuscuiusq; entis ex alio ente: & non q̃rit causam eis ex suo intellectu vl'i. Et.d.hoc ꝙ cum perscrutati fuerint de necessitate quæ inuenitur in sciẽtijs rerũ imposuerũt alterã speciem entiũ & sunt quæ dicũtur formæ:& deberent dare causam in hoc secundũ ꝙ in eis est intellecta intentio cõmunis per aliud ens cum quo nõ habet cõmunicationẽ:& sic naturã abstulerunt speciei quæ est intẽtio vl'is. Et quia fecerunt entia omnia contraria in nomine solũ: & abstulerunt nomen vniuocum & abstulerunt scientias. D.d.& secundo accipiunt &c.i.& secũdo peccant:quia ponunt in qualibet specie specierũ entiũ numerũ parem:& ꝙ nulla species est imparis:adeo ꝙ si homo voluerit numerare nõ poterit numerare ex spẽbus min⁹ q̃ par:sicut nec poterit magis q̃ par. D.d.si species igit̃ &c.i.spẽs igit̃ sunt æquales aut non magis neq; minus:& intendit per æqualitatem paritatem. 25

Natura specialis nullũ habet esse: nisi secundum qđ est intellecta: contrapo-

nentes vniuersalia realia. Vide idē primo de anima. com. 8. & . 2. de anima cō. 60. & . 3. de anima. c. 18. & . 12. meta. cō. 4. Et q ibi idē hic consequēti.

De qbus q̄rentes causas ab his ad illas puenerūt: secūdū vnūquodq; eīn æquiuocū homogeneū aliqd: est & circa substantias aliorum est in multis vnum: & in his & in sempiternis.

Et isti dimittūt illud ex quo q̄rūtur causæ & declināt ab eo: q̄m in vnoquoq; istorum est nomen cōmune: & in substantijs rerum erit in multitudine vnum & in istis & in æternis etiā.

26 Et isti dimittunt viam ex qua quæruntur causæ rerum: & est consideratio in natura eorum speciali non ex consideratione in natura aliorum entium: cum quibus non habent communicationem. D. d. quoniā in vnoquoq; istorum &c. i. quoniam in vnoquoq; indiuiduorum specierum est nomen commune: & intentio communis: ita quod contingit vt in substantijs quæ sunt hic sit vna intentio communis: & si sint substantiæ eternæ quæ faciunt eas intelligi: & dant diffinitiones earum vt in eo sit intentio communis vna: vniuersaliter natura specialis quæ nullum habet esse nisi secundum quod est in intellectu.

E

Amplius autē secūdū quos modos ostendimus: qa sunt spēs secundū nullū intellectū vident eorū. Ex quibusdā vero nō est necesse fieri syllogismū. ex quibusdā vero est: & nō quorū putamus: horum fiunt species: quia secūdum rationes eas quæ ex scientijs species omnium erūt quorūcumq; sunt scientiæ: & secundū vnū in multis & negationibus: & secūdū intelligere autem aliqd corruptibilium: phātasma enim aliquid horum est.

Et etiā nō declarant modum qui declarat esse specierum: & quod ista habent esse. Ex quibusdam enim nunquam fit syllogismus necessario: & ex quibusdam non declarantur nobis ea quæ existimantur esse species: Secundū aūt sermones acceptos ex scientijs species non sunt nisi rerum quæ sunt scientiæ: aut ex vno in pluribus ex affirmatiuis entibus ex imaginatione autem alicuius corruptibilis rerum corruptibilium: hæc non est nisi imago aliqua istis rebus.

27 Et etiā nō est manifestū q substātia vniuersalis habet esse eodē modo secundū quē hæc substātia singularis habet: substātia eīn indiuidualis nō fit ex ea syl'us oīno: q̄m syllogismus nō fit nisi ex substātia v'li. & substātia v'lis nō fit syllogism' ad eā omnino duæ ergo substantiæ illæ sunt diuersæ. D. d. secundū autē sermones &c. i. sermones autē qui sunt demr̄ationū partes: & dicūtur sciētie nō sunt aliud quā species: & ista sunt quæ cōstituūtur ex vniuersali qd' sic describitur: qd' est vnū prædicatū de pluribus. Et ex affirmatiuis quæ describuntur sic: aliquid prædicari de aliquo. Et cū distinxerit inter particularia & spēs: vult modo distinguere inter naturā imaginationis & intellect': & d. ex imaginatione &c. i. ex imaginatione vero alicuius corruptibilis hoc est imago nō res intellecta. Et intēdebat per corruptibilia indiuidua quæ collocantur sub generibus quæ sunt sciētiæ sicut: Collocantur

Vniuersalis descriptio.

F

cātur in vniuersali quod prædicatur de pluribus: & sic collocantur sub affirmatione & negatione. Vniuersale eñi nō habet esse nisi secundū quod est scientia.i.secundū qđ est in anima: & similiter affirmatiuū & negatiuū. Et intendit quod comprehensiones quæ dicuntur sciētiæ sunt rerū quæ sunt in sensibilibus nō generabiles nec corruptibiles nisi accidentaliter: & sunt intentiones vniuersales quas intellectus comprehēdit in eis: & sunt formæ. Comprehensiones vero q̄ sunt corruptibiliū & generabilium scilicet indiuiduorum compositorū nō sunt sciētiæ sed imaginatiōes eorū. Et quasi intēdebat ꝙ ista sensibilia a habēt duos modos comprehēsionis: modū qui nō est sciētia eorum sed imago: & modum qui est scientia eorum: & est intellecta vniuersalia.

Vniuersale non habet esse nisi secū dum qđ est scientia.i.secundū ꝙ est in anima. Vniuersalia non sunt generabilia & corruptibilia: nisi per accidens. a Sensibilia habent duos modos comprehensionis. Vide aliam diuisionem c. de anima 333.

Amplius autem rationum certissimæ: aliæ quidē eorum quę ad aliquid ideas faciunt: quorum nō dicunt esse secundū se genus. Aliæ vero tertiū hominem dicunt esse: & omnino quę sunt de speciebus rationes auferunt ea quæ magis esse volunt dicentes esse species quā ipsas ideas. Accidit autem ei dualitatem nō esse primam sed numerum: & ad aliquid ipso quod secundum se: & omnia quæcumque aliquid speciebus opiniones sequentes opposuerunt principiis.

Verificantes autem sermones quidā ponūt species de relatiuo: & non opinātur qđ aliquid per se est genus: & quidā dicūt tertium hominē esse: & isti auferunt per vnitatē sermones qui sunt in speciebus: & præcipue qui opinantur dicentes esse species quot sunt ista. Et contingit ex hoc vt dualitas non sit prior numero & hoc etiam est relatiuum ad aliquid: deinde dicitur de se & alia dicunt quidam de opinionibus in formis & errauerunt in eis per principia.

Dicit ꝙ philosophi verificātes sunt illi q̄ opinant ꝙ species sunt relatiuæ & ꝙ nō sunt existētes ꝑ se: cū manifestū est de relatiuo ꝙ nō dicit nisi in respectu alicuius: & cum relatiuū auferetur: auferetur illud quoniā aūt species sunt correlatiue manifestū est ex diffinitiōe sua: species enim est illud qđ est magis proprium duorum vniuersalium quod potest responderi ad quid. D.d.& quidam dicunt tertium &c. id est & quidam dicunt quod si homo sensibilis habet hominē intellectū: sic homo intellectus debet habere hominē tertiū. D.d.& auferūt per vnitatem &c.i. & per hoc: quia ponunt formas esse easdem in numero auferunt diffinitiones specierum. Vnum enim in numero non prædicatur de pluribus & species est vna intentio secūdū formā: & ideo diffinit quod est vniuersale prædicabile de pluribus secundū quid: & hoc contingit magis dicentibus quod natura specierū abstracta est eadē cū natura sensibiliū. D.d.& cōtingit ex hoc quod dualitas &c.i. quia cū genera & spēs sunt res existētes per se: cōtingit vt sint priora elemētis ex quibus componuntur illa quæ collocantur sub illo genere. Intellectum enim vniuersale est prius secundum causam & tempus: eo quod 28

Vnū numero non p̄dicat de pluri

bus. Idem Porphirius cap. de genere: & in pdicamẽtis. ca. de ſubſtãtia Intellectum vere eſt pri⁹ ſecũdũ cauſam, & tpˢ: eo ꝗ ẽ ſub eo. opp. primo de aĩa. t. com. 8.

eſt ſub eo. Dualitas igitur ex qua componitur numerus eſt poſterior numero. & compoſita ex quatuor elementis ſunt priora elementis. Deinde dixit, & hoc eſt relatiuũ &c. id eſt & quomodo numer⁹ erat prior dualitate: & dualitas eſt exiſtens per ſe. numerus autem eſt ex relatiõe.

Deinde dixit, & dicitur de ſe, id eſt quod cũ numer⁹ ponatur abſtractus & fuerit ſemper dictum de alio: contingit vt dicatur de ſe: quod eſt impoſsibile. Deinde dixit, & alia dicta &c. id eſt & hæc impoſsibilia contingunt omnibus opinionibus dictis a ponẽtibus formas & errantibus in hoc in perſcrutatione principiorum.

Amplius aũt ſecũdũ exiſtimationẽ quidẽ ſecũdũ quã eſſe dicimus & ideas eſſe non ſolũ ſubſtantiarũ ſpecies ſed multorum aliorum. Et enim conceptus vnus nõ ſolum circa ſubſtantiã: ſed & de alĳs eſt. Et ſcientie non ſolum ſunt ipſius ſubſtantiæ: ſed & aliorum. Accidunt autem & mille talia alia.

Et etiã ſecundũ intelligere de quo dicebant eſſe formarũ cõtingit vt formæ non ſint tantũ ſubſtantiarũ: ſed & non ſubſtãtiarũ. Et ſimiliter ſciẽtię, & nõ ſunt tantũ ſubſtãtiarũ ſed aliarũ rerum: & talia multa innumerata quæ contingunt eis.

29 Id eſt & etiam contingit eis cum dixerũt quod intelligere eſt formarum exiſtentiũ per ſe vt formæ non ſunt ſubſtantiarum ſed accidentiũ. Intelligere enim non eſt tantum ſubſtantiarum: ſed accidentium.

Secundũ vero neceſsitatẽ & opiniões de eis ſi ſunt participabiles ſpecies ſubſtãtiarũ: neceſſe eſt ideas eſſe ſolum: nõ enim ſecundũ accidẽs participantur: ſed oportet hac vnuſquiſq; participare inquantũ nõ de ſubiecto dicũtur. Dico autem vt ſi qd per ſe duplo participat hoc & ſempiterno participat: ſed ſecundum accidens. Accidit enim duplo ſempiternũ eſſe: quare ſubſtantia erit ſpecies. Hæ vero ſubſtantiam hic ſignificant & ibi. Aut quidem erit ipſum eſſe dicere aliquid præter hoc vnum in multis, Et ſiquidẽ eadẽ ſpecies idearũ & participantiũ aliquid erit cõmune. quid enim magis incorruptibilib⁹ dualitatibus: & dualitatib⁹ quidẽ multis ſed ſempiternis dualitas vnum & idem: qm̃ in hac & aliqua: ſi vero nõ eadẽ ſpecies æquiuocatio erit & ſimile: vt ſi quis vocat hominẽ callia & lignum. nullã illarũ cõmunitatẽ inſpiciẽs. Secũdũ aũt neceſſariũ eſt: & qđ exiſtimatẽ in eis ſecundũ illũ vtrũ ſpecies ſubſtantiarũ ſint admixtæ. Neceſſariũ eſt vt ſpecies ſint ſingulares qa determinatio eorũ nõ eſt per accidẽs. Sed neceſſe eſt vt quodlibet eorũ in ſe ſit determinans cũ nec dicatur de ſubiecto. Dico vt in aliquo ſit duplum in illo: igitur erit æternitas: ſed per accidens. Accidit enim duplo quod fuit æternũ: & res quarũ ſpecies ſunt ſubſtãtiæ: ſunt in hoc loco ſignificantes ſubſtantias. Illic vero qualecunq;

cūq; sit ens dicitur esse aliquid,&cū hoc vnum de pluribus.Si igitur est species specierū & determinata habēt aliquid in aliquo cōmunicāt,quid est igitur illud q̄ est propriū dualitatib⁹ corruptibilibus.Et dualitas est propriū dualitatibus corruptibilibus,& dualitas est multitudinis Dualitas em̄ est æterna & est eadem,dicitur ergo in respectu alicuius & de se,& si species nō fuerit eadē:tunc erunt æquiuoca.Verbi gratia,vt aliquis vocet hominem chilum & lignum sine cōsideratione ad intētionem in qua communicant.

Secūdū autē illū quod videtur esse necessariū in formis,& qd' cōsequitur eo est credendū qd' species quæ dant diffinitiones & substātias eorū quæ sub eis dicunt esse adunatæ cū eis de quibus prædicātur,prędicatio enim eorū de illis quæ sunt sub eis non est accidentaliter: sicut prædicatio accidentiū de substantijs & accidentium de se adinuicem. 30

Et dixit hoc quia propter hoc qd' istæ scientiæ sunt necessariæ opinati sunt dicētes formas esse:qd' sciētiæ sunt formæ abstractæ,& vocauerunt eas formas abstractas. Et d.& necessariū est vt sint singularia, id est,& propter hoc qd' sunt necessariæ oportet vt sint cum eis de quibus prædicantur eædem in actu. Deinde dedit causam in hoc &.d. quia determinatio eorum non est per accidēs,id est,quia determinatio quæ est in prædicatiōe accidētiū de substātijs:aut accidētiū de se a sub iectorū ab vniuersali quod dicitur de eis nō est sicut determinatio ad inuicē,&.d.hic:quia necessariæ sunt scientiæ opinati sunt. D.d. sed necesse est &c.id est,sed necesse est vt quodlibet prædicabiliū formarū sit determinās substātiam sui subiecti essentialiter cū nō prædicetur de eo sicut accidens de suo subiecto.Accidētia enim determināt sua subiecta accidētaliter. Deinde dicit exemplū,& dicit,dico vt in aliquo &c.id est.V.g.vt aliquid sit duplū & sit æternū. Tunc enim continget vt alterum eorum dicatur de aliquo accidētaliter, dicitur enim quod duplū est æternū:sicut dicitur qd' musicus est medicus quia accidūt eo dē subiecto. D.d.& res quarū sunt species &c.id est,& ideo species quæ sunt substātiæ significāt de sensibilibus substātijs,& species quæ nō sunt substātiæ significāt de sensibilibus nō substantias. D.d.illic autē &c.id est,illic autē quodcūq; sit de formis abstractis dicitur esse aliquid & ens in substātia sicut dicit de quocūq; sit hic qd' est aliquid & ens. D.d.si igitur est species specierū &c.id est,si igitur dicere aliquid & vnū & ens qd' prædicatur de abstracto & sensibili est determinans omnia quæ inueniūtur in aliquo esse,& est forma formarū & determinata:habēt aliquid in quo communicāt contingit vt illa quæ sunt illic & quæ hic sunt habeāt aliquid in quo communicant. Verbi gratia si prima dualitas communis omnibus dualitatibus secundum sermonem dicentium hoc esse dualitatem absolutam determinantem omnes dualitates in quo igitur communicāt,& quod est propriū corruptibili & qd' est propriū æterno,& hoc intēdebat cū dixit quid igitur est proprium &c.id est,quid igitur est propriū primis dualitatibus corruptibilibus,& quid est proprium in corruptibilibus: cum dualitates sint multæ,

G Accidentia determināt sua substantia accidētaliter.

Corruptibili & æterno nil

cõmune vniuocũ est. 10 me. 1. c. vlti. & pri. cæl. c. 5. & in 1 li. de substantia orbis.

multæ, & posuimus cũ hoc quod prima dualitas est vniuersalis vtroq; modo. Accidit igitur dualitati æternæ vniuersali omnibus dualitatibus corruptibilibus & æternis vt dicatur quãdoq; de se secũdũ qđ est æterna, & quãdoq; in respectu aliarũ secundũ qđ determinãt illa & notificant substantias aliarũ. Deinde dicit, & si species nõ fuerit eadẽ &c. id est, si nõ fuerit eadẽ intẽtio in qua cõmunicant corruptibilia & æterna: tũc hæc dualitas quæ dicitur de corruptibilibus & æternis dicetur æquiuoce, & intẽdit cum dualitas fuerit dicta de æterna & de corruptibili non erit forma eius neq; demonstrans eius substãtiam, & vniuersaliter si spẽs nõ fuerit, & est illud quod prædicatur de pluribus diuersis secũdũ quid tunc nomen dictum de illis formis, & de illo quod hic est erit æquiuocum & destruentur scientiæ.

I Omnium autẽ dubitabit aliquis maxime quid conferunt species sempiternis sensibiliũ: aut his quę fiunt & corrumpuntur. Nec enim motus nec trãsmutationis nullius sunt causa eis. At vero nec ad scientiã quicq; auxiliatur eis quæ est aliorum. Nec enim ille horũ substantia. Nam in his essent. Nec ad esse cõferunt, cũ non insint participãtibus. Sic enim forsan causa videbitur esse album permixtũ albo: sed hæc quidẽ ratio valde mobilis est quã Anaxa. prius & Hesiodus posterius, & alij quidã dixerunt. Facile nãq; colligere multa absurda & impossibilia ad talem opinionem. At vero nec ex speciebus sunt alia secundum vllum modum consuetorum.

Et ambigit homo magna ambiguitate in hoc q; acquirunt res sensibiles, & corruptibiles, & generabiles: de speciebus ęternis: cũ nõ sint causę alicuius motus & alteratiõis, & talis est dispositio earũ in sciẽtia: neq; etiam adiuuãt in alijs rebus: neque substantiæ illorũ sunt de substantijs istorũ sensibilium. Et ista etiam si vnum in vniuersalitate non fuerint non erunt: vt aliquis existimat q; causa in albo est quia albedo fuit mixta cũ albo: sed hoc est bonæ motiõis, & Anaxa. primo & posterius Hesiodus, & alij dixerũt q; facile est cõgregare multa. Sed hoc est impossibile secũdũ hãc opinionem. Immo neque aliæ res fiũt ex speciebus secũdũ aliquẽ modorũ qui assueti sunt dici.

Quod ẽ materiale non trãsmutatur nisi ab alio materiali. idẽ. 7. me. c. 31. Indiuiduũ nõ gñaꝛ nisi ab alio indiuiduo.

31 Et cũ manifestũ est q; causę rerũ generabiliũ & corruptibiliũ & vniuersaliter trãsmutabiliũ sunt corpora naturalia q̃ sunt principia transmutatiõis in reb⁹ sensibilib⁹: miraꝛ hõ qui induxit eos ad inducẽdũ formas abstractas: qđ eñ est abstractũ quomodo adaptatur vt ex eo transmutẽtur entia materialia: qđ eñ est materiale nõ trãsmutaꝛ nisi ab alio materiali. D. d. & talis est dispositio earũ in sciẽtia, id est, & nihil coget ad ponẽdũ eas propter sciẽtiã, & nõ apparet qđ habẽt iuuamẽtũ in esse rerũ sensibiliũ, id est, quia nõ generãt res sensibiles. Indiuiduũ enim nõ generaꝛ nisi ab alio indiuiduo: neq; etiã adiuuãt in generatione indiuiduorũ

uiduorũ ſicut corpora cæleſtia iuuãt. D.d.neq; ſubſtãtiæ illorũ ſunt de ſubſtãtijs iſtorũ,id eſt, neq; ſubſtãtiæ illarũ formarũ abſtractarum ſunt de ſubſtãtijs iſtarũ rerũ ſenſibiliũ:cũ ille ſint æternæ,& iſte generabiles & corruptibiles,& ideo a non poſſunt eſſe cauſe eorũ:neq; ſecundũ formas,neq; ſecundũ agẽtes. D.d.iſta etiã &c. id eſt,& iſta etiã inſenſibilia ſi in eis nõ fuerit intentio vniuerſalis vna admixta eis nõ erunt entia:quemadmodũ ſi albedo non eſſet mixta cum re alba non eſſet aliquid album omnino. Et per hoc quod dixit ſed hoc eſt bone motionis:innuit qđ mixtio b intentionis vniuerſalis ſubſtãtialis cũ particularibus eſt fortior mixtione accidentiũ cum ſuis ſubiectis. L – D.d.& Anaxa.&c.id eſt,& manifeſtũ eſt qđ nos poſſumus accipere facile in rebus multis vnã intentionẽ vniuerſalẽ exiſtentem in eis,& ſi iſta intẽtio eſſet vna in numero.i.abſtracta ſicut dicũt dicẽtes formas eſſe:tunc impoſsibile eſſet vt inueniretur in pluribus.Vnũ enim in numero nõ inuenitur in pluribus,& ſic cõgregare plura ad vnũ eſt impoſſibile. D.d.neq; aliæ res &c.id eſt,& impoſsibile eſt vt formæ ſint cauſæ trãſmutationis,& generationis,& corruptionis,& vniuerſaliter cauſæ ſenſibiliũ ſecundum aliquem modorum qui aſſueti ſunt dici ab eis.Verbi gratia,hoc quod dicunt quod ſunt exemplaria eorum & quod ſunt cauſæ ſcientiæ eorum.

vide idẽ.7.met.cõ.51.

a Cogita quomodo ſubſtantiæ abſtractæ nõ poſſunt eſſe cauſæ agentes & formales iſtorũ corruptibilium.

b Mixtio intentionis vniuerſalis ſubſtãtialis cũ particularibus eſt fortior mixtiõe accidẽtiũ cum ſuis ſubiectis.

M

Dicere vero exemplaria eſſe & eis alia participare: vaniloquiũ eſt & metaphoras dicere poeticas. Quid enim eſt quod agitur ad ideas reſpiciens.Cõtingit enim & eſſe & fieri ſimile quodcũq;.& non aſsimilatum ad idem.Quare & exiſtẽte Socrate,& nõ Socrate exiſtente fiet qualis Socrates. Similiter autem palam quia ſi ſit Socrates ſempiternus:erunt eiuſdẽ exemplaria plura:quare & ſpecies:vt hominis animalis aut bipedis ſimul autem antho antropos.

Dicere autẽ ſpecies continentes ſe:eſt ſermo vacuus ſimilis ſermonibus verſificatorũ.Et quid eſt illud quod non agit abſq; eo q aſpiciet formã.Poteſt enim eſſe ens & non ens, & ſi non aſsimilatur alicui adeo q Socra.erit & nõ erit niſi exẽplar ſit Socra.& ſecundũ hunc modũ declaratur quod Socra.eſt æternum,& habet multa exẽplaria:ſicut ſpecies.Sicut homo habet animal bipedale,& homo idem eſt in vtroque.

Id eſt dicere autẽ ſpecies cõtinentis ſe nõ ſpecies indiuiduorum ſed formas exiſtẽtes per ſe.V.g.ſi aliquis dixerit qđ homo eſt ſine carne & oſſe eſt ſermo fabuloſus. D.d.& quid eſt illud qđ nõ agit &c.id eſt faciẽtes exẽplaria quærũt dicẽtes qđ res generãs entia impoſsibile eſt vt generet aliquid indiuiduorũ niſi aſpiciat exemplar illius indiuidui: quærunt ſcilicet de natura illius generatæ rei & generantis.Quoniã ſi fuerit generata & generans per quãcũq; naturã ſit ſcilicet qđ nullã habet naturã propriã:tũc poſsibile erit vt ſit ens & nõ ens æqualiter. & ſi fuerit ens:tũc impoſsibile erit vt aſpiciat exẽplar,& nõ aſpiciat.& ſi aſpexerit ens poſsibile erit vt aſsimiletur,& nõ aſsimiletur, & ſic ge- 32

Indiuiduū eſſentialiter non generatur niſi ab indiuiduo eiuſdē ſpeciei. vide idē ſupra.c. 31.

neratio erit a caſu, & intelligit generationē eſſe caſu, quod generans ſit de natura generati, & ſi non: tunc generans non generabit ſibi ſimile. Verbi grtia, homo hominem. Et ſecūdum hoc generans nō indigebit exemplari. Deinde dicit nō ſicut Socrates, id eſt, & indiuiduū eſſen- N tialiter nō generatur niſi ab indiuiduo ſuæ ſpeciei: quapropter neceſſe eſt vt generans Socratem ſit aliud indiuiduum ſibi ſimile. Deinde dicit. & ſecundum hūc modum declarabitur qđ Socrates ſit æternus, id eſt, & etiā ſi poſuerimus hic exemplaria cōtingit vt ſit aliquod indiuiduum quod Socrates generatus habebit Socratem æternum, & ſecundum hoc contingit vt indiuiduum habeat naturam vniuerſalem, & ſic compoſitum ex naturis vniuerſalibus ſicut eſt ſpecies, & hoc intendebat cū.d. ſicut homo habet animal &c. id eſt, & indiuiduū habet diffinitionem ſicut habet ſpecies.

Amplius autē nō ſenſibiliū ſpecies exēplaria: ſed etiā ipſarū vt genus ſpecierum quare idem erit exmplar & imago. Amplius videbitur eſſe vtiq; impoſsibile ſeparatā ſubſtātiā & cuius eſt ſubſtātia quare quomodo ideæ rerū ſubſtātiæ erūt exiſtentes ſeparatim. In phedone vero ſic dicitur quaſi ipſius eſſe & fieri cauſæ ſint ſpecies.

Et etiam ſpecies nō ſunt exēplaria rerū ſenſibiliū: ſed & ſint ipſarum etiā ſicut gēnus quod eſt genus multarum ſpecierū, & ſic idem erit exemplum & forma ſuīpſius. Et etiam impoſſibile eſt vt exiſtiment eſſe entia abſtracta à ſubſtātijs et ſubſtātiæ nō, & ſi nō quomodo erūt ſpēs ſubſtātiæ rerū abſtractarū ab illis, & hoc dictum fuit in cadon. ſcilicet quod ſpecies ſunt cauſæ eſſe generationis.

33 Id eſt & cū illud quod prædicatur de aliquo & notificat eſſentiam eius ſi fuerit forma abſtracta: tunc ſpecies non erunt exemplaria rerum ſenſibiliū: ſed ſuiipſorum: quoniam ſicut indiuidua habent exemplaria propter ſpecialitatē quæ eſt in eis. Verbi gratia, indiuidua hominis propter humanitatem ita ſpecies abſtractæ habet exemplaria per generalitatem quæ eſt in eis: ſicut ſpecies ſenſus habent exemplaria per ſenſum quod eſt genus. Deinde dicit, & etiam impoſſibile &c. id eſt, & etiā impoſſibile eſt exiſtimare formas eſſe abſtractas a ſubſtantijs quarum ſunt formæ & ſubſtantias non eſſe ſcilicet quod eſt impoſſibile ſcilicet formas remanere & deficere res quarum ſunt formæ: quoniam tunc O non eſſet generatio neq; corruptio. Et quia poteſt aliquis dicere quod Plato non dixit eas eſſe cauſas generationis & corruptionis: neque partes formales rerum ſenſibilium: notificauit quod Plato dixit hoc in libro Cadon, & dixit, & hoc dictum fuit &c.

Impoſſibile eſt exiſtimare formas eſſe abſtractas a ſubſtantijs quarū ſunt formæ.

Et etiam in exiſtētibus ſpeciebus cum non fiunt participantia ſi ſit qaod mouit. Et multa alia vt domus & annulus quorum non dicimus ſpecies eſſe quare palā quia contingit alia eſſe & fieri, & propter tales cauſas quales & nūc dicte ſunt.

Et

Et etiam cum species fiunt entia non habebunt determinãs si non fuerit illud quod est lectus cum aliis multis rebus: sicut domus & annulus & res quas non diximus esse entia: manifestum est quod possibile est vt sint: & vt sint res à talib⁹ istis causis quæ modo fuerant dictæ.

Et cum species fuerint res existentes extra animam non habent genus quod determinat eas: & quod notificet intentionem vniuersalem per quam sunt entia: & cum non habuerint hanc intentionem nõ erunt entia: quemadmodum si domus & annulus & lectus non esset aliquod istorum particularium: & hoc intendebat cum dixit: & aliæ res quas non diximus esse entia. Deinde dixit, manifestum est &c. id est si igitur habuerint tales species & genera: manifestum est quod illæ sunt causæ ex quibus componuntur res sensibiles: & ideo non sunt hoc aliæ causæ: & intendit quod si contingit ex hoc vt res sensibiles sine compositæ ex talibus causis, id est ex rebus cõpositis ex formis & materiis. Et dedit exemplum in artificialibus: quia nullus dicit quod vniuersalia eorum non habent esse extra animam: & ideo forte intendebat cum dixit & res quas non diximus esse entia istum modum vniuersalium, scilicet artificialium. 34

Amplius si sint numeri species quõo causæ erunt vtrũ qa alii numeri sunt existentia ipsa: vt hic quidẽ numerus homo: ille vero Sortes: & alius Callias: quid igitur his sunt causæ ille: nec enim si hi quidem sempiterni: illi verò non differunt.

Et etiã species sint numeri quõo erũt causæ. primo vero quia numeri entiũ sunt diuersi. V.g. qđ iste numer⁹ est homo: & iste Socra. & iste Hyllus: quare igit̃ erunt causæ istorũ: & non adiuuant etiam in hoc si quædam fuerint æterna: & quædam non.

Cũ destruxit formas esse secundũ opiniõnẽ dicentium quod natura formarũ est alia a natura numerorũ: reuersus est ad opiniõnẽ dicentium quod natura numerorum & formarũ est eadem: & est opinio Platonis. 35

Et. d. & etiã si species &c. i. & etiã si formæ fuerint numeri quõo erũt causæ rerũ sensibiliũ. primo vero quia contingit vt idẽ ens sit cõpositũ ex multis numeris diuersis secundũ formã. V.g. quod istud ens indiuiduibile est aĩal: & est homo: & est socrates. Quapropter debet habere numerum per quẽ est animal: & numerũ per quẽ est homo: & numerũ per quem est socrates. Et similiter hyllus debet habere tales numeros: & cum hoc impossibile est in numeris: in quo igitur erunt numeri causæ istorum. Deinde dixit, & non adiuuant &c. id est quod numerus qui est quasi genus de istis sensibilibus non adiuuat in numero qui est quasi indiuiduum, Ille enim qui est quasi genus est æternum: & æternum non potest esse pars generabilis rei & corruptibilis.

Si verò qa rõnes numerorũ: & hic vt simphonia palã qa est vnũ qdẽ quorũ sunt rõnes. Si itaq; hoc materia manifestũ: qa & ipsi numeri aliquæ rationes sunt alius ad aliud. Dico autem

vt si est Callias ratio in numeris ignis & terræ: & aquæ: & aeris: & antho anthropos: siue numerus quis existens: siue nõ: tamẽ erit ratio in numeris quorũdam & non numerus: & non erit quis propterea numerus. Et cũ diffinitiões numerorum fuerint cõuenietes illis quæ sunt ante manifestũ est quod aliquid est cui⁹ sunt istæ diffinitiões: & manifestũ est quod hoc est materia. isti enim numeri sunt diffinitiones illorum adinuicem. Verbi gratia, quod si diffinitio hylli fuerit in numeris ignis: & terræ: & aquæ: tũc iste homo aut erit aliquis numerus: aut nõ: quousq; sit diffinitio aliquorum numerorum & nõ numerus: & non erunt ista etiam aliquis numerus.

36 Et cũ numerus est ens existẽs extra animã habuit diffinitionẽ sicut alia entia: manifestũ est quod diffinitio numeri debet esse conueniens ei quod est ante. id est diffinito: & sic numer⁹ erit compositus ex materia & forma: & diffinitio numeri non erit numerus: sicut diffinitio hominis non est homo. & ideo dixit & manifestũ est quod est hoc materia. i. q̧ materia est recipiẽs diffinitiões. D. d. isti enim numeri &c. i. cõtingit ex hoc quod quædã entia sunt priora seinuicẽ. i. quod quædã eorũ accipiũtur in diffinitiõibus quorũdã: & ex hoc quod ponũt ea numerũ vt isti numeri cõtingit ex hoc vt sint diffinitiones suijpsorũ adinuicẽ.

P D. d. exẽplũ & impossibile cõtingẽs ex eo &. d. V. g. &c. i. V. g. q̧d si numeri aquæ ignis: & terræ & aeris fuerit accepti in diffinitiõe hominis: tũc homo si fuerit aliquis numerus nõ erit sic donec illa quæ sunt accepta in diffinitione eius sint diffinitio numeri & hominis non aliquis numerus. Diffinitio enim numeri non est numerus: quemadmodũ diffinitio animalis nõ est animal: & secundũ hoc ista elementa accepta in diffinitione hominis non erit numerus: & iam posuimus ea esse numerum: quod est inconueniens. aut homo non erit numerus.

Diffinitio numeri non est numerus sicut diffinitio aĩalis nõ est animal.

Q Amplius ex multis numeris vnus fit numerus: ex speciebus aũt vna species qualiter: sed si nec ex ipsis sed ex vnis vt in millenario quomodo se habent vnitates: siue enim eiusdem speciei multo inconuenientia accidunt: siue non eiusdem speciei nec eædem sibĩnuicem: nec aliæ omnes omnibus.

Et etiam ex pluribus numeris fit vnus numerus: quomodo igitur ex pluribus speciebus fit vna species: & si non fuerit ex eis sed ex numeris sicut mille quomodo igitur sunt istæ vnitates: quoniam si sunt consimiles in specie contingũt multa impossibilia & si vnaquæq; fuerit per se in aliqua specie nõ erũt diuersorum: neq; diuersa omnia sunt omnino.

37 Et etiã manifestũ est q̧ ex pluribus numeris fit vnus numerus: & si species sunt numeri q̃uo ex pluribus speciebus fit vna species: & cõtingit sicut dicũt quidã si sit vnitas punctus: & dualitas sit linea: & trinitas superficies: & quaternitas sicut corpus: vt superficies sit cõposita ex

linea

linea & pũcto: & corpus sit compositũ ex superficie & linea & pũcto: quod est impossibile. Deinde dixit, & si non fuerit ex eis &c. id est quod numeri formales non insurgunt ex numeris diuersis: sed ex numeris conuenientibus: sicut centum ex denarijs: & mille ex centenarijs: tunc vnitates istorum: aut erunt conuenientes in quãtitate & forma: aut diuersæ. Si igitur fuerint conuenientes in forma contingunt multa impossibilia, quorum vnum est vt omnes species sint conuenientes in forma. Et si fuerint diuersæ in specie: contingit vt sit non numerus: & ideo dicit: & sicut vnaquæque &c. i. & si vnaquæque vnitatũ numerorũ formaliũ fuerit diuersa ab alia: nõ erit numerus. Diuersa enim numerãt se adinuicẽ. Numerus aũt numerat se adinuicẽ: aut per vnitatẽ: aut per numerum.

Quomodo nanque dixerũt impassibiles existẽtes: nec enim rationabilia hæc nec intelligere cõfessa. Amplius aũt aliud aliquod genus numeri facere est necesse circa quod sit arithmetica.

Et quid proficit cum non sint passiua: & hoc nõ est de rectis sermonibus neque intelligitur. De necessitate igitur est ponere alium numerum: & est subiectum arithmeticę.

Et quid coget vt causæ rerũ non passiuarũ sicut numerus sit necessarium in esse rerum passiuarũ. Passiua enim necessario componũtur ex passiuis. Deinde dixit. de necessitate igitur &c. id est & cum manifestum est quod impossibile est vt numerus mathematicus sit substantia rerum sensibilium: necesse est si aliquis numerus qui dat substantiã rerum sensibilium vt sit alius a mathematico. Sunt igitur tres species numerorum. Et enim numerus mathematicus qui non multiplicat per multiplicationem numeratorum. Et est numerus formalis qui diuersatur per numerationem entiũ. Et est numerus cuius iste numerus est forma: & sunt sensibilia. & quia hoc contingit huic positioni: & dicentes quod formæ sunt aliæ a numeris ponunt numerum naturam mediã inter formas & sensibilia: & dixit etiam contradicendo eis. 38

R

Tres sunt species numerorum.

Et oĩa intermedia dicta ab aliquibus simpliciter ex quibus sunt principijs: aut quia inter media eorũ quæ hic & ipsorum erũt.

Et oĩa media, aut sunt ex rebus simpliciter: aut ex aliquibus principijs: aut ex illo ex quo est inordinatum post media.

Id est & cum numerus mathematicus est medius inter formas & sensibilia: & omne medium aut est compositum ex rebus simplicibus simpliciter: aut ex rebus simplicibus in respectu mediorum: aut ex formis ipsorum mediorum. Sed quia media facta a medijs prioribus eis non sunt secundum quod sunt media: sed secundum quod sunt formæ diuersæ: quoniam si medium esset ex medio secundum quod est medium: tunc media procederent in infinitum: ideo dixit in loco eius. q. d. ex formis mediorum compositis ex illo ex quo est ordinatum post media. Res enim ordinatæ sub medijs secũdum quod sunt media. s. secundum quod medium est genus eorum sunt species mediorum. & ideo dicitur quod species sunt ordinatæ sub genere. Et intendebat per hunc sermonem quod numerus mathematicus est compositus ex numero formali & sensibili: & manifestũ est quod hoc est impossibile in numero mathematico: 39

Omne medium aut est compositũ ex rebus simpliciter aut ex rebus simplicibus in respectu mediorum aut ex formis mediorum.

Notum est

per se ꝙ nulla natura est media inter esse abstra/ctũ & materiale. vide i/stantiam de forma ho/minis vlti/ma. 2. phy. com. 26.

mathematico: & est manifestũ ꝙ illi non intendebant per hoc q' dicũt q' numerus mathematicus est medius inter formas & sensibilia secundum istũ modũ: sed intẽdunt ꝙ natura numeri est quasi natura media inter formas abstractas & formas sensibiles materiales. Sed notũ est per se. q' nulla natura est media inter esse abstractum & materiale: hæc enim duo cõtraria. s. æternũ & corruptibile manifestũ est ꝙ sunt immediata.

Amplius vnitates quæ sunt in dualitate vtraq; est ex aliqua priore dualitate: quãuis impossibile amplius quare vnum numerus est collectus. Et etiam vnitates cuiuslibet eorũ sunt ex aliquo: euenit igitur hoc ex dualitate: quod est impossibile: & etiam non erit numerus vnum iteratum.

S

Dualitas in vna re non inuenitur nisi ꝓpter materiam.

40

Et cum dualitates fuerint: dualitas numeri medii continget vt dualitas sit ex aliquo: & vt dualitate aliquid sit prius. Deinde. d. & nõ erit numerus vnum iteratũ & c. i. & si numerus fuerit ab vno abstracto: tũc in eo nõ inuenietur vnum iteratum. Dualitas enim in vna re est propter materiã: causa enim iterationis eorũdẽ numerorũ est iteratio vnius numeralis: & vnũ quod est immateriale nõ iteratur secundum indiuiduũ.

Et potest intelligi sic: & etiam quomodo vnus numerus vniuersalis erit iteratus: & similiter vnum intellectũ: & vniuersalia innata sunt nõ iterati. Intellectũ enim animalis non inuenitur magis vno: sed ex intellectu vnius inueniuntur multæ vnitates: & similiter in terno & quaterno inueniunt infinitæ trinitates: & infinitæ quaternitates.

Amplius cum dictis si sint differentes vnitates oportebit vtique dicere quemadmodum quicunque elementa quatuor aut duo dicunt. Etenim horum quilibet non commune dicit elementum esse vt corpus: sed ignem & terram siue sit commune corpus ipsum siue non: nunc autem dicitur quasi vno existente quemadmodum igne aut aqua similium partium. Si vero sic non erunt substantiæ numeri sed palam: quia si commune est aliquid vnum ipsum: & hoc est principium: quare multipliciter ipsum vnum. Aliter enim impossibile est volentes autem substantias ad principia reducere.

Et similiter dicimus in vnitatibus quas diximus: si fuerint nõ diuersæ secundum hunc modum: & est modus dicentium quod elementa sunt quatuor aut duo: omnes enim illi non opinãtur quod elementum est commune eis. s. corpus: sed ignis & terra siue corpus fuerit commune eis aut non. vnum igitur nũc dicimus de illo quod est consimilium partium sicut ignis & aqua: & cum ita sit numeri non erunt substantiæ: sed manifestum est quod si vnum est quod illud est principium & vnum dicitur multis modis: sed illi volũt eleuare substantias ad principia secundum quod non est possibile.

Et

Et nos dicimus &c.id est, & nos dicimus quod via dicentiū quod 41
substantiæ entium sunt compositæ ex vnitatibus non diuersis in specie est eadem cum via dicentium q; elemēta sunt res singulares.scilicet indiuiduales non vniuersales: sicut sermo dicentium quod elementa sunt quatuor.s.aqua,& ignis,terra,& aer.aut duo eorū. isti non opinātur q; vniuersale cōmune istis est elementum.s.corpus.sed ignis & terra,& indifferenter apud eos siue istud cōmune habuerit esse: aut nō habuerit esse. Et hoc quod dictū est cōtingens eis:quia cū vnitates numerales fuerint extra animā erūt in materia,& erit vna secundū formā, & multæ secundum numerum:& ista est dispositio vnitatum quæ significant ea quæ sunt cōsimilium partium, & dispositio multitudinis existentis in eis.Et hoc intendebat cū.d.vnum igitur nunc &c. D.d.& cum ita sit numeri non sunt substantiæ.id est, & cum vnitates nō sunt nisi elementa vnitatū sensibiliū secundū q; sunt vnitates indiuiduales consimilium partium:manifestum est qđ numeri qui sunt species non sunt substantiæ abstractæ.s.formæ.Sed manifestum est q; si fuerit declaratum aliquod vnum existens per se extra animam:quod illud est principium omniū entiū. Deinde.d.& vnum dicitur multis modis,id est, & possibile est vt in quolibet prædicamentorum sit vnum.s.indiuisibile in illo prædicamento:sicut est in quantitate discreta:quia vnum dicitur multis modis. Et dicit hoc innouando errorem antiquorū opinantium vnum dici de vna intentione.s.substantia indiuiduali:sicut dicebant de hoc nomine ens. Deinde dicit. sed illi volunt &c. id est, per quod hoc ipsi quærunt principia substantię:rectum fuit,sed eleuāt substātias,aut quod non est possibile vt sit principium substantię:sicut formæ numerales:& magnitudines geometricę.

Longitudinem quidem ponimus ex producto & breui& ex aliquo paruo & magno:& planum ex lato & arcto,corpus vero ex profundo & humili.

Linea aūt componitur ex longo & breui & ex paruo & magno:& supficies ex lato & stricto:& corp⁹ ex pfundo & imo.

Quoniā antiq dicebant q; principia sunt cōtraria,& isti sifr dicētes 42
numeros dicunt q; prima cōtrarietas in numeris est multū & paucum. Et in magnitudinib⁹ prima cōtraria sunt apud eos principia:narrat sermones eorū in hoc. Et.d.sed isti ponūt principia lineæ hāc cōtrarietatē.s.longum & breue:& magnum & paruū: & ponūt cōtrarietatē ex qua fit superficies latū & strictū:& ex qua fit corpus profundū & imū.

Quāuis quomodo habebit aut planum lineam: aut solidū lineam:& planum.aliud aūt genus est & latū & arctū & profundū & humile:quēadmodum ergo nec numer⁹ est in eis: qa multū & paucum ab his alterum: palam quia nec aliud nihil superiorū inerit inferioribus.At vero nec genus profundi latū: esset eñ planum aliquod corpus. Amplius pūcta ex quo existūt huic quidē generi.& Plato oppugnabat tanquam existēte geometrico dogmate:sed lineę principiū vocabat.Hic aūt mul

totiens

totiens indiuisibiles lineas posuit quamuis necesse sit terminū aliquid horū esse. Quare ex qua ratione linea est & pūctus est.

Et etiam quomodo superficies est linea aut corpus linea & superficies: genus enim lati & stricti aliud est à genere profundi & imi: non igitur inueniunt in eis contraria. Quoniā eis autem multum & paucum differunt ab istis manifestum est neque aliud superius inuenitur in eis quæ sunt inferius: immo neque genus lati est genus profundi. Superficies enim est aliquid ex corpore: & puncta sunt ex aliquo: & istud genus considerat Plato secundum opiniones geometricas: sed vocat eas principium lineæ: & multotiens posuerunt hoc ex lineis non discretis: & hoc necessarium est vt sit secundum hunc modum. Vbi enim est linea est punctus.

43 T Plato opinabatur ꝙ vnitas est principium puncti: & quod dualitas est forma lineæ: & trinitas forma superficiei: & quaternitas forma corporis, & opinabatur cum hoc ꝙ corpus componitur ex superficieb9: & superficies cum lineis: & linea ex punctis: & dicebat cum hoc: ꝙ linea componebatur ex duobus contrarijs: quæ sunt magnum & paruū: & superficies ex stricto & lato: & numerus ex multo & pauco. Dicit ergo ei quomodo est possibile vt superficies sit ex lineis ita ꝙ sit pars eius & linea ex longo & breui: & corpus ex superficie & linea: & superficie & linea: & superficies ex stricto & lato: & corpus ex profundo & imo: & omnia ista sunt cōtinua: & numerus est ex multo & pauco. & omnia ista non congregantur in vno genere. Et si esset sic: contingeret vt omnia reducerentur in vnum genus, scilicet contraria ex quibus surgunt istæ magnitudines tres. & ex quibus surgunt numeri qui istarum pirncipia sunt magnitudinum: & hoc intendebat cum. d. genus enim lati &c. id est, quod contrarietas superficiei non cōgregaē cum contrarietate superficiei in vno genere: neqꝫ istæ cum contrarietate numeri quæ est paucum & multū: impossibile est igitur vt sint pars numeri. & ideo. d. postquam autem paucum & multa &c. i. quoniam omnia ista non videntur congregari in eodem genere superiori istis generibus dictis. D. d. superficies enim est aliquid ex corpore &c. id est, & hoc quod contingit eis: quia ponunt superficiem partem corporis: & punctum partem lineæ. D. d. & istud genus &c. id est, & Plato solicitus fuit ad declarandum hunc sermonem: quia opinabatur quod magnitudines geometricæ sunt principia corporum cum numeris. Deinde dicit. sed vocat &c. id est, & vocat eas principia lineæ: & non dicebat eas aperte partes lineæ: quia contingent ei vt continuum esset de natura discreti, & ideo dicebat quod linea componitur ex lineis indiuisibilibus: & hoc intendebat cum. d. & multotiens &c. id est, quod propter istam contradictionem contra ponentes eas puncta, & ideo plures eorum vocabant eas lineas indiuisibiles, & existimauerunt qđ linea componatur ex lineis non discretis: non ex pūctis: quia necesse vt cum linea recipiat diuisionem secundum totum: vt etiam diuidatur in

non

non lineas: aut in lineam non diuiſibilem: aut in non lineam: quod eſt impoſsibile. ergo neceſſe eſt vt diuidaſ in lineas indiuiſibiles: & huic poſitioni contradictum fuit in libro generationis. Deinde dicit. & hoc neceſsarium eſt &c. id eſt, propter hoc quod ponunt lineas non differentes non euadunt etiam cum iſtæ diuidantur ſecundum totũ in puncta. Vbi enim linea eſt: neceſſe vt ibi ſit punctus. Primo {de gñatione. t. c. 7. & 8. & 9. & inde. V

Omnino autem ſapientia de manifeſtis cauſam inquirente: hoc quidem prætermiſimus: nihil enim de cauſa dixim⁹ vñ principiũ eſt trãſmutationis. horum vero ſubſtantiã dicere putãtes ipſorum alias quidẽ ſubſtãtias eſſe dicimus quomõ vere illæ ſubſtãtiæ ſupuacaneæ dicim⁹. Nã & particulare ſicut pri⁹ diximus nihil eſt: nequaquã in ſcientijs videmus exiſtens cauſa propter quã intellectus omnis & om̃is natura facit: nec hãc cauſam quam modo dicimus eſſe vnum principiorum nihil tangunt ſpecies, ſed facta eſt mathematica præſentibus philoſophia dicentium aliorum gratia ea oportere tractari.

Et cũ philoſophia cõſideret de rebus apparentib⁹ hoc non collocatur in ea, & nihil dicemus de cauſa quæ eſt principium alteratiõis Cũ igitur intẽdimus ſermonem de ſubſtãtia: dicemus ꝙ ſubſtãtiæ iſtorũ ſunt aliæ, ita ꝙ ſi diceremus quod illa ſunt ſubſtãtiæ eorũ eſſe falſum. Quoniã aũt ſunt continẽtes, iã diximus primo ꝙ nihil eſt neq; videmus etiam ꝙ ſunt cauſæ ſciẽtiarũ. & ideo non videmus aliquẽ intellectũ & naturã qui ponant hanc cauſam. ergo ſpecies nõ aſsimilantur alicui principiorũ. & doctrina eſt per illas, quia philoſophia quando locuta fuerit in aliqua hora de aliquo vtetur iſtis propter illa.

Et cum philoſophia &c. id eſt, & cum philoſophia non conſideret niſi de rebus entibus extra animam. ſpecies autem non ſunt de rebus entibus extra animam. ideo philoſophia non conſiderat de iſtis ſpeciebus. & propter hoc ſi aliquis conſiderauerit de iſtis ſenſibilib⁹ p iſtas ſubſtantias non poterit dare per eas principium alterationis & tranſmutationis iſtarum ſubſtantiarum. Et cum ita ſit ſi conceſſerimus has eſſe dicemus eas eſſe alias ſubſtantias. Dicere autem, quod iſtę ſunt ſubſtantiæ iſtorum tranſmutabilium eſt falſum. Et dicit hoc: quia ipſe deſtruxit eas propter hoc quod ponunt eas cauſas ſenſibilium & ſciẽtiæ. Et cum deſtruxit eas cauſas eſſe non cõtingit ex hoc quod deſtruãtur in ſe, & ideo dicit quoniam autem ſunt continentes &c. id eſt, quoniam hoc quod ponunt quod iſtæ ſubſtantiæ ſunt continentes ſenſibilia quæ ſunt hic, vt ſpecies quæ continet ea quæ ſub illa ſunt: iam diximus quod nihil eſt. Determinans enim & determinatum ſunt idem numero cum ſpecie. & ideo ſi iſtæ ſpecies fuerint abſtractæ non erunt ſecundum quod determinant ſenſibilia, neq; ſecundum quod ſunt cauſæ iſtorum, ita quod ſint cauſæ ſcientiæ comprehenſæ in ſenſibilibus. Et ideo dicit poſt, & ideo non videmus &c. id eſt, & ideo non poſſumus 44 X

ponere hanc causam alicui intellectuum qui sunt in rebus sensibilibus & alicui principiorum existentium hic. Deinde.d.& species &c. id est, & manifestum est quod species non assimilantur principijs sensibilibus. ergo manifestum est quod non sunt principia istorum sensibiliũ.

Deinde dicit, & doctrina est &c. id est, quod philosophia vtitur rebus vniuersalibus vt perueniat ad res existentes: sicut vtitur eis in diffinitionibus & demonstrationibus: cum scientia eorum ducit ad intellectum & rectum apud considerationem de entibus vniuersalibus: & ideo demonstrationes acceptæ hoc modo sunt ex propositionibus logicis cõibus: nõ ex propositionibus essentialibus & conuenientibus.

Quæ sint rationes logicæ. Vide ẽt prio ce. cõ. 70. et 4. pii. 87. et. 8. ph. 70.

Amplius autem substantiam subiectam vt materiam magis mathematicam aliquis suscipiet & magis prędicari & differentiam esse substãtiæ & materiei: vt magnum & paruum: sicut physiologicarum & spissum primas subiecti dicẽtes esse differentias has. hæc namque sunt superabundantia quædam & defectus. & de motu siquidem hęc erit causa motus palam: quia mouentur species: sin autem vnde venit.

Et etiam si aliquis acceperit substantiam de qua loquimur quasi materiam mathematicam hoc non faciet proprie nisi quando voluerit dare differentiam inter substantiam & materiam: sicut magnum & paruum: sicut dicunt naturales quod primæ differentiæ subiecti sunt raritas & densitas: & ista non sunt nisi additio & diminutio in motu. si igitur. scilicet ista sunt motus: manifestum est quod species sunt mobiles.

45 Id est, si aliquis acceperit ista intellecta logica propositiones vsitatas in demonstrationibus secũdũ materiam demonstrationem: & considerauerit per illa in entibus sensibilibus: hoc non accidit nisi quando perscrutatus fuerit in primis differentijs vniuersalibus substãtiæ: sicut perscrutatio de duabus differentijs primæ substantiæ in quas diuiditur ens: quarum vna est quasi materia: & alia quasi forma: sicut declaratio eorum qui voluerunt declarare quod hæ sunt duæ substantiæ. scilicet magnum & paruum: aut rarum & densum, & quia hoc facit existimare quod ratio dicentiũ ꝙ intellecta sunt entium substantiæ qm̃ cum illud qđ notificat naturã substãtiæ est substãtia. ergo intellecta sunt substantiæ. Et.d.& ista non sunt nisi additio &c. id est, si igitur intellecta istarum rerum demonstrant substantias: sunt substantiæ rerum. sed quia omnia contraria reducuntur in diminutionem & additionem. & additio & diminutio reducirur ad motum, tunc enim si intellecta istarum rerum essent substantię earum intellectuum motus esset motus. Et si intellectuum motus quod est genus specierũ motus esset motus, tunc omnes species essent motæ. & si species essent motæ & essent substantiæ rerũ nihil esset fixũ. Et.d. oĩa ista ad cõfirmandum qm̃ notum est per se ꝙ intellectus motus non est motus: & est cõtingens dicentib⁹ ꝙ intellecta rerum sunt substãtiæ earũ. Arist. enim opinabatur quod intellecta rerum notificãt substãtias rerum: & non sunt substantiæ earum.

Aristo. opinabaĩ ꝙ in-

Tom

Tota nãq; de natura auferetur pscrutatio: & quod videtur facile esse monstrare q vnũ omnia nõ fiunt. ex disgregatione nãq; omnia vnũ nõ fiũt sed id aliquid vnũ si quis dat omnia & nihil hoc: si non genus dat vniuersale esse: hoc aũt in quibus dã impossibile. nullã neq; ratione habẽt naturæ quæ sunt post numeros longitudines latitudines & solida: nec quæ modo sunt: aut futura sunt: nec si aliquam habẽt virtutem: hoc enim nec species possibile esse. non enim sunt numeri nec intermedia: sunt enim illa mathematica nec corruptibilia.

tellecta rerum notificant substãtias rerũ & nõ sunt substãtiæ earũ.

Et omnis magna perscrutatio de natura nõ cadit nisi apud existimationẽ q declaratio est facilis: & vnum non erit omne qm enim nõ est in actu omnia vnum sed secundũ intentionẽ: quam si homo posuerit ipsam in esse hoc non erit nisi si cõcesserit q est genus illius omnis: & hoc etiam impossibile est in quibusdam rebus. non enim inuenitur vna diffinitio communis eis quæ sunt cum numeris & lineis & superficiebus: & quod erit: & quod iam fuit: & habet aliquã potentiam. ista eñ nõ sunt innata vt sint species: neq; etiã sunt numerus neq; quæ sunt mediorũ: illa enim sunt mathematica neq; corruptibiliũ.

Et perscrutatio antiquorũ de naturalibus fuit quia opinabãtur qđ declaratio non tantum est possibilis sed etiã facilis. & cum vniuersale ex quo fit perscrutatio est vnũ numero in pluribus secundũ qđ dicunt dicentes formas esse: vnũ aũt numero in pluribus speciebus impossibile est vt sit: ergo impossibile est vt sit demõstratio aut disciplina. Et hoc intendebat cũ. d. & vnum non erit omne &c. i. & impossibile est vt genus vl'e oĩbus rebus sit vnũ numero. Quoniã si ita esset tunc esset pc̃l'e vt vnũ numero esset in quolibet: q est impo'le: tũc eñ oĩa essent vnũ in actu. s. indiuiduale. D. d. sed intentio &c. i. si aliquis opinatus fuerit q in oĩ est vna intẽtio: hoc nõ erit verum nisi opposuerit ipsam esse genus omnium: nõ quam intentionem in actu. D. d. & hoc impossibile est &c. i. & ponere vnum cõmune pluribus rebus ita q sit genus videt esse impossibile in quibusdam nedũ vt sit vnũ numero cõe oĩb⁹. Impo'le eñ est vt numerus & superficies & linea habeant vnum genus cõe oĩbus nõ æquiuoce. V. g. quãtitatẽ. Manifestũ est eñ q hoc nomen quãtitas dicitur de eis æquiuoce: neq; etiã inuenitur vna intentio in eo qđ iam fuit: & erit: qđ est potentia: & quod est actu. Et ideo artes doctrinales cõsiderãtes de eis nõ sunt vnũ sed plures. Deinde dicit & ista nõ sunt innata vt species sint &c. i. & ista intellecta quæ sunt genera & species non sunt innata vt sint formæ per se existentes & exẽplaria: vt qdã dicũt: neq; sunt media inter formas & sensibilia sicut quidã dicũt intellectis mathematicorũ: q sunt mathematica. i. q materia non apparet in diffinitionib⁹ eorũ neq; sunt etiã formæ rerũ corruptibilium: vt fingũt dicentes formas esse: declaratum est enim omnia ista impossibilia sunt.

46

Z Quantitas & gen⁹ æquocũ ad numerũ: superficiem & lineam.

Sed rursus videt aliud hoc genus & oĩno existẽtiũ quærere

elemēta nō diuidentē multipliciter dicta inuenire impoſsibile eſt:& præſertim ſecundū hunc modū quærētes ex quibus ſunt elementis ex quibus enim facere aut pati aut ipſum rectum nō eſſe accipere.ſed ſiquidem ſubſtantiarum ſolum eſſe contingit. tuncq̄ʒ exiſtentium omnium elementa aut quærere aut putare habere non eſt verum.quomodo aūt aliquis dicet omnium elementa palam eſt:quia nō eſt poſsibile præexiſtere cognoſcētem prius:ſicut enim geometrizare dicētem alia quidem oportet præſcire quorum eſt ſcientia:& de quibus debet diſcere non prænoſcit ita & in aliīs.quare ſiqua eſt omnium ſcientia vt quidam aiunt nihil vtique præexiſteret hoc cognoſcens.

A
Quæ præcognoſcimus nō addiſcamus.

Et etiam exiſtimatur hoc eſſe aliud genus quartum qđ quærit de elementis omnium entium abſq; eo quod aufert vel negat quod dicta multis modis impoſsibile eſt vt ſint: ſed quærunt hoc modo de rebus ex quibus ſunt elementa.in quibuſdā vero ex actione & paſsione aut conuenientia: & hoc nō eſt in quolibet: ſed tantū in ſubſtantia: ita quod perſcrutatio eſt de elementis omnium entium & quærere determinationem eorum:& hoc non eſt verum.& quomodo poteſt homo ſcire elementa omnium entium.impoſsibile eſt enim vt aliquis addiſcat aliquid niſi præſciat principia eius.V.g.quod aliquis addiſcat geometriam:ſed ante debet ſcire aliqua illius ſcientiæ quā vult addiſcere: aut neſciet aliquid eorum: & ſic eſt diſpoſitio de aliīs:ita quod ars de qua homines reputant quod doctrinat omne nihil notificat ſecundum hunc modum.

47
Si darentur vniuerſalia plonica darentur quartum gen⁹ entiū & quarta ars ſpeculatiua.

Et etiā exiſtimatur &c.& cum poſuimus qđ ſpecies & vlr intellecta vlia ſunt res exiſtentes extra animā:& ꝙ ſunt formæ entiū. continget vt hoc genus entium ſit quartū genus aliud a tribus generibus: & qđ in eo conſiderat quarta ars ſcilicet alia a tribus conſiderantibus in mathematicis & naturalibus:& diuinis: & contingit eis vt hoc genus perſcrutetur de elementis omniū entium:qm̄ cū iſtæ ſpecies ſint elementa.i.forma entium omniū:& omnis ars pſcrutetur de cauſis ſuorū ſubiectorū:& ſubiecta iſtius artis ſunt elemēta rerum: contingit vt iſta ars quarta perſcrutetur de elementis elementorū. D.d.ſed q̄rūt hoc modo &c.i.ſed cum iſtæ ſpecies exiſtentes extra animā ſint ſubſtātiæ ſubiectorū triū ſciētiarū: & ars quæ conſiderat de ſpeciebus perſcrutatur de cauſis cauſarū: neceſſe eſt vt omnis ars iſtarum trium perſcrutetur de cauſis ſuarū cauſarū. D.d.in quibuſdā &c.i.ſ. impoſsibile eſt hoc in tribus artibus.ſ.perſcrutari de cauſis cauſarū niſi in arte q̄ perſcrutatur de cauſis actionis & paſsionis & conuenientiæ inter formā & materiā. D.d.ita ꝙ perſcrutatio &c.i.& illud ꝙ cōtingit a prima poſitione non eſt vt aliqua iſtarum trium artium perſcrutetur de cauſis ſuarum cauſarum: ſed vt vnaqueq; iſtarum trium artium perſcruterur de

causis suarum causarum:& hoc nõ est verũ. D.d.& quõ põt homo &c.i.& quõ põt esse ars quæ notificat elemẽta omniũ entiũ.Impossibile est enim scire aliquod eorũ quæ sunt posita in tribus nisi præsciãtur intellecta prima in illa arte:qm̃ si indiguerit addiscens addiscere principia scientiæ in illa arte continget quod addiscet principia principiorum:& sic in infinitum.Quapropter continget vt ille qui vult addiscere aliquã scientiã vt nesciat illã.V.g.quod si addiscẽs geometriam nõ põt addiscere nisi præsciat principia illius scientiæ quã vult addiscere:tũc nesciet illã. D.d.& sicut est dispositio in alijs &c.i.& sic cõtinget in alijs scientijs à geometria:ita q̃ scientia in qua hoĩes reputãt addiscere omnia quæ cõtinentur in ea per disciplinam nihil notificat.

Quamuis fit omnis disciplina per præcognita aut oĩa aut quædam aut p demõstrationem aut per diffinitiones.oportet enim ex quibus est diffinitio præscire & esse nota.similiter autem & quæ per inductionem. B *Ois disciplina est per pręcognita.*

Et omnis doctrina fit ex prioribus aut omnibus aut quibusdam & similiter illud quod declaratur per demonstrationẽ & diffinitionem,debent præsciri in eo propositiones per quas fit illa declaratio:& similiter illud quod scitur per inductionem.

Et etiã ois &c.cum declarauit qđ artes demonstratiuæ nõ declarãt ignota nisi ex noti[illegible] illis artibus:vult declarare q̃ ista propositio est vniuersalis in ar[illegible] operatiuis:& consideratiuis. Et dicit.sicut fecit in principio [illegible]ticorum:& etiã omnis doctrina &c.i.& etiã manifestũ est q̃ ois doctrina in artibus operatiuis quæ addiscunt per exẽplar non fit nisi per cognitionem rerum notarum per se in illo artificio: aut omniũ aut quorũdã. D.d.& similiter quod declaratur per demõstrationẽ & diffinitionẽ.i.artes quæ addiscuntur per rationem siue fuerint operatiuæ siue consideratiuæ. D.d.& similiter quod scitur per inductionem & intendit illud quod scitur per artem disputatiuam. 48 C

At vero si existit cõnaturalis mirũ quomodo latemus habẽtes potissimam scientiarum amplius autem quomodo aliquis cognoscit ex quibus est & quomodo erit manifestũ: etem hoc habet dubitationẽ.Ambiget enim aliquis queadmodũ & circa quasdã syllabas.hi nãq; syma ex.s.&.y.&.m.&.a.dicũt esse: alij vero quẽdam alium sonum dicunt esse & cognitorum nullum amplius autem quorum est sensus qũo aliquis nõ habẽs sensum cognoscet:quãuis oportebat si omniũ sint elemẽta ex quibus queadmodũ cõpositæ voces sunt ex proprijs elemẽtis.

Si igitur sciẽtia est in nostra natura:mirũ est quomodo euadet à nobis aliquid cũ in nobis est firmissima scientiarũ:& etiã quomodo scitur res quę fit ex rebus:& quomodo erit hoc manifestũ.Ambiguitas enim accidit in istis rebus:& quidam rixati sunt in hoc sicut in pedibus.quidã igitur dixerunt in sexta lite-

ra græcorũ.f.z.quæ est hui⁹ formæ ꝙ est cõposita ex. c.&.d.& a.& alij dixerunt:immo est litera per se non ex literis notis:& etiã illud quod est ex habētib⁹ sensum quomodo scitur a carenti sensu:& etiã ista semper sunt elementa cuiuslibet quemadmodum voces compositæ fiunt ex elementis siue proprijs.

49 Si igitur scientia &c.id est quod dicere formas esse contingit ex eo vt oẽs sciẽti e sint notæ a nobis in natura:quoniã si hic sunt formæ ad quas intellectus aspicit sicut sensus aspicit ad sensibilia.& comprehensio sensibilium est naturalis in nobis cum non acquiritur ex cognitione antecedenti:necesse est vt intellecta sint naturalia in nobis: non vt

D quædam sint naturalia:quædam autem accepta per doctrinam. Deinde dixit,& etiam quomodo scitur res &c.id est secundum hæc deberemus scire æqualiter rem & causam eius:& non deberet cadere dubitatio in causis inter homines. Proportio enim intellectorum esset sicut proportio sensibiliũ. Deinde dixit. & quidã rixati sunt in hoc &c. id est & si ita esset non litigarent homines in elementis multarum rerũ sicut accidit grammaticis sui temporis vt rixati sunt de litera.z.verum

B sit composita an simplex. Deinde dixit,& etiam qui est ex habentibus sensum &c.id est & contingit huic positioni scilicet quod formæ intellectæ sunt comprehensæ per se sicut sensibilia quæ non indigent in acquirendo eas sensu.& si ita esset tunc sciret naturas sensibiliũ qui habet lesionem in instrumentis sensuum:adeo vt naturaliter cecus cognosceret naturas colorum:& naturaliter surdus [illegible] Deinde dixit ista enim sunt semper elementa &c.id est & contingit si cognitio istarum formarum fuerit naturalis in nobis vt cognitiones omnium rerũ

F sint naturales in nobis propter hoc quod istæ formæ sunt elemẽta propria omnium entium:sicut voces fiunt ex elementis proprijs:& intẽdit quod cum formæ sint elementa omnium entium propria eis continget vt non indigeant in cognitione sensu.

Quod quidem igitur dictas in physicis causas quærere nisi sint omnes & extra has nullam habemus dicere palam est ex prius dictis:sed tenuiter hæ & modo quodam omnes prius dictæ sunt:modo verò quodam nullatenus. Quoniam autem illud quod dictum fuit de causis naturalib⁹ perscrutati sunt de eo omnes considerantes:& quod nos non induximus vnã causam extrinsecam ab eis manifestum est ex prædictis.& dignũ est vt prima philosophia perscrutetur de omnibus rebus.continet enim omnia principia & ea quæ sunt prima.

Antiqui sciuerunt quatuor causas in suo tpe.

50 Quoniã aũt qđ nos diximus in modis causarũ naturaliũ dictũ est ab antiquis manifestũ est ex pdictis ab eis.Et siĩr manifestũ est quod nos nõ addidim⁹ causam in modis causarũ quas antiqui dixerunt. Et innuit ꝙ antiqui sciuerũt quatuor causas in suo tpe.& hoc qđ dixit de

op.2.physi. c.9.

G antiquis manifestũ est quod ipsi concesserunt causam materialẽ & formalem & agentem:finalem autem non videntur concedere ex eis quæ narrauit de eis in hoc tractatu:sed possumus dicere in hoc qđ qui con-

Qui concedit causam

cedit

cedit causam agentem debet concedere finalẽ:agens enim non est agens nisi propter aliquid,& videtur innuere per hoc Socratem & Platonẽ. Dicit autem in alio loco quod in tempore Socratis perceperunt homines causam finalem,& ideo inceperunt regere ciuitates,& intendit secundum quod opinati fuerunt in fine hominis. Deinde dixit,& videtur prima philosophia &c.id est,& dignum est vt apparet ex istis rebus quod philosophia perscrutatur de istis principijs & maxime de his sunt prima in esse & cognitione.

agentem debet cõcedere causam finalem. Idẽ 2.ca.de substãtia orbis. H

Balbutiens enim visa est prima philosophia de omnibus velut nouum existens circa principium & primum, quoniam Empedocles has dicit esse rationes:hoc aũt est ꝙ quid erat esse & substantia rei. At vero similiter necessariũ & carnis & aliorum singulorum esse rationem aut nihil:propter hoc enim & caro & os est,& aliorum vnũquodq;. & non propter materiã quam ille dicit ignem,& terram,& aerem,& aquam:sed hoc alio dicente quidem similiter dixit ex necessitate:manifeste vero non dixit. De talibus quidem igitur ostensum est prius, quę cumq; vero de ipsis his dubitabit aliquis resumamus iterum. Nam forsan ex ipsis abundabimus aliquid ad posteriores dubitationes.

Et quia Empedocles dicit ꝙ diffinitio est os & est illud per quod res est id ꝙ est & substantia rei,secũdum hunc modum erit etiam caro necessaria & vnũquodq; aliorũ:aut nullum eorum erit caro & os,& vnũquodq; cæterorum, & hoc non est propter materiam quam ille dicit quod est terra ignis & aqua & aer & non ponit causam in hoc quod dicit istas res sed cogetur vt dicat alia:sed non dixit illud quod dixit aperte, & declaratum est prius de istis & de suis similibus,& nos reuertemur post ad dicendum in omnibus quæstionibus cõtingentibus in eis:tunc autem incipiendum est in dicendo aliquid de quæstionibus contingentibus in alijs rebus.

Quia antiqui loquentes de rebus naturalibus locuti sunt in maiori parte de materia & non de forma propria rebus mobilibus nisi Emp. qui innuit causam formalem & non dixit eam aperte.sed tamen apparet de suis sermonibus incepit hic dicere vnde apparet hoc. Et.d.& quia Empedoc.dicebat &c.id est,sed quia Empedoc. dicebat in osse quod hoc quod est os est diffinitio per quã diffinitur ab alijs rebus cõpositis,diffinitio autẽ est illud quod notificat formã & substantiã eius: manifestũ est quod contingit ex hoc vt hoc nomen caro & alia composita ex elemẽtis significent intentionem additã materiæ:aut nihil ex eis quæ significãt ista nomina sit diffinitio rerũ. D.d.& ideo erit caro & os &c.id est,& propter hunc sermonẽ quem Emped.dicit in osse contingit ei in carne in vnaquaq; rerum cõpositarum vt illud quod nomi 51

na significant non sint propter materiam tantum quam ipse dixit:sed necesse est ei ponere causam additā materiæ scilicet formā scilicet quod necesse est ei dare aliam causam præter materiam & dare istam causam vnicuiq; generabilium rerum,& quia nō fecit hoc.d. sed non.d. illud aperte quod.d.id est,sed non propalauit istam causam esse vniuersalem vnicuiq; entium compositorū ex quatuor elemētis. D.d.& declaratum est prius in istis rebus, id est, in scientia naturali. Illic enim declaratum est de formis,& quia quæstiones contingentes illic dissoluuntur in hac scientia.d.& nos reuertemus ad sermonem in omnibus quæstionibus contingentibus illis.d.narrauit intentionem suam in tractatu consequenti.&.d.incipiendum est &c. id est, incipiendum est dicere de quæstionibus contingentibus, id est, de quæstionibus difficilibus istius scientiæ.

Aristotelis Liber secundus primæ philosophiæ incipit.

Secundus metaphysicæ diuiditur in tres summas.

In prima docet qualiter sit se habendum in consideratione veritatis quæ habetur in tex.1.&.2.

Secunda summa declarat ad quam formam attineat principaliter cognitio veritatis:quæ habetur a tex.3.vsq; ad.14.

In tertia summa patefacit philisophus modum considerande veritatis:quæ habetur a tex.14.vsq; in finem libri.

A



De veritate autem theoria sicquidē difficilis est sic: vero facilis est.

Signum autem est neq; digne nullum adipisci ipsam posse:nec omnes exortes esse:sed vnumquemque aliquid de natura dicere,& secundum vnum quidem nihil aut parum ei immittere:ex omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam:quare sic videtur habere (vt prouerbialiter dicimus) in foribus quis delinquet?sic quidem vtique erit facilis:habere autem totum aut partem non posse:difficultatem eius ostendit. Forsan autem & difficultate duobus modis existente non in rebus sed in nobis est eius causa. Sicut enim nocticora cum oculi ad lucem diei se habent:se & animę nostræ intellectus ad ea quæ sunt omnium naturæ manifestissima.

Erasch il.j. cē. 6. putat legendū, qs aberret altera.

Sicut nicti cora cū oculi ad lucē diei se habent sic & animę nræ intellectus ad ea q̄ sunt oim naturę manifestissima.

B



CONSIDERATIO quidem in veritate difficilis est vno modo.& facilis alio modo,& signum eius est quod nullus hominū potuit peruenire in ipsam secūdū q oportet:neq; deuiauit se ab hoib⁹. sed vnusquisq; hoim locut⁹ fuit de natura.& vnusquisq; eorū aut nihil cōprehēdit de veritate:aut modicū,& cū aggregatum

tum fuit illud quod congregatum fuit ab hominibus qui comprehenderunt ex eo:tunc congregatũ erit alicuius quantitatis. Est igitur facilis secundum hunc modum,& est modus secundum quem habemus in consuetudine inducere in prouerbio dicẽdo quod nullus ignorat locum ianuæ in domo,& demonstrat difficultatem eius:hoc quod non fuit comprehensa secundum totum:neque etiam maior pars eius. Et cum difficultas eius sit duobus modis:dignum est vt sit difficilis non propter sed propter nos,dispositio enim intellectus in anima apud illud quod est in natura valde manifestum similis est dispositioni oculorum vespertilionis apud lucem solis.

QVIA ista sciẽtia perscrutatur de veritate simpliciter:incepit notificare dispositionẽ viæ inducẽtis ad ipsam secundũ difficultatẽ & facilitatem:cũ sit manifestũ apud omnes qđ comprehensio varitatis nõ est impossibilis in multis rebus. Credimus enim necessario nos scire veritatem in multis rebus, & signum eius est quod habemus desideriũ ad sciendam veritatem:quoniã si comprehensio esset impossibilis:tunc desiderium esset ociosum. Et concessum est ab omnibus quod nulla res est ociosa in fundamento naturæ & creaturæ. Quia igitur concessum & maxime a peruenıẽtibus ad hãc scientiam nos habere viam ad sciendam veritatem. Deinde consideratio quidem &c.id est,via inducens ad veritatem vno modo est difficilis & alio modo facilis. Et signum difficultatis eius est qđ nullus sine cõmunicatione alterius sciuit de ea aliquam quantitatẽ secũdum quod oportet. Et signum facilitatis eius est hoc qđ non ignorauerũt eam omnes homines:quoniam si inuenerimus quod omnes homines de quibus audiuimus loqui nihil scirẽt de veritate:tũc iudicaremus ipsam esse difficilẽ & non impossibilem propter longitudinẽ temporis quod est necessarium in sciendo veritatem,& quasi breuitas tẽporis in quo scita fuit veritas aut tota aut aliqua quãtitas iudicat facilitatem eius.

Deinde.d. sed vnusquisq; locutꝰ fuit in natura &c.id est & diximus hoc quod diximus de modo comprehendendi veritatem:quia cum nos considerauerimus omnes antiquos in scientijs inuenimus fuisse eos secundum alterum duorum aut hominem qui nihil comprehendit de veritate:aut hominem qui parum aut modicum cõprehendit de ea. Deinde dicit,est igitur facilis secundũ hunc modum &c.id est,cũ positum est quod est facilis secundũ hunc modum & difficilis secundum alium modum:necesse est vt sit facilis secundum hunc modum, & est qđ in quolibet genere entium sunt aliqua in respectu eorum quasi ianua domus in respectu domus:in hoc quod non latet aliquem:sicut locus forte domus non latet aliquem,& ista sunt prima cognita naturaliter habita a nobis in quolibet genere entium. Deinde reuersus est ad dicendum modum difficultatis,& dixit,& demonstrat difficultatẽ eius qđ nullus comprehendit eam secundum totum nec magnam partem eius, id est,a tempore a quo ipse audiuit loqui de scientia. Et a quasi

C Cõcessum est ab omnibus qđ nulla res ẽ ociosa in funda- D mentis naturæ. Idẽ. ꝓprio cæ.t.cõ.32. &.2.cæ.50. &.59.&.3. de aïa.text. cõ.45. Pria cognita a nobis naturaliter in quolibet gñe entium sunt sicut locus ianue in domo;: quẽ nullus ignorat conlimi le.3.de aïa. c.36.&.39. B a Vide.3.de aïa.c.14.&

pri. de gene/ ratiōe. 38. & in suo ꝓlo/ go sup pri. phy. & quæ ibi.

innuit se comprehendere veritatē simpliciter: aut in maiori parte secundum quod est possibile in humana natura. Deinde dixit & causa difficultatis est duobus modis &c. id est, cū difficultas cōprehēsionis entiū est duobus modis: rectū est difficultas in rebus quæ sunt in fine veritatis scilicet in primo principio, & in principijs abstractis a materia sit scilicet ex defectu ex nobis nō ex illis: quoniā cū abstracta sint intellecta in se naturaliter, & non intellecta: quia nos facimus ea esse intellecta sed quia sunt in se intellecta sicut formæ materiales: difficultas enim in istis est ex se magis quā a nobis. Et quia dispositio intellectus de re intelligibili est sicut dispositio sensus de re sensibili: assimulauit virtutē intellectus in comprehendēdo intellecta abstracta a materia modo debilissimo visui in sentiendo scilicet vespertilionis non comprehendendo maximū sensibiliū scilicet solē. Sed a hoc nō demonstrat res abstractas intelligere esse impossibile nobis: sicut inspicere solem est impossibile vespertilioni: quoniam si ita esset tunc ociose egisset: quia fecit illud quod est in se naturaliter intellectum, non intellectū ab alio: sicut si fecisset solē non comprehensum ab aliquo visu.

2 Non est impossibile nobis intel/ ligere abstracta: sicut est impossibile vespertiliōi inspicere solē. Idē. 3. de anima. c. 36. & 9. met. c. 22. & 12. meta. 38. & 39.

Non solū autē his dicere gratiam iustum est: quorum opinionibus aliquis communicauerit: sed & his qui adhuc superficialius enunciauerūt, etenim hi conferūt aliquid: nam habitū quidem nostrum præexercitati sunt, nam si Thimeus non fuisset, multam melodiam non haberemus: si autem non phrinis Thimeus non fuisset: eodem autem modo & de enunciantibus veritatem. A quibusdam vero opiniones quasdam accepimus: sed alij vt hi forent forte causa fuerunt.

Considera instantiā cōtra istā rationē ex. 7. me. cō. 56.

Et iustum est non tātum reddere gratias illis cum quibus habuimus communicationem in consideratione: sed & etiam illis qui habent in hoc aliquid dignitatis modicū: quia iuuerūt nos in hoc aliquantulum quia præcesserunt & exercitauerunt nostrum intellectum, quoniam si Thimeus non esset: tūc carēremus multūde intellectu musicali, & si Hierosinus non esset, nō esset Thimeus: & sic est de loquentibus in veritate. Nos autem accepimus quasdam locutiones ab antiquis quibusdam & alij fuerunt causa in esse istorum.

2 Addit quod non tantum oportet reddere gratias eis qui docuerunt nos veras opiniones, & sunt illi qui conueniunt nobiscum in opinionibus: sed etiam illis cum quibus non conuenimus. Isti enim cum hoc qđ dixerunt de perscrutatione rerum exercitauerunt nostrum intellectum: & fecerunt nos perquirere per hoc virtutem ad comprehendendum.

F Et quod dixit in hoc ca. manifestum est. Nullus enim potest per se inuenire artes operatiuas aut consideratiuas in maiori parte: quia non cōplentur nisi per iuuamentum prioris ad sequentem, & nisi prior fuisset non esset sequens.

Nullus po/ test per se inuenire artes operatiuas

Vocari vero philosophiā veritatis sciētiam recte habet. Nā

theoricę

theoricæ finis est veritas: & practicæ opus: etenim si quomodo se habent intendunt non tamen secundum se sed ad aliquid & nunc speculantur practici. Et rectum est vocare sciētiam veritatis philosophiam speculatiuam. Finis enim scientiæ speculatiuæ est veritas: & finis scientiæ operatiuæ est actio. operantes enim licet considerent in eo quod agunt tamen non perscrutanť de causa propter seipsam sed respectu ei⁹ qđ agūt.

Et rectum est vocare &c. id est & quia scientiæ attributæ philosophiæ sunt duæ quarum vna est cuius finis est scire tantum: & altera operari. Et quia ista scientia est superior dixit: & rectum est vocare cognitionem acquisitam ex hac scientia scientiam speculatiuam. Sciētia eñ operatiua quãuis vtatur ratiocinatione: & speculetur de causis: tamen non est digna vocari scientia speculatiua: quia non perscrutatur de causis rerum & de diffinitionibus earum nisi vt scientes eam agant: & non sciant sicut est in scientijs speculatiuis & sermo eius in hoc capitulo manifestus est.

Nescimus autem verū sine causa: vnumquodq; vero maxime ipsum aliorū diciť secundū quod etiam alijs inest vniuocatio: puta ignis calidissimus: etenim est causa alijs hic caloris: quare & verissimum quod posterioribus est causa vt sint vera: quapropter semper entiū principia semper esse verissima necesse est: non enim quandoq; sunt vera quandoq; non: nec illis causa aliquid est vera vt sint: sed illa alijs: quare vnumquodq; sicut se habet vt sit: ita & ad veritaté. Et nos non scimus veritatem absq; eo quod sciamus causam eius & vnumquodq; principiorum proprie est causa eorum secundum quod sunt aliæ res quæ conueniunt in nomine & intentione. Verbi gratia, ignis in fine caliditatis ex quo oportet vt illud quod est maximum verum sit illud quod est causa veritatis rerū quæ sunt post: & ideo necesse est vt principia rerū quæ sunt semper sint semper: & in fine veritatis: quia non sunt vera in aliquo tempore & in alio non: neq; habent causam in essendo vera in eo quod sunt vera: sed illa sunt causa in hoc aliarū rerum: quapropter necesse est vt dispositio cuiuslibet rei in esse sit sua dispositio in rei veritate.

Quum declarauit quod hæc scientia est de genere scientiarum veritatis: & quod est pars philosophiæ speculatiuæ: vult declarare suū ordinem in veritate & in scientijs speculatiuis. Et dixit & non scim⁹ veritatem absq; hoc quod sciamus suam causam, id est & quia nos non scimus rem vera scientia nisi quando scimus eam cū sua causa: vt dictū est in posteriorib⁹: & est manifestum per se: qđ vnūquodq; principiorū in vnoquoque genere est proprie causa eorum quæ dicuntur de alijs rebus

ant considerātiuas ī maiori parte. vi H de idē ī fine. c. 36. tertij de anima.

3 Finis speculatiuæ scientie est vtritas: & practice opus.

I Vnūquodq; maxiē aliorū est ,ppter qđ alijs inest vniuocatio.

Dispositio cuiuslibet rei ī esse est 4 sua dispositio in veritate.

rebus collocatis in illo genere de dispositionibus in quibus conueniāt ille res nomine & diffinitiōe: cū principia in vnoquoq; genere sint causæ esse eorū generū: & causæ omnium quæ dicuntur illorū generū secundū quod sunt in illis generibus. Et cum ita sit manifestū est qđ primum in quolibet genere magis est dignum habere hoc nomē esse & eius diffinitionē quā ea quorū est causa secundū illud genus & omniū diffinitionū: & intentionū quæ sunt in omnib⁹ rebus quæ sunt in illo genere secundū quod sunt in illo genere. V.g. quia ignis est causa in reb⁹ calidis: ideo est magis dignius habere hoc nomē calidū & eius intētionem q̃ omnia calida. Et cum conclusit hoc dicit ex quo oportet vt maxime verum sit illud quod est causa veritatis rerū quæ sunt post. i. & cum declaratū est quod causa in quolibet genere entiū est magis digna in esse & in veritate quā illa quorum est causa in genere illo: manifestum est quod si est hæc prima causa omnium entium vt declaratū est in scientia naturaliū, quod illa causa est magis digna & in esse & in veritate q̃ oīa entia. Oīa enim entia nō acquirūt esse & veritatē nisi ab ista causa. Est igitur ens per se & verū per se: & omnia alia sunt entia & vera per esse & veritatē eius. D.d. & ideo necesse est vt principia rerū &c. i. & propter hoc qđ diximus necesse est vt principia rerū quæ sunt semp in fine essendi & veritatis sint semp: ista enim entia quia non sunt in aliquo tēpore sine alio: sed sunt in omnibus temporibus: ideo causæ eorum nō sunt causæ eis in aliquo tēpore sine alio: propter quod indigent se in essendo causas alijs causis. Et innuit per hoc dispositionē principiorū corporū cælestium cum corporibus cælestibus: & intendebat per hoc notificare nobilitatem veritatis in qua considerat ista vniuersalis ars quæ considerat de principijs vltimis. Deinde dixit quapropter necesse est vt dispositio &c. id est q quātomagis fuerit perfectū in esse tantomagis erit perfectum in essendo verum.

Vide. 10. met. t. cō. t. K
Vide ꝓ hoc j. poster. te. cō. 5. vbi dicit ꝓpter q vnūquodq; tale &c. & 8. m. cō. 7.
Oia entia L nō acqrunt esse & veritatem nisi a prima cā.
Quanto aliquid fuerit magis perfectum in esse tāto magis erit perfectū in essendo verum: M
Idē prīo de aīa. t. c. primi. &. 6. metha. t. c. 2.
a Causæ rerū entiū nō sunt infinite neq; secūdū rectitudinē neq; secūdū speciem.



T manifestum est quod res habent principium & quod a causæ rerū entiū non sunt infinite: neq; secundū rectitudinē: neq; secundū speciē scilicet vt species earum sint plusq posśint numerari in infinitum. Imposśibile enim est secūdum naturam vt aliquid sit ex alio in infinitum. V.g. caro est ex terra: & terra ex aqua: & aqua ex aere: & aer ex igne: & hoc in infinitum: & non cesset in aliquo: neq; etiam est posśibile secundum illud ex quo est principium mot⁹. Verbi gratia, quod homo mouetur ab aere: & aer a sole: & sol a luce: & hoc in infinitum. & similiter etiā est in eo quod est propter quid: imposśibile est enim in hoc etiā procedere in infinitum. Verbi gratia. vt cursus propter sanitatem: & sanitas propter fortunam: & fortuna propter aliud: & sic in infinitū: & sic est in eo quod est, scilicet essentia. At verō qđ sit principium quoddam: & non infinitæ causæ existentium: nec in directum nec secundum speciem, palam: nec enim vt ex

materia

materia hoc ex hoc in infinitum progredi possibile est: veluti carnem quidem ex terra: terram verò ex aqua: aquam verò ex aere: aerem autem ex igne: & hoc non stare. Nec vnde principium motus: vt hominem ab aere moueri & hunc à sole: solem verò à luce: & huiusmodi nullum esse finem. Similiter autem nec id cui⁹ causa in infinitum ire possibile est. iter quidem sanitatis causam: illam verò felicitatis: & felicitatem alius: & ita semper aliud alius causam esse: & in quod qd erat esse similiter.

Sermo eius in hoc capitulo est manifestus: & est ꝙ impossibile est inuenire aliquam causarum quatuor procedere in infinitum scilicet vt aliqua res habeat materiam. & illa materia habeat aliam materiam: & hoc in infinitum. Aut vt aliquid habeat causam mouentem: & illud mouens habeat aliud mouens: & sic in infinitum. Et intendit per secundum rectitudinem vt causæ sint existentes insimul quasi in vna linea recta. Et intendit per secundum speciem vt causæ sint vna post aliam non insimul ad modum rerum attributarum vni speciei scilicet vt vna earum si post aliam scilicet vt quando fuerit posterior: vt prior corrumpatur. Et forte intendit per rectitudinem ea quæ sunt vnius speciei. Verbi gratia, vt homo sit ab homine per secundum speciē: & ea quæ sunt de diuersis specieb⁹ collocatis sub vno genere. Verbi gratia, vt ignis fit ex aere: & aer ex aqua: & aqua ex terra. Omnia enim ista sunt causæ conuenientes in genere: quia omnes sunt eiusdem materiæ & diuersificantur in forma. 5

N

Pria expō.

Secūda expositio.

Mediorum enim extra quæ est aliquid vltimum & primū necesse est quod prius est causam ipsorum esse post se. Nā si dicere nos oporteat vnum trium causam quod primum est dicimus: nō enim quod est vltimum, nullius enim quod finale est: sed nec medium nam vnius. nihil enim differt vnum aut plura esse nec infinita aut finita. Infinitorum enim secundū istum modum & omnino infiniti partes omnes mediæ sunt: similiter autem vsque modo: quare si ex toto nihil est aliquid primū nec ex toto causa nulla est. Res enim mediæ etiam sunt ea in quibus sunt prius & posterius necesse est vt sit causa eius qd est postremum. Si enim quæsitum fuerit à nobis quæ est causa trinitatis dicemus: primum. postremum enim non est causa alicuius eorum: & similiter etiam medium non est causa eius quia non est causa nisi vnius tantum. & indifferenter siue fuerit vnum medium, siue plura: siue finita: siue infinita. & partes rerum infinitæ quæ currunt secundum hunc modū: & vniuersaliter partes infiniti omnes sunt secundum modum vnū vsq; ad nunc: quapropter necesse est si aliqua res non fuerit prima vt O

vniuersaliter

vniuersaliter non sit causa omnino.

6 P Quum dixit q' impossibile est vt causæ sint infinitæ: incæpit demonstrare hoc in causis agentibus. Et dixit: res enim mediæ sunt &c. i. & signum eius q' causæ mouentes se secundum ordinem sunt finitæ est q' in istis causis inueniuntur tria genera. scilicet prius: & mediũ: & posterius. primum igitur est causa omnium quũ moueat se & sine medio moueat medium: & moueat postremum ad medium: & medium est causa postremi: & postremum sic est causa alicuius. Et hoc intendebat quum dixit: si enim quæsitum fuerit a nobis &c. i. & cum hoc non potest imaginari in paucioribus quã tribus & fuit necesse vt omnia habeant vnam causam: & si nõ tunc esset in eis aliquid sine causa. Si quæsitum fuerit a nobis quid est causa vniuersi ex istis tribus: non possumus dicere postremum: quia non est causa alicuius eorum: neq; etiam possumus dicere medium: medium enim est causa postremi tantum: non vniuersi. Necesse est igitur si omnia habeant causam in motu vt primũ sit causa omnium. s. causa suijpsius: & causa duorum residuorum. s. vt primũ moueat se & moueat mediũ p se: & postremũ p mediũ: & indifferẽter siue in primo fuerit motor idẽ cum moto: vt intendit Plato: aut cõpositum ex moto & motore non moto vt intendit Arist. D. d. & indifferẽter siue medium fuerit vnum aut plura: & si plura siue finita siue infinita. secundũ enim q' est medium necesse est vt sit causa postremi nõ vniuersi. sed si posuerimus media esse infinita tunc vniuersum non habebit causam mouentem: media enim mouent postremum tantũ: quapropter vniuersum mouebitur sine motore. & declaratum est in naturalibus qd' omne motum habet motorem: & hoc intendebat quũ dixit & partes rerum infinitarum &c. i. & partes rerum infinitarum quæ ponũtur moueri insimul omnes sunt mediæ id est mediæ secundum vnum modum vsq; ad nunc. Deinde dicit: quapropter necesse est si aliqua res nõ fuerit primum vt vniuersum non habeat causam omnino: & hoc manifestum est in motis quæ mouent se adinuicem habentibus situm: scilicet quæ sunt insimul: ista enim impossibile est vt sint infinita essentialiter aut accidentaliter. si autem hoc fuerit positum in vniuerso carenti situ: tunc erit impossibile essentialiter: quia vniuersum non habebit motorem omnino: sed est necessarium accidentaliter quando primus motor fuerit positus non motus omnino: quia tunc erit æternum: & mouebit vnum post aliud in æternum: & omnia hæc sunt declarata in octauo physicorum. Et consideratio vniuersalis in omnibus causis in eo sunt causæ est huius scientiæ & Aristote. quamuis vtatur hic demonstrationibus scientiæ naturalis: tamen inducit eas vniuersalius: quoniam quanto fuerit demõstratio vniuersalior: tanto magis erit proprior huic scientiæ. & Aristote. obseruat se in hac intentione: scilicet inducendo demonstrationes vniuersales alio modo quam in scientia naturali: & hæc est causa in iteratione illarũ demonstrationum in hac scientia: vt fecit in tractatu primo.

Vide. 8. ph. 37. 38. 39. 40. 42. 43.

Octauo ph. 33. & 37.

Vide. 7. ph. 4. 5. & 6.

Q Octauo ph. com. 15.

Consideratio vniuersalis in omnibus causis ĩ eo qd' sunt causæ est huius sciẽtiæ.

Et etiã dicuntur vnũ: quorũ genus est vnum: & differunt per differẽtias subiectas eis: sicut homo: & equ⁹: & canis: & sicut dicitur

citur om̃ia animalia funt vnum:& proprie iftum modum eft dicere quod materia eft vna. Et ifta igitur forte dicũtur vnum fecundum hunc modum, & forte dicuntur vnum fecundum genus fuperius cum fint poftrema forma fuperioris generis. Verbi gratia,ficut Ifocheles & Ifopleuros:quoniam dicuntur vna figura eadem.Ambæ enim funt trianguli: & non dicũtur idem triangulis. At vero neq; in deorfum pofsibile eft in infinitum ire ipfo furfum habente principium: vt ex igne quidẽ aquam:ex hac vero terram: & ita femper aliquod fieri aliud genus.Dupliciter enim fit hoc ex hoc: non vt hoc dicitur poft hoc vt ex hyfchimis olympia fed aut ex puero mutato vir:aut ex aqua aer:vt quidẽ igitur ex puero fieri virũ dicimus,qũo ex eo quod fit & quod factũ eft:aut ex eo quod perficit perfectũ. Semper enim eft mediũ inter effe & non effe generatio:& ita quod fit exiftentis & non exiftentis. Eft autem addifcens qui fit fciens: & hoc eft quod dicitur quod fit ex addifcente fciens: hoc vero vt ex aere aqua corrupto altero:propter quod illa quidem non reflectuntur adinuicem:nec fit ex viro puer nõ enim fit ex generatione quod fit:fed eft poft generationem. fic enim eft dies ex aurora quia poft hanc: propter quod nec aurora ex die.altera vero reflectuntur:vtroque autem modo impofsibile eft in infinitum ire.exiftentium enim intermediorum neceffe eft finem effe:quædam vero ad feinuicem reflectuntur.Alterius enim curruptio eft generatio alterius, fimiliter autem impofsibile eft primum fempiternum corrumpi: quoniam enim non eft infinita generatio in furfum neceffe eft ex quo corrupto primo aliquid factum eft non fempiternum effe. R

Et etiam impofsibile eft vt quod habet principium ex fuperiori procedat in infinitum ad inferius. Verbi gratia, ex igne aqua: ex aqua terra: & fimiliter fit genus à genere femper in infinitum. Fit enim diuifio ex alio duobus modis: vnus non fecundum quod aliquid fit poft aliquid:vt dicitur quod nebula fit ex vapore: fed vt dicitur quod ex puero fit vir: fecundus autem quum dicitur quod ex aqua fit aer. Quum autem dicimus quod ex puero fit vir: intendimus quod ex re quæ erit fit res quæ iam eft:aut ex re quæ complebitur fit res quæ iam completa eft: quoniam quemadmodum inter effe & non effe eft generatio:ita id quod generatur eft femper inter id quod eft ens:& id quod non eft ens. addifcens

discens enim est generatum sciens, & hoc intendimus quum dicimus quod ex addiscēte fit sciens: quum vero dicimus quod ex aere aqua fit: & illud est per corruptionem alterius, scilicet aeris: & ideo non reuertuntur res huius dispositionis adinuicem: neque ex viro fit puer: quoniam ex existente non fit illud quod erit: licet post existens fit illud quod erit. secundum igitur hunc modum dies fit ex mane: quia fit post: & ideo non dicitur quod mane fiat ex die, alia vero reuertuntur adinuicem, & secundum hos duos modos impossibile est vt res procedāt in infinitum ea enim quæ sunt inter duo necesse est esse finita. ista autem reuertuntur adinuicem. Corruptio enim vnius est generatio alterius, & cum hoc impossibile est vt primū æternum corrumpatur: quoniam quia generatio ex superiori non procedit in infinitum: necesse est vt primum quod corrumpitur & fit aliud non sit æternum.

7 S Quum compleuit demonstrationem de finitate causarum mouentiū se: vult etiam dare demonstrationem de finitate causarum materialium quæ sunt etiam diuersæ in specie. & quia notum est de causis mouentibus eas habere vltimum. & quæsitum est ab eis vtrum habeat principium a superiori. de causis autem materialibus est conuersio, scilicet quod habent principium a superiori, & est quæsitum vtrum ab inferiori habeant vltimum an non. D. etiam impossibile est &c. id est, et etiam quia manifestum est de generatione ipsam esse finitam ex parte superiori: impossibile est vt illud cuius generatio iam completa est habeat principium materiale, & illud principiū habeat aliud materiale: & sic infinitū, adeo ꝙ nō inueniatur postremū. V. g. ꝙ ex igne non fiet aliud: & ipse fiet ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra, & proceditur sic in corporibus diuersis abinuicē secundū formā in infinitum.

De causis materialib⁹ est dubium vtrū ex parte inferiori habeāt vltimū. Vide. 3. phy. c. 60.

Et cum posuit hoc dedit demonstrationem: &. d. fit enim aliquid ex alio &c. id est, & demonstratio super hoc ꝙ materiæ sunt finitæ est ꝙ aliquid dicit fieri ab alio duobus modis, quorū vnus est sicut dicimus ꝙ ex puero fit vir, non sicut dicimus ꝙ aliquid fit post aliquid, sicut dicimus ꝙ ex vapore fit nebula, id est, post vaporem. secundus autem est sicut dicimus quod ex aere fit aqua, & incipit exponere hunc modum generationis, &. d. cum autem dicimus &c. id est, cum autem dicimus quod ex puero fit vir, intendimus quod ex diminuto fit perfectum, & hoc intendebat cum. d. ex illo quod erit fit illud quod est. Et cum. d. quod generatio fit ex illo quod erit & non ex illo quod iam completum est, incepit ratiocinari super hoc, &. d. quoniam quemadmodum inter esse & non esse &c. id est, generatio est ex illo quod generatur. id est, ex illo quod est in via generationis: quia esse quod est in T actu cuius generatio iam perfecta est, opponitur in rei veritate ad non esse: & ex non esse non fit generatio. id est, impossibile est vt sit generatum, neque etiam illud cuius generatio iam completa est impossibile est vt sit generatum. Remanet igitur vt sit generatum illud cuius esse est

[ill]ud cuius [gener]atio est [co]mpleta

eſt medium inter non eſſe, & eſſe in actu, & eſt illud quod eſt in via generationis. Deinde dedit exemplum & dixit addiſcens enim &c. id eſt, Verbi gratia, quod ſciens dicitur fieri ex addiſcente: & non dicimus ꝙ ſciens fiat ex ſe neq; ex non eſſe ſcientię: ſed ex medio inter ſciẽtiam & ignorantiam quæ eſt principium ſcientiæ: & eſt addiſcens. & hoc intendimus cum dicimus quod ſciens fit ex illo quod erit ſciens, id eſt, ex illo quod venit ad ſcientiam ſcilicet addiſcente. D. d. ſecundũ modũ & dixit, cũ vero dicimus quod ex aere fit aqua &c. id eſt, cũ vero dicimus quod aliquid in actu fit ex alio in actu. Verbi gratia, qđ ex aere fit aqua, intendimus quod ex aere corrupto fit aqua ſecundum quod aer corrumpitur non ſecundum quod remanet, neque ſecundum quod eſt in via generationis, ſicut dicimus quod ex addiſcẽte fit ſciẽs. impoſsibile eſt vt ſit generatum. Vi de primo de generatione 55. & 2. de gñatiõe. 51.

Deinde. d. & ideo non reuertuntur &c. id eſt, & generatio in primo modo non conuertitur ſicut cõuertitur in ſecundo: quoniam ſi ex viro eſſet puer tunc quod erit eſſet ex illo quod iam eſt: ſcilicet tunc diminutum eſſet ex perfecto, quod eſt impoſsibile. Deinde dicit, & ſecundum hos duos modos &c. id eſt, & ſecundum hos duos modos generationis impoſsibile eſt vt generatio ſit in infinitum, quoniam quia modus generationis quæ eſt tranſmutatio ex non eſſe ad eſſe, ſcilicet de potentia in actum eſt inter duo finita, ſcilicet eſſe & non eſſe, neceſſe eſt vt illud quod eſt inter ea ſit finitum. Alter autem modꝰ in quo dicimus ꝙ generatum fit ex illo quod eſt in via corruptionis reuertitur adinuicem & reciprocatur: & non procedit ſecundum rectitudinem. reciproca autem ſunt finita neceſſario. Verbi gratia, ꝙ ex terra fit aqua, & ex aqua fit aer, & ex aere ignis, d. ſex igne aer, & ex aere aqua & ex aqua terra, & ſic eſt in rebus finitis, hoc idem accidit in compoſitis ex elementis. ſcilicet quod componuntur quandoque ex eis: & diſſoluuntur quandoque in ea. Deinde dicit. & cum hoc impoſsibile eſt vt primum & æternum corrumpatur, id eſt, & etiam ſi poſuerimus quod generatio eorum adinuicem ſecundum hunc modum eſt ſecundum rectitudinem, continget vt in eis ſit primum æternum & vt ſit hoc corruptibile. Deinde dedit cauſam in hoc. &. d. quoniã quia generatio eſt ex parte ſuperiori &c. id eſt, quoniam cum videmus qđ generatio non procedit ex ſuperiori in infinitum cum in corporibus ſimplicibus peruenerit. Verbi gratia, ad ignem neceſſe eſt vt generatio elementorum vnius ex alio habeat principium primum quod non generatur ex alio, quoniam ſi illic non eſſet primum principium nõ eſſet finis, principium enim non intelligitur niſi in re quæ habet finem, & quod habet finem neceſſario habet principium, quod enim non incepit non deſinit. ſed illic eſt deſitio: ergo primum principium, & quod non habet principium, eſt æternum neceſſario. Sit igitur hoc. Verbi gratia, terra aut aliquid prius terra, ſed quia quodlibet iſtorum non generat aliquid niſi per ſuam corruptionem, neceſſe eſt vt illud primum principium corrumpatur quando ex eo aliquid generatur, & ſic corrumpitur non erit æternum, ſed iam ponitur eſſe æternum, quod eſt inconueniens. V Principiũ nõ intelligitur niſi in re quæ habet finem.

Ampliꝰ aũt & quod eſt cuius cauſa finis eſt. Tale vero quod non eſt alius cauſa, ſed & alia illius. Quare ſiquidẽ fuerit tale

ipsum vltimum non erit infinitum. Sed si nihil tale non erit quod cuius causa. Sed qui infinitum faciunt latent auferẽtes boni naturam. Et nullus conabitur aliquid facere ad terminum nisi futurus venire. Et etiam illud quod est propter quod fiunt res est finis. & hoc est cuius esse non est propter consequẽs aliud: sed esse aliorum ꝓpter illud. Necesse est igitur si aliquid sit tale vt vltimum non sit infinitum. Si igitur nihil fuerit tale non erit illud propter quod fiunt cætera. & illi qui faciunt causas infinitas auferunt naturam boni: & nõ percipiunt. Quamuis nihil incepit agere [aliquam actionem quancumque non intendo finem.

Nullus conabitur ad terminũ aliquid facere nõ futurus venire.

8

Qum declarauit finitatem diuersarum causarum. scilicet agentis & materiæ, incepit declarare finitatem causæ finalis, & .d. & etiam &c. id est, & est manifestum causam finalem esse per quam fit vnumquodq; entium, & est illud cuius esse non est in re propter aliam causam in illa, sed omnes causæ existentes in re sunt propter istam. scilicet agẽs & materia: & forma in habentibus agens ante materiam aut formam. Et cum posuit hanc esse causam. d. necesse est igitur &c. id est, necesse est igitur vt omnes causæ sint propter illam in quolibet ente, si talis causa est in vnoquoque ente necesse est vt istę causæ quæ sunt posteriores in generatione & priores in esse nõ sunt infinitæ, dedit signum super hoc.

Vide idem 2. phy. 89.

Et dicit. si igitur nihil fuerit tale &c. id est, si igitur non fuerit vltimus finis tunc nihil habebit causam finalem. Iam enim descripsimus ꝙ causa finalis in re qualibet est causa postrema. Si igitur omnes causæ
X non habuerint talem. scilicet vltimam non erit hæc causa finalis omnino, scilicet quod si finis habuerit finem, & sic in infinitum non erit hęc causa alicui rei. Descriptio enim istius causæ est vt non sit propter aliã causam. Si ergo fuerit infinita de[illegible]ruetur eius descriptio, & auferetur suum esse, sed iam posuimus can. esse, & hoc tunc esset inconueniens.

Descriptio causæ finalis est vt nõ sit propter aliã causam

Deinde dicit, & facientes causas infinitas &c. id est, & faciẽtes causas finales esse infinitas destruũt finem sicut diximus, & qui destruunt
Y finem destruunt omne bonum, & nihil percipit. Nihil enim dicitur esse bonum nisi per causas finales. Deinde dicit, quamuis nihil incipit agere &c. id est, & mirum est de negantibus istam causam, cum concedant quod nullus facit actionem aliquam nisi intendendo finem & vltimum, & sic debet esse in natura in hoc sicut in artificio: & in omnibus actionibus voluntarijs. Et dicit hoc quia multi antiqui negabant hanc causam esse, & iam locutus fuit contra eos in. 2. physi.

Nihil dicit esse bonum nisi per causas finales.

Secũdo ph. atc. c. 75. vsque in finẽ.

Neque vtique erit intellectus practicus in talibus. Nam causa alicuius semper facit qui intellectum habet. Hæc enim est
Z terminus. Finis enim terminus est.

Et cũ hoc etiã secũdũ ꝙ dicitur nõ est intellectus in entib⁹. Habens enim intellectum non agit quod agit, nisi propter aliquam

Agens p itellectũ semper agit per nẽ.

quam rem quæ est vltimum actionis. Vltimum enim est finis ad quem intenditur.

Et facientes causas finales esse infinitas negant intellectum operatiuum: intellectus non agit quod nisi propter aliud: & illud est propter quod opus est finitum. Vltimum enim est finis. scilicet quod intendunt actiones: & si non: tunc actio esset ociosa. 9

Sed nec quod quid erat esse conuenit reduci ad aliam diffinitionem multiplicantem rationem. Semper enim quæ ante est communior est: & quæ posterior est non est: cuius autẽ primum non est: nec habitum est.

Quod ante est cõmuni⁹ est eo quod posteri⁹ est.

Et etiam dispositio in eo de quo quæritur per quid impossibile est vt sermo de eo sit extra terminos. Prius enim semper est magis dignum in esse: posterius autem non sic. & illud cuius primum non est: quod consequitur illus primum non est. 10

Quum declarauit finitatem trium causarũ incæpit facere hoc in causa formali. Et.d. & etiam dispositio &c. idest & etiam sermo de dispositione eius de quo quærit per quid est: & est forma rei impossibile vt sit diuersus a natura diffinitionum. scilicet qđ si apparuit ꝙ natura diffinitionum est finita necessario erit vt ita sit de formis. D.d. prius enim semper &c. idest in diffinitione enim est pars prior & posterior: & prior est magis digna in esse: & si prior nõ fuerit: posterior non erit. si igit pars prior. V.g. gen⁹ habuerit diffinitionẽ: & pars prior illi⁹ diffinitiõis habuerit diffinitionẽ: & sic ĩ infinitũ nõ erit illic pri⁹: quapropter neq; postremũ. Posterius enĩ nõ est posteri⁹ nisi prioris: & sic auferũtur diffinitiones. & destruuntur cognitiones: si formæ quæ attribuũtur diffinitionibus sint infinitæ. Et hoc intendebat cum.d. & illud cuius primum non est &c.i. & illud cuius esse consequit esse primi & est postremum non erit quando primum non fuerit: & econuerso: & cum postremum non fuerit: primum non erit.

Posteri⁹ nõ est posteri⁹ nisi prioris. Cũ postremum nõ fuerit non erit primum.

A

Nõ est possibile scire anteꝙ̃ ad indiuidua perueniatur.

Amplius scire destruunt omnes qui ita dicunt. Non enim possibile scire antequam ad indiuidua perueniatur. Et cognoscere non est: nam quæ sic sunt infinita quomodo contingit intelligere. Non enim simile in linea quæ secundum diuisiones quidem non stat. Intelligere vero non est non statuentẽ. Propter quod non enumerauit sectiones qui per infinita procedet. Et etiam qui hoc dicit destruit scientiam: scire enim impossibile est vt sit sine peruentu ad illa quæ non patiuntur diuisionem. Et erit sciens secundum hoc non sciens. Res enim infinitæ quæ sunt huiusmodi dispositionis impossibile est vt comprehendantur ab intellectu. Dispositio enim de linea non est talis, scilicet quod & si non adaptatur stare super diuisiones suas impossibile est vt comprehen-

dátur per intellectum nisi per suum statum. Et ideo qui in sua imaginatione acceperit lineam infinitam non determinabit diuisiones eius.

11 Hoc est complementum primæ declarationis in qua posuit postremam formam: & postremam differentiã: & declarauit q necesse est vt prima forma sit in re diffinita: & q impossibile est q forma procedat de inferiori ad superius in infinitũ. Hic aũt ponit primum superius esse: & declarat posterius esse. Et.d. sciẽtia enim nõ erit sine prouentu &c.i. q cũ posuimus postremũ nõ esse & primũ esse destruetur sciẽtia diffinitionũ quæ fit secundũ dissolutionem: sicut destruitur sciẽtia diffinitionũ q̃ fuerit per cõpositionem: cũ posuimus postremum esse: & primũ nõ esse: quãdo enim in vna re fuerit prima forma diuisibilis in differẽtias infinitas: nõ perueniemus p diuisionẽ ad cognoscendũ naturã illius speciei. Sciẽtia enim alicuius nõ fit nisi quãdo peruenitur ad speciem postremã. D.d. secundũ inopinabilitatẽ: & sciẽs secundum hoc nõ erit. i. & si sciẽtia nõ fuerit cõtingit valde inopinabile. s. q sciẽs non erit: & causa in hoc est q res cognitæ sunt ea quæ determinantur ab intellectu: infinita igitur non determinãtur ab intellectu: ergo non sunt cognita. D.d. linea enim &c. idest & nõ debet cõtradicere aliquis nobis per diuisionẽ lineæ q nõ possumus peruenire in sua diuisione ad partem vltimam: assimilando diuisionẽ generis in species diuisioni lineæ in medietates: & medietatũ in medietates, & sic in infinitũ. Impossibile est enim nos intelligere lineam infinitã nisi qñ accipimus eam finitam: & iterãdo eã infinities: & hoc nõ facit intelligere infinitũ. & ideo qui imaginatus fuerit lineam: infinitam nõ poterit intelligere eam: & hoc intẽdebat cũ dixit: sed qui acceperit in sua imaginatione lineam infinitam: non determinabit diuisiones eius: idest non poterit intelligere eam.

Hic aduerte Auer. velle a superiori ad inferi fieri dissolutionẽ cuius tamẽ oppositũ ipse habet. 7. met. c. 23.

Oportet intelligere materiam in re mota.

Sed materiam in eo quod mouetur intelligere necesse est: & infinito nihil est esse aut non. Si vero nõ est infinitum: quid est infinito esse. Et etiam materia necesse est vt imaginetur in re mota. Et impossibile est vt sit in aliquo infinito in actu. Et si sic non erit illud quod est in infinito: tunc non erit infinitum.

12 Hæc est alia declaratio de natura generati: & dicit quod materia necesse est vt sit conclusa in moto quod est generatũ compositum ex materia & forma: aut formis. Si igitur in illo composito fuerint formæ infinitæ continget sit infinitum: & quia generatũ est illud cuius generatio iam completa est: & est in actu. Si igitur in moto cuius magnitudo est infinita fuerit aliquid in actu: & est illud quod fit in moto infinito: & forma est illud quod terminat generatum: continget vt illud quod est in actu determinet infinitum: quod est impossibile. Manifestum est enim quod illud quod determinat infinitum si possit determinari necesse est vt sit infinitum: & ex hac positione sequitur destructio istius scilicet vt infinitum non determinetur ab infinito. Et hoc intendebat cũ dicebat si igitur non fuerit tunc illud quod est in infinito non erit infinitum idest quod si finitum determinat infinitum: tũc illud quod termi

nat

nat infinitum non est infinitum: cum illud quod equabitur infinito debeat esse infinitum aut quocunque modo appelles: siue æqualitatem: siue terminationem: siue superpositionem.

Sed si infinitæ essent pluralitate species causarum: non esset ita cognoscere. Tunc enim scire putamus cum causas ipsas nouerimus. Infinitum vero secundum additionem non est pertransire in finito tempore.

Infinitũ nõ est ptransire infinito tempore.

Et etiam si species causarum essent infinitæ in numero: non esset scientia secundum hunc modum. Nos enim nõ videmus nos peruenire ad scientiam nisi quando scimus causas. 13

Prima expositio.

Potest intelligi quod si genera diuersarum causarum essent infinita in genere non esset scientia omnino. Non enim videmus nos scire aliquid nisi quando sciuerimus ipsum per omnia genera causarum existentium in eo: quando habuerit plus vno genere causarum quousque declarabitur in quinto quod impossibile est inuenire in causis plus quam quatuor genera causarum famosa. Et potest esse demonstratio vniuersalis super infinitatem vniuscuiusque generum. Et cum. d. quod impossibile est vt finitum comprehendat infinitum: intendit quod intellectus qui est finitus non potest determinare infinitum: ita quod comprehendat illud in actu non in potentia. Et diximus in actu quia vniuersale cõprehendit res infinitas: sed in potentia: non in actu.

Secunda.

Vniuersale cõprehẽdit res infinitas in potentia sed nõ in actu

Contingunt autem auditiones secundum consuetudines entibus. Nam vt a consueuimus ita dignamur dici. Et quæ præterea non similia videntur: sed propter inconsuetudinem minus nota & magis extranea. Nam consuetum notius. Quantam vero vim habeat quod consuetum est leges ostendunt: in quibus fabularia & puerilia magis quidem valent cognitione de eis propter consuetudinem.

B Idẽ. 3. de anima. cõ. 19. & 12. meta. 14. & 15. com.

Sed obedire ei quod audiuimus est secundum consuetudinem. Dicimus enim quod consueti sumus audire: & quod videmus extra illud est inconueniens: immo videmus illud ad quod non fuimus assueti esse inopinabile. Illud enim ad quod sumus assueti est magis applicabile animo & magis notum. Et tu potes scire quantum facit consuetudo in hoc considerando in legibus. Inuenies enim appologos & fabulas propter cõsuetudinem plus applicabiles animo quam summæ veritates.

a Vt cõsueuimus ita dignamur dici. & cõsuetum notius est.

Intendit in hoc ea declarare quæ impediunt scire veritatem: & fortissimum eorum est consuetudo in pueritia in rebus legis & maxime in hac scientia: quia plures opiniones huius scientiæ sunt radices legũ: & ponuntur in legibus non ad sciendum: sed ad inquirendum bonitatem. Et causa in hoc est quod complementum hominum non complet nisi per congregationes: & cõgregatio per bonitatẽ: esse ergo boni est 14

Complementũ hominũ nõ cõpletur nisi per cõ-

 necessa-

gregationē: & cōgregatio per bonitatem. Idem 3. de ala. cō. 5. & 36.

necessarium & non est necessarium eos scire veritatē: & hoc non accidit tantum in legibus: sed in primis cognitis: sicut accidit hominibus qui in principio audierunt scientiam loquentium. Isti enim propter cōsuetudinem negant naturam esse: & etiam veritatem: & negant etiā necessarium esse: & ponunt omnia possibilia esse: & induxit hoc propter quod locutus fuit de causis. Multæ enim leges ponunt hic esse causas scientes res infinitas: & quod ab eis proueniunt res infinitæ & cū dixit impedimenta propter consuetudinem induxit etiam illud impedimentum quod accidit per humanam naturam.

Alij autē si non mathematice quis dicet nō recipient dicentes. Alij si nō exemplariter. Et hic testem induci dignātur poëtā. Et illi quidē omnia certe. His verò flebilis est certitudo: aut propter impotentiā cōplectendi: aut propter micrologiā. Habet enim aliquid quod certū est tale. Vt quemadmodum in symbolis & ratiocinationibus non liberū quid quibusdā esse videbitur. Propter quod oportet erudiri quomodo singula sunt recipienda. Et absurdum est quærere simul sciētiam & modum sciendi. ē st autem neutrum facile accipere.

C Absurdū ē quærere simul sciētiā & modum sciendi.

Et quidā homines si homo non locutus fuerit cū eis mathematice nō recipiūt illud quod dixit. Et quidā quærunt testimoniū multorū hominū. Et quidā quærūt testimoniū versificatoris. Et quidā quærunt perscrutationem maximā. Et quidā tristanē per sermonē: perscrutatū & odiunt illū: aut quia nō possunt retinere ipsum aut quia assimulatio eius est mala. Scatinizando enim in hoc est quasi scatinizando in mercatione. Et sicut scatinizando in mercatiōe est vile: ita est in sermone. Et ideo oportet hominē instrui in cognitionē vie cuiuslibet rei quā vult declarare. Malum enim est simul quærere aliquam sciētiam: & modum secundum quem declarat. Et non est facile aliquod istorum.

15 Vult declarare in hoc ca. quod accidit hominibus in scientijs propter diuersitatem naturæ: & propter paucitatem instructionis in logica. Et dixit quod quidam homines quærunt in omni scientia demōstrationes de genere demonstrationum mathematicorum: & hoc accidit pluries in his qui non instructi sunt per logicam. Et iam vidim⁹ aliquos quibus accidit hoc per naturam. Et quidam quærunt testimonium multorum: & hoc accidit per naturam: multi enim hominum possunt pertransire sermones probabiles & demonstrantes: & isti cum concedunt prima intellecta non concedunt ea nisi inquantum sunt famosa: ita quod si acciderit quod contraria eorum sint famosa: negabūt ea sicut accidit loquētib⁹ q negabāt impossibile esse aliquid de nihilo: licet propositio sit concessa ab omnibus, scilicet impossibile esse magnitudinem ex non magnitudine: ita quod vidi multos homines dantes ad philosophiam & negabant illam propositionem esse primam: & similiter negabant formas specificas esse proprias materijs necessario: adeo

Vide. j. ph. t. cō. 34. & 3. cœli. 34.

D Aui. d. ho/

adeo q Auic.cũ sua famositate in philosophia dicit hominem genera- ri ex terra esse possibile sicut murem & alia multa quæ dicũtur. Et acci dit etiam quibusdã hominibus quęrere testimoniũ verificatoris, & hoc etiã accidit per naturam eis in quibus virtus imaginatiua dominatur super virtutem cogitatiuam, & ideo videmus istos nõ credere demon- strationibus nisi imaginatio cõcomitetur eas. Nõ enim possunt credere nõ plenum esse aut vacuũ aut tẽpus extra mũdum: neq; credere hæc en- tia esse nõ corpora: neq; in loco: neq; in tempore, & accidit hic multis cõsiderãtibus in philosophia Auicẽ. & ista attribuũtur ei sed nõ; est ve rum q eius fuit. Et quidam homines quærũt perscrutationem ma- ximam, & ista est natura philosophiæ. Et quidã contristãtur per ser monem valde perscrutabilem, & causa in hoc est aut quia intellectus eorum non potest retinere & comprehẽdere ipsum; & isti impossibile est vt addiscãt: aut propter segnitiem: aut propter errorem contingentẽ eis quia assimilant disputationẽ cũ mercatione, & credunt q proter- uire in sermone est malum: sicut malum est propteruire in mercatione.

Et ideo dixit Arist. q necesse est vt homo instruatur in cognitione vie cuiuslibet rei quam vult declarare, & dixit hoc q ars logica quæ- dam est vniuersalis omnibus sciẽtijs, & quædam propria vnicuiq; sciẽ tiæ, & homo nõ potest esse instructus in qualibet arte nisi sciendo vni- uersalia & propria de eis. Et cum dixit hoc dedit præceptum valde vtile: a & est vt homo nõ addiscat illam cum adiunctione aliarum sciẽtiarum: quoniã tunc neq; addiscent hanc neq; istam sicut dixit: quo niã malũ est quærere aliquam scientiam & modũ secũdũ quẽ declara- tur: hoc enim simile est ei qui docet homines viam cum addiscit eam: aut qui intendit medicinari hominem, & iterum addiscit medicinam: sicut de quodam dicitur qui cum ad infirmũ accessit, & propinauit me dicinam ei & inspexit post librum, & mortuus est infirmus.

Acrobologia vero mathematica nõ in omnibus est expetẽ- da: sed in nõ habentibus materiam. Propter quod non natura- lis est modus. Omnis enim forsan natura materiã habet. Ideo- que primũ perscrutandũ quid est natura. Ita nãq; & de quibus est physica manifestum erit. Et si vnius scientia aut pluriũ est causas & principia considerare.

Et nõ oportet quærere in qualibet scientia perscrutationem sicut in mathematicis: hoc enim nõ oportet quærere nisi in eis quæ nõ miscẽtur cũ materia. Et ideo iste modus nõ est natura- lis: quia videtur quod tota natura fere admiscetur cũ materiã. Et ideo oportet nos primo perscrutari de natura quid sit: hoc enim facto apparebũt nobis ea de quibus perscrutamur natu- raliter. Et vtrũ cõsiderandũ sit de causis principiorũ in vna sciẽ tia aut in pluribus vna. Videtur enĩ q̃ quælibet natura habeat materiã. Et ideo oportet quærere naturã primo quid sit. Et tũc declarabũtur nobis ea ex quibus declaratur sciẽtia naturalis.

minẽ posse generari ex terra. Vide 8. physi. cõ. 46. Vide in fra cõ. 100.
E
Natura phi losophi est quærere ma ximam per- scrutationẽ. Secũdo cæ. 34.
Ars logica duplex vni uersalis & propria. idẽ
F
pri. ph. c. 8. & .35. & .8. phy. cõ. 70. & .7. met. c. 2. & .1. ethi. ca. 3.
a Vtile prę ceptũ. b.
Acrobolo- gia mathe- matica non in omnibus est expeten- da.

16 G Et non oportet quærere &c. id est, & non oportet hominem quærere vt motus fidei in demonstrationibus naturalibus sit sicut modus fidei in mathematicis. Demonstrationes enim mathematicæ sunt in primo ordine certitudinis, & demonstrationes naturales consequũtur eas in hoc. Certitudo enim diuersatur in eadem sciẽtia. Verbi gratia secundum demonstrationẽ simpliciter, & secũdum demonstrationẽ quia, & cum diuersatur in eadem scientia magis diuersatur in scientijs diuersis secundũ genus. Deinde declarauit in quo genere debet homo quærere certitudinem quæ est in primo ordine, & d. sed debet homo quærere hoc in eis quæ nõ admiscentur cum materia scilicet mathematicis, & ideo. d. & iste modus non est naturalis. id est, & ideo consideratio in hac scientia nõ est naturalis cõsideratio cum sit de rebus nõ admixtis cum materia. a Et si considerauerit in rebus admixtis cũ materia tamen in modo secundum quem non admiscentur cum materia. Verbi gratia, res naturales diuidi in potentiam & actum vnum & multitudinem & substantiam & accidens. Deinde dixit videtur enim quod tota natura fere admiscetur cum materia, id est, & iste modus non est naturalis: quia entia in quibus considerat non admiscentur cũ materia, & omnia naturalia fere sunt admixta cũ materia. Et dicit fere propter intellectum: intellectus enim qui est postrema perfectio hominis est abstractus a materia. Et dubitatur in hoc quomodo. d. fere & dispositio intellectus qui est postrema perfectio hominis est dispositio intellectuum omnium abstractorum in corporibus cælestibus. Isti enim sunt postrema perfectio corporum cælestium. Et respõdendum est quod ipse. d. fere in respectu corporum generabilium & corruptibilium. Ista enim dicuntur magis naturalia secundum famositatem quã illa. Deinde dicit & ideo oportet primo perscrutari &c. id est, quod quando homo sciuerit naturã quid sit: declarabuntur ei naturalia a non naturalibus: natura enim vniuersaliter est sicut dictum est principium trãsmutationis in rebus transmutabilibus per se, & principium priuationis transmutationis in rebus quæ quandoque transmutãtur & quãdoque nõ. Illa autem quæ semper remanent in eadem modo modorum transmutationis scilicet in motu locali: æquiuoce dicitur de eis natura & de alijs.

Demõstrationes mathematicæ sunt in primo ordine certitudinis & demõstrationes naturales consequũtur eas in hoc.

Vide instantium primo de anima. t. ca. pri.

a Quomodo meta. sit de rebus nõ mixtis cum materia.

Dubium. Solutio.

Generabilia secundũ famositatẽ dicũtur magis naturalia quã æterna.

Deinde dixit & vtrum est considerandum in causis principiorum &c. id est, & debet primo perscrutari qui voluerit considerare in hac scientia vtrum consideratio in omnibus quatuor principijs est vnius scientiæ aut plurium scientiarum: quoniam si fuerit multarum scientiarum tunc omnia pincipia non erunt omnium entium: sed quædam principia. Deinde dixit videtur enim quod quælibet natura habet materiam, scilicet videtur enim quod omne ens habet causam materialem, & si ita est nulla est scientia alia a scientia naturali. Deinde dixit & ideo oportet perscrutari primo de natura quid sit, & dixit hoc: quia scientia naturalis declaratur per duas perscrutationes quarum vna est perscrutatio de natura quid sit sicut dixit, & secunda est perscrutatio de natura cuiuslibet entis quid sit, & hoc manifestum est per se, & Aristote. perscrutatur de hoc in alio libro qui dicitur Analectica.

Vide. 2. ph. c. 3. & 5. Ime ta. cõ. 5.

Finis secundi.

Aristotelis Liber tertius primæ philosophiæ incipit.

Tertius metaphy.& secundũ Auerro.partitur in duas summas.

Prima habetur in text.pri.in quo ponit intentionẽ suam se velle disputatiue declarare ea quæ sunt dubitabilia circa rerum veritatem.

Secunda summa est a textu.2. vsq; in finem vbi complet ea quæ dicit in prima summa.



NECESSE est autẽ ad quæsitã scientiam nos aggredi primũ de quibus dubitare primum oportet. Hæc autẽ sunt quæcunq; de ipsis aliter susceperunt quidam,& si quid extra hoc prætermissum est. Inest autem inuestigare volentibus præ opere bene dubitare. Posterior enim inuestigatio priorum est solutio dubitatorum. Soluere vero nõ est ignorantis vinculũ: sed mentis dubitatio hoc de re demonstrat. In quantũ enim dubitat intantum similiter ligatis est passus. Impossibile enim vtrisq; procedere ad id quod est ante. Propter quod & difficultates oportet speculari omnes prius & horum causas. Et quia quærentes sine dubitatione primo similes sunt quo oportet ire ignorãtibus. Et adhuc neq; quãdo quæsitum inuenit aut non cognoscit. Finis enim huic est nõ manifestus: predubitãti vero manifestus. Amplius melius: necesse est enim habere ad iudicandum eũ qui audiuit velut aduersariorum & dubitantium omnes rationes.

A Posterior inuestigatio priorum est solutio dubitatorum. Soluere nõ est ignorantis vinculũ.

B Melius iudicat qui audit vtramq; partem.



Necesse est nobis cõsiderare primo quæstiones difficiles dicendas in hac scientia. In quibusdam existimauerunt existimationes diuersas & alia quæ dimiserunt. Prima enim actio eorum qui voluerunt cõprehendere scientiã rerum est perscrutari de difficilibus quæstionibus. Non enim cõprehenduntur ea quę sunt post nisi per dissolutionẽ quæstionum difficilium quæ suut ante. Et nõ potest dissoluere qui ignorat ligamentũ. Et hebetudo intellectus demonstrat quod hoc est sic hebeti autẽ contingit simile ei q̃ cõtingit ligato. Hebes autẽ non potest intelligere: neq; ligatus ire. Et ideo perscrutandũ est prius de omnibus difficilibus,& propter hoc quod diximns. Et quia qui quærit cognoscere aliquid: antequã perscrutetur primo de difficultate eius: assimilatur ei qui ignorat locum pedum per viam æqualem. Et cum hoc qui non scit quæsitum nescit ipsum quando inuenitur. Finis eorum igitur qui non perscrutantur de difficilibus est igno

tus. Et finis eorũ qui perscrutãtur de eis est manifestus notus. Et est bonũ vt apud audientem omniũ sermonũ, & confirmãtiũ & negantiũ sint propositiones necessariæ & sufficientes.

1 Cõsuetudo Arist. est inducere in oĩbus sciẽtijs sermones disputatiuos ante sermones demonstratiuos. Vide idẽ. 4. phy. cõ. 3. & 51. op. pri. cæ. cõ. 2. Ens simpliciter est subiectũ vtriusq; sciẽtię scilicet met. & logi. Idẽ infra. c. 2.

INtendit in hoc tractatu inducere sermones disputatiuos qui affirmant & destruunt idem in omnibus quæstionibus difficilibus huius scientiæ, & ista est consuetudo Aristo. omnibus scientijs scilicet in quæstionibus difficilibus. Istę enim quæstiones habent sermones disputatiuos, & nullus scit quantũ sunt difficiles nisi sciat eas per sermones disputatiuos. Sed in scientia naturali vidit qđ melior doctrina est ponere disputatiuam perscrutationem singulis quæstionibus quando vult facere disputationem super illam quæstionem. In hoc autem libro vult ponere sermones disputatiuos in omnibus difficilibus quæstionibus quæ sunt in hac arte, & ponere sermonẽ eis per se. Deinde inducit demonstrationes proprias vnicuiq; quæstioni in loco conuenięti tractatuum huius scientiæ, & forte iste ordo est melior in doctrina huius scientiæ quia communicant sciẽtiæ disputatiuæ in vniuersalitate considerationis. Subiectum enim vtriusq; scientiæ est idem scilicet ens simpliciter. Et quia natura sermonum disputatiuorum facit vt præponatur in ordine sermonibus demonstratiuis: vidit Aristo. qđ iste modus considerationis debet poni pars per se in hac scientia: sicut fecit in omnibus significantibus intentiones huius scientiæ econtrario ei quod fecit in alijs scientijs scilicet quod in alijs scientijs exponit nomina apud considerationem in vnaquaque quæstione: in hac autem scientia exponit nomina in vno tractatu non ad distinguendum nomen æquiuocum: sed numerando intentiones, de quibus considerat ista scientia. Nicolaus autem ordinauit sermonem contra illud quod fecit Aristoles in istis duabus intentionibus scilicet qđ ordinauit eam secundũ quod fecit Arist. in scientia naturali, & putauit se incedere per viam meliorem, & melius est qđ Ari. fecit propter causam quam diximus. Et. d. necesse est nobis &c. id est, quia necesse est omni volenti scire res quælitas in vnoquoq; genere scientiarum, inspicere primo quæstiones illius scientiæ, & perscrutari de eis: ꝓportet nos facere hoc in hac scientia. Deinde dixit quæ quæstiones sunt istę, &. d. & sunt ille de quibus quidam existimauerunt &c. id est, & istę quæstiones sunt in quibus homines diuersantur in hac scientia propter difficultatem earum, & aliæ quæstiones difficiles de quibus permiserunt perscrutari. Deinde dicit causam in hoc &. d. prima enim actio &c. id est, & necesse est incipere a perscrutatione de istis difficilibus quæstionibus: quia scientia quæsita quæ post acquiritur ex eis est scientia per quam dissoluitur difficultas quæ erit in illis quæstionibus per dubitationes aduenientes in eis. Et cum. d. quod causa propter quam incipiendum est perscrutari de rebus difficilibus est quod aduentus difficultatis præcedit ablationem eius, & modus ex quo aduenit difficultas est alius a modo ex quo aufertur. Modꝰ enim ex quo aduenit est similis ligamento, & modus ex quo aufertur est similis dissolutioni ligamenti, & ideo dicit & non potest dissol-

nere ex modo ligamenti qui ignorat ligamentum &c. id est, &: quia motum est per se quod nullus potest dissoluere ligamentum qd' fit in mēbris notus ex illo modo ex quo cecidit ligamentum:& illud quod accidit intellectui simile est ei quod accidit ligato:qm̄ quēadmodū ligatum non potest moueri aliquo modo ad finem quē intēdit: ita est de intellectu quādo acciderint ei sermones contrarij:& ideo necesse est vt via ex qua dissoluuntur quæstiones sit alia a via ex qua accidunt quæstiões:quēadmodū modus ex quo dissoluitur ligamentū est alius a modo ex quo aduenit ligamentum. Et.d.& ideo perscrutandum est de omnibus dificilibus ꝓpter hoc quod diximus primo quia est via ad acquirendū scientiam.proportio enim quæstionum ad animā similis est ꝓportiōi ligamēti & ad mēbra:& ꝓportio scientiæ acqsitæ post alias q̄stiōes est sīlis proportioni motus quæsiti post dissolutionē ligamēti.

D.dixit aliā causam ꝓpter quā incipiendū est perscrutari de dificultate quæ est in quæstionibus:& dixit qui enim quærit cognoscere aliquid &c.id est qui enim cognoscit aliquid anteq̄ cognoscat quantitatem dificultatis eius assimilatur eis quorum pedes sunt per viam rectam:& nesciunt quod sui pedes sunt in illa via. Deinde dixit, & cū hoc qui nescit quæsitum &c.i.qd' qui nescit quantum quærit: nescit ipse quando inuenerit eum: & cum hoc perscrutatus est de aliquo & nesci t quantū est dificile illud quod quærit est ignotum apud ipsum: & sic si inuenerit ipsum,nesciet vtrum inuenerit aut non:qui autem scit dificultatem rei scit finem quem quærit:& sic si inuenerit illum sciet illud quod quærit:quæsitum enim erat apud illum scitum de terminate.

Deinde dixit,& bonum est &c.id est & etiam melius est volentibus iudicare inter duos homines diuersantes in aliquo vt sint cognoscētes propositiones quibus vtitur affirmans & negans.

Proportio q̄stionū ad aīam sīlis est ꝓportiōi ligamenti ad membra.

Quæstiones ptinētes ad modū considerationis istiꝰ sciētiæ.

Quæstio prima.

Vtrum vniꝰ aut multarū est sciētiarū causas speculari.

Est aūt dubitatio prima quidē de quibꝰ proœmialiter dictis dubitauimus. Vtrū vnius aut multarum est scientiarum causas speculari. Et vtrū substantiæ principia prima est scientiæ huius scire solum. Aut etiā de principijs de quibus ostendunt omnes.Vt vtrum contingit vnū & idē simul dicere & negare aut non: & de alijs talibus. Et si est circa substantiam: vtrum vna circa omnes aut plures sunt. Et si plures: vtrum omnes cognatæ:aut earū hæ quidē sapiētiæ?Ille vero aliquid aliud dicēdæ sunt. Et hoc idē quoq; necessarium est quærere:vtrū sensibiles substantiæ esse solum sunt dicendæ:aut præter has aliæ.

Quæstio secunda. C

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Et vtrum vnicæ sunt aut plura genera substantiarum: vt facientē species:& mathematica inter ista & sensibilia dixerūt. De his ergo vt diximus perscrutādum est. Et vtrū circa substantias solum est speculatio:aut circa quæ accidūt secūdū se substātijs.Adhuc autē de eodē & diuerso:simili & dissimili:& cōtrarietate:& de priore & posteriore:& de alijs omnibꝰ talibus:& de quibuscūq; dialectici intendere tentant:ex probabilibus

Sexta.

Septima.

Octaua.

Dialectici tentāt de omnibꝰ & ec-

D rum theorica est de omnibus. libus solũ perscrutationẽ facientes: quorũ theorica est de oĩbus.

Nona. Quæstiões pertinentes ad res de quibus ista sciẽtia considerat. Amplius autem his eisdem quæcunq; secundum se accidũt: & non solum quid est horum vnũquodq;: sed vtrũ vni est vnũ contrariũ. Et vtrũ principia & elementa genera sunt: aut in quæ diuiditur existentiũ singulum. Et si genera: vtrũ quæcũq; dicuntur de indiuiduis finalia aut prima: & vtrum homo aut animal principium est magis quã singulare. Maxime verò quærendũ est & tractandũ vtrũ est aliquid præter materiã causa secundũ se aut nõ.

Secunda. Et hoc separabile aut nõ: & vtrũ vnum aut plura numero. Et vtrũ est aliquid præter synolon. Dico aũt synolon quando prædicatur aliquid de materia: aut nihil:

Tertia. aut horum quidẽ: horum verò non. Amplius autem vtrum principia numero aut specie determinata: & quæ in ratiõib⁹:

Quarta. & quæ in subiecto. Et vtrũ corruptibiliũ & incorruptibiliũ eadẽ & diuersa.

Quinta. Et vtrũ incorruptibilia omniũ: aut corruptibilia corruptibiliũ.

Sexta. Amplius aũt q; omnia difficillimũ est: & plurimã habet dubitationẽ: vtrum vnum aut ens queadmodũ

Septima. Pythagorici & Plato dicebant nõ alterum aliquid est: sed entium substantia: aut non sed aliquid alterum ipsum subiectũ:

Octaua. vt Empe. amorem dicit: alius verò ignẽ alius aquam aut aerẽ.

Nona. Et vtrum principia sint vniuersalia aut singularia rerum: & potestate aut actu. Amplius autem vtrũ aliter: aut secundũ motũ. Hæc eñ dubitationẽ præstat magnã. Adhuc autẽ numeri lõgitudines: & figuræ: & pũcta substãtiæ quædã sunt:

Decima. aut nõ.

Vndecima. Et si substãtiæ vtrũ separatæ à sensibilibus aut in eis.

Duodecima. De his eñ omnib⁹ nõ solũ difficile veritatẽ ipsam inquirere: sed nec ratiõe quidẽ bene dubitare facile est. Et prima quæ-

Tertiadecima. stio quæstionũ difficiliũ est de qua quæsiuim⁹ in prologo istius

Decimaquarta. libri primi: vtrũ consideratio de omnibus generibus causarũ est vnius sciẽtiæ: aut pluriũ. Secũda est vtrũ cõsideratio de principiis substantiæ tantũ: aut est etiam eius considerare de principiis ex quibus fit demõstratio cuiuslibet. Verbi gratia, vtrum possit idẽ esse affirmatiuum & negatiuũ insimul: aut non: & talia similia. V.g. vtrũ æqualia eidẽ sunt æqualia. Tertia est si sciẽtie cõsideratio est de substantia: vtrũ illa sciẽtia est eadem omnibus sciẽtiis: aut plures. Quarta est & si sint plures substãtiæ vtrũ natura earũ est cõsimilis in genere: aut debet quædã dici philosophia: & quędã aliud. Quinta est: & etiã illud quærẽdũ est necessario vtrũ oportet dicere q; substantiæ sunt

sensibilia

sensibilia tantum:aut sunt aliæ substantiæ ab istis sensibilib⁹. Sexta est vtrum substantiæ habeant vnum genus aut plura: sicut dixerunt ponentes formas & mathematica:quæ sunt inter ista & sensibilia. Oportet enim nos perscrutari de omnib⁹ istis rebus sicut diximus. Septima est perscrutari vtrum hęc consideratio est de substantijs tantum: aut etiam de accidentibus. Octaua est & cum hoc perscrutandũ est de eodem & de diuerso:& de dissimili:& simi. Nona est de contrarijs. Decima est de ante & post. Vndecima est: & de omnibus alijs rebus consimilibus istis de quibus logici perscrutantur:qui ponunt opiniones suas de opinionibus laudabilibus: & nobilibus. Duodecima & etiam perscrutandum est de omnibus accidentibus quæ accidunt omnibus istis. Decimatertia & de vnoquoq; eorum quid sit:& non de hoc tantum:sed vtrum contradicant sibi adinuicem. Decimaquarta.& vtrũ principia & elemẽta & genera sint per se aut sint p singularia in quę diuiduntur. Decimaquinta:& si sint genera vtrum genera quæ dicuntur de indiuiduis sint prima genera aut vltima. Verbi gratia:vtrum animal aut homo est magis primum:quã indiuidua singularia:aut non. Decimasexta.& etiam oportet nos multũ perscrutari vtrum sit alia causa per se præter materiam:aut non. Decimaseptima.& vtrum ista causa differat à materia aut non. Decimaoctaua est.vtrum ista causa est vna in numero:aut plures. Decimanona.& vtrũ est aliquid præter totum:& dicere est totum illud per quod disponitur materia:aut nõ est aliud:aut in quibusdam rebus est aliud à toto:& in quibusdam nõ:& quæ sunt illa entia. Vigesima.& etiam vtrũ ista principia sint determinata in numero: aut & ratiõe: & loco. Vigesimaprima.& vtrum principia corruptibiliũ sint principia incorruptibilium aut diuersa: & vtrum omnia principia non corrumpuntur:aut corrũpuntur principia corruptibilium. Vigesimasecunda.& etiam perscrutãdum est de quæstione magis difficili omnibus istis quæstionibus: vtrũ vnum & idem est substantia omnium entium: & nõ est aliud sicut dixerũt Pythagorici & Plato:aut nõ. Sed est aliud subiectum:sicut dicit Empedo.amicitiam:& alius ignem: & alius aquã & alius aerẽ. Vigesimatertia & vtrũ principia sint vniuersalia:aut sint sicut singularia rerũ pticulariũ. Vigesimaquarta, & vtrũ sint potẽtia vel actu. Vigesimaqnta.& vtrũ

Mathematica sunt īter abstracta & sensibilia. L

principia

principia sint alio modo:aut sunt principia per motum. Istę enim quæstiones sunt difficiles & valde intricatæ. Vigesimasexta.& cum hoc etiam perscrutandum est vtrum numerus & longitudo:& etiam figura & puncta sunt substantiæ. aut non. Et si sunt substantiæ vtrum sint diuersæ à sensibilibus: aut sint eis. Difficultas enim non tantum est in comprehendere veritatem istarum rerum omnium:sed non est facile quærere de eis secundum difficultatem earum secundum sermonem valde.

2 F Vtrū cōsideratio &c.& intendit per genera causarū causas diuersas diuersorum:causæ enim diuersorum generum sunt diuersæ. V.g. principia rerū naturalium & principia rerum mathematicarū:& principia rerum abstractarum. D.d.& vtrum esse scientiæ consideratio &c.i.& si consideratio in omnibus principijs est vnius scientiæ vtrum illa scientia debet considerare in principijs substantiæ & vniuersalium entium tantum:aut cum hoc debet considerare in principijs cognitionis quæ sunt prima intellecta. V.g. considerare in sermone dicentium possibile esse vt affirmatiua & negatiua insimul sunt veræ: & in sermone negantium ꝙ æqualia sunt idem æqualia:& vniuersaliter in sermone negantium principia. D.d.& etiam sic scientiæ est consideratio &c.i.etiam si scientia debet considerare de substantijs verū illa scientia est vna aut plures. Si enim substantiæ fuerint diuersorū primorū:principiorum cōtinget cōsideratio de eis sit pluribus quā vni scientiæ:& si fuerit conuenientiū primorum principiorum: vtrum consideratio de eis erit vnius scientiæ. D.d.& si fuerint plures scientiæ verū &c.i.& si consideratio de entibus fuerit plurium scientiarum vtrū omnes sint species vnius generis.s.partes vnius scientiæ: aut sunt diuersarum scientiarum: adeo ꝙ quædam dicitur philosophia:& quædam scientia naturalis: & quædam doctrinalis. D.d.& etiam perscrutandū est vtrum oporteat nos dicere quod substantia &c.i.& necesse est nobis perscrutari vtrum sint aliæ substantiæ a substantijs sensibilibus:aut nulla est substantia præter istas. D.d.& vtrum substantiæ habent genus &c.i.& si aliqua est substantia alia a substantijs sensibilibus vtrum illa substātia est eadem natura aut plures naturæ:sicut dicunt illi ꝙ substātię sunt res abstractæ, s.& sunt formæ nō abstractæ:& sunt res sensibiles:& mediæ inter formas & res sensibiles:& sunt mathematicæ. D.d.& vtrū consideratio est tantū de substātia &c.i.& etiā perscrutandū est vtrū perscrutatio in hac scientia est de substantijs tantū:aut de accidentibus:aut de vtroq;.

D.d.& cum hoc oportet nos perscrutari de eodem & de diuerso.i.& oportet nos perscrutari etiā de cōsequentibus essentialibus quæ appropriant enti in eo ꝙ est ens. V.g. idem & diuersum: & simile & dissimile: & cōtrariū & nō contrariū. Omne enī ens qn̄ fuerit cōparatū ad aliud: aut erit idem:aut diuersum:aut simile aut dissimile:cōtrariū aut nō cōtrariū. Et vt̄r oportet pscrutari de oībus de qbus disputatores assueti sunt disputare p sermones famosos laudabiles. a Philosoph⁹ enī & logicus cōueniūt in pscrutatione de istis rebus:qa vterq; cōsiderat de ente

Cause diuersorū generum sunt diuersæ. Idē primo met.c.19.& 22.&.10. Et.2.59.& 3.ce.61.t.

Principiū cognitionis & principiū substantiæ seu esse. Idē primo phy. com.8.

Omne ens qn̄ fuerit cōparatum ad aliud aut est idem aut diuersum: aut simile aut dissimile: aut cōtrariū aut nō contrarium.

a Primus phylosophus & logicus cōsi

ente simplr. D.d.& etiã perscrutandũ est de olb⁹ accidẽtibus &c. i. & perscrutãdũ est in istis quæstionib⁹ de rebus: quarũ est prima: qd est vnũquodq; eorũ, & quæ sunt accidẽtia propria eis: & nõ de hoc tantũ: sed de illis quæ sunt cõtraria eis: aut nõ cõtraria. Per omnia eñ ista cõpletur perscrutatio de istis quæ intendũt sciri. s. per cognitionẽ triũ. s. priorũ & posteriorũ & oppositorum. D.d.& vtrũ principia & elementa &c. i. & perscrutãdũ est vtrũ rerũ principia & elemẽta eorũ sint genera aut indiuidua in quæ diuiduntur postremo gña: & si genera sint digniora vt sint principia quam indiuidua: vtrum genera remotissima ab indiuiduis sint magis digna, aut genera propinqua ita q dignissimum eorũ species sit qui diuiditur in indiuidua. V.g. perscrutari quid est magis primũ animal, aut homo, aut indiuiduũ animalis, aut hominis. Et si animal & homo sint priora suis indiuiduis, vtrũ homo sit prior animali aut animal homine. D.d.& oportet nos multũ perscrutari. i. & oportet nos quærere vtrũ in indiuiduis substantiæ est alia causa præter materiam, & est forma aut nõ. &.d. hoc, quia ista causa fuit nota ab eo solo in rei veritate inter omnes antiquos. D.d.& vtrũ ista causa differat a materia aut non, &.d. hoc ne aliquis existimet ipsam esse manifestam quoquo modo. D.d.& vtrum ista causa sit vna. i. forma. D.d.& vtrũ est aliquid præter totũ. i. vtrũ est aliquid additum corporibus naturalib⁹, aut nihil est huiusmodi, aut hoc est in quibusdã, & in quibusdã nõ, & innuit per hoc animã & res additas corporib⁹ naturalib⁹ cõsimiliũ partium. D.d.& vtrũ principia corruptibiliũ &c. i. & etiam perscrutandũ vtrũ principia rerũ corruptibiliũ sint principia incorruptibiliũ, aut alia, & si alia vtrũ omnia non corrũpantur, aut solũmodo nõ corrũpantur illa quæ sunt principia incorruptibiliũ: principia vero corruptibiliũ corrũpuntur. D.d.& etiam perscrutandũ est de quæstione magis difficili &c. i. & etiã perscrutandum est vtrũ vnum quod est principiũ numeri sint vnũ quod est substantia vniuscuiusq; entium sensibiliũ, aut secundum q dicit Pythagoras q illud est elementũ entium, aut q entia numeri, aut secũdũ q Dicit Plato q est substãtia vniuersalis omnibus entibus, aut vnũ numerale est accidens & vnũ quod est substantia & elementũ omniũ entiũ est natura alia a natura vnius, sicut dicit Emped. q vnũ quod est substãtia entium est amicitia, aut lis. Et sicut antiqui naturaliũ dicebant quod vnũ quodq; qd' est substãtia entium est ignis, aut aer, aut aqua. D.d.& vtrum principia sunt vniuersalia &c. i. & vtrum principia rerum sunt vniuersalia aut singularia, & vtrum sint potentia in actu. D.d. etiam vtrũ sint principia alio modo &c. i. & etiam perscrutãdum est de principijs vtrum sint principia secundum quod sunt mouẽtia: aut secũdũ aliũ modũ cæterarũ causarum. Et intendit quæstionẽ cõtingentẽ in primo motore. D.d.& cũ hoc oportet nos perscrutari vtrum numerus & longitudo &c. i. etiam perscrutandum est de rebus mathematicis. V.g. de numero & magnitudine, vtrum sint substantiæ, aut accidentia. Et si sint substãtiæ vtrũ sint abstractæ, a substantijs sensibilibus, aut sint existentes in eis tali mõ q nullã habeãt cõstitutionem: nisi per substãtias sensibiles. D.d. difficultas eñ &c. i. oẽs eñ istæ quæstiones non tñ sunt difficiles propter difficultatẽ cõprehensionis in eis: immo difficile est etiam scire difficultatem

derãt de ente simpliciter. idem supra cõ. primo. Et. 4. met. t. cõ. 5.

G

Solus Ar. cognouit causam materialẽ in rei veritate. idẽ primo phy. cõ. 79.

Vide primo philosophiæ cõ. 6. cõsiile

Ad partẽ negatiuam primæ quæstionis.

Secunda ad idem ratio. tatem earum quanta sit. & cum compleuit numerationem illarũ quæstionum, incepit inducere sermones logicos in singulis quæstionibus.

CAPVT II.

In immobilibus nõ est efficiens neque finitis. Actus omis cum motu.

PRimum ergo de quibus in primis diximus vtrũ vnius aut plurium scientiarum sunt speculanda omnia genera causarum. Vnius enim scientiæ quomodo erit non contraria principia existẽtia cognoscere.

A

In mathematicis nihil ostendit per causam finalem.

Amplius autem multis existentium non insunt in omnibus omnia. Quo namque modo possibile est motus principium esse in immobilibus aut boni naturam, si quidem omne quod est bonum secũdum se: & propter suam materiam finis est: & ita causa quod illius causa & fiunt & sunt cętera. Finis autem & cuius causa actus cuiusdam est finis. Sed actus omnis cũ motu. Quare in immobilibus non contingit hoc esse principium. Nec esse aliquid anthoagaton, id est, per se bonũ. Vnde & in mathematicis per hanc nihil ostenditur causam. Nec est demonstratio nulla eo quod melius aut deterius. Sed nec omnino nullus talium alicuius reminiscitur. Quapropter & sophistarũ quidam vt Aristippus ipsas præneglexit. In aliĳs enim artibus & illiberalibus vt tectonica & coriaria eo quod melius vel deterius dici omnia. Mathematicas vero nullam de bonis & malis facere rationem.

Quęstio interposita.

Solutio secũda partis.

At vero si scientiæ causarũ sunt plures: & alterius principĳ quæ earum est dicenda quæ quæritur. Aut quis maxime rem quæsitam est sciens eam habentium. Contingit enim eidem omnes modos causarum inesse vt domus. Vnde quidem motus ars & edificator. Cuius vero causa opus. Et materia terra: & lapides. Species vero ratio.

Quod a causa finali sapientia dicatur.

B

Quod a causa formali.

Igitur ex dudum determinatis quam decet vocare scientiarum sapientiam. Habet rationem quamlibet appellari: inquãtum senior quidem, & principalior, cui veluti seruientes non contradicere scientias alias certum est, quæ finis enim boni talis est: sunt enim huius causa cætera. Inquãtum vero primũ causarum & maxime scibilis diffinitiua est esse, quæ substãtiæ vtique erit talis. Multis enim modis idem scientibus magis quidem scire dicimus eum qui nouit in ipso esse quid res quã in non esse. Et horum eorundem alium alio magis. Sed maxime quid est & non quantum: aut quale aut quid facere, aut pati apta nata est.

C

Quod a causa efficiẽte.

Amplius autem & in aliĳs scire singula, & quorum demonstrationes sunt, tunc putamus existere, quando scimus qd est vt tetragonizare quid est, quia mediæ intẽtio. Similiter

militer autem & in aliis. Circa generationes vero: & actus: & circa omnẽ transmutationem opinantur nos perfecte cognoscere quando cognoscimus principium motus. Hoc autem alterũ & oppositum fini. Quapropter videtur alterius esse scientiæ causarum harum singulas speculari.

Dicamus nunc primo de prima quæstione: scilicet vtrũ consideratio de omnibus generibus causarum est vnius scientiæ: aut plurium. Quomodo possibile est vt vna scientia principia sciat: quæ nõ sunt contraria. Notum enim quod multa principia non sunt plurium entium: quia nõ dicimus quomodo potest esse principium motus in rebus nõ mobilibus: & quomodo natura boni est in omnibus rebus immobilibus: si omne quod est bonum per se est: & per suam naturam est finis & complementum: & est secundum hunc modum causa. Res enim sunt propter illud. Finis enim & illud propter quod fit aliud est complemẽtum alicuius actionum. Et actiones omnes fiũt per motum. Ergo manifestũ est quod impossibile est quod ista causa sit in rebus quæ non mouentur erga perfectionẽ: & in eis aliquod bonum per se non est. Et ideo in scientiis mathematicis nihil declaratur per istam causam. Et nulla demonstratio fit per illam: nec quia est melior: neq; quia est vilior. Et vniuersaliter nullus hominum inuenit istam talẽ causam in mathematicis scientiis. Vnde quidam sophistarum dimiserũt sicut fecit Osticus. In aliis autem vilibus artificiis. V.g. carpentaria: sutoria: illis dicitur melius & vilius. Et artifices istius artis non perscrutantur omnino de bonis & malis. Manifestum est igitur quod scientiæ causarum multæ sunt. & omnis causa & principium habet aliam scientiam: & est principium alterius scientiæ. Quærendum est igitur qualis scientia istarum est digna vt dicatur philosophia: & qualis sciens est dignus vt vocetur philosophus: & sic notificabitur illud quod quærendum est hic. Impossibile est enim vt species omnium rerũ vel causarum sint eiusdem rei: sicut domus. Causa enim domus ex qua fit motus est artificiũ & ædificator. Et causa propter quã fit domus est operatio. Et materia domus est lutum & lateres. Et forma domus est terminus eius. Secundum igitur quod distinximus & diximus qualis sciẽtia debet vocari philosophia continget vt omnis scientia vocetur philosophia. Philosophia aũt alia: & prior: & nobilior: quã scientiæ aliæ cõsequuntur necesse

est vt sit causa cõplementi & boni. Aliæ enim causæ sunt propter istam causam. Et iam diximus primo quod scientia primarum causarum, & illud quod est valde scitum, est scientiæ substantiæ. Res enim multis modis scitur. Et plus quod scitur est de sua substantia cum voluerimus notificare vnamquamque rerum habentium demonstrationem nos existimabimus notificare eas, quãdo sciemus quid sunt. Verbi gratia, quid est quadratura. Dicemus igitur quod quadratura est medium inuenire. Et similiter de aliis. Colores autẽ & actiones & omnis trãsmutatio sciuntur à nobis quando sciuerimus principium motus. Et ista causa est alia & diuersa à causa complementi. Manifestum est igitur quod cognitio vniuscuiusque istarum causarum habet aliam scientiam.

3 DIcamus nunc de primo &c. intendit per omnia genera causarum quatuor causas: & quasi dicat vtrũ perscrutatio de generibus causarum entium est vnius scientiæ aut plurium. Deinde dicit & quomodo est possibile vt sciat principia quæ non sunt contraria: & ista propositio est probabilis scilicet dicens quod scientia contrariorum est eadem: & non sequitur ex hoc dicere quod scientia contrariorũ est eadem, quod scientia eorum non contrariorum non est eadem: nisi superficietenus & secundum quod apparet exterius: & ideo iste sermo est logicus secundum quod fuit dictum quod sermones vsitati in hoc tractatu sunt logici. Iste aũt sermo esset verus si esset verum quod illa quorum scientia est eadem sunt contraria. D.d. manifestum est igitur quod om̃ia principia &c. i. etiam manifestum est per se quod non inueniuntur oẽs causæ quatuor in omnibus generibus entium. V.g. quod in rebus immobilibus non debet aliquis quærere causam mouentem: neque potest dicere quomodo est possibile vt in eis sit causa mouens: & intendebat mathematica: qm̃ licet sint in remota: tamen non mouentur nisi accidentaliter. D.d. & quomodo natura boni est &c. i. quomõ causa quæ est finis inuenitur in rebus immobilibus: cum illud quod est per se & naturaliter finis est illud ad quod mouetur illud qd' innatũ est perfici per illud. Et cũm proposuit has propositiones pro veris: accepit conuersas earũ pro veris. D.d. & etiã secũdum modũ hunc æque &c. i. & ista causa. s. finalis est secundũ hũc modũ causa. i. secũdũ quod mouetur ad illã illud quod perficitur per illam. Illud enĩ quod est ante propter illam: & hoc manifestum est de causa finali. Deinde. d. finis enim & illud propter quid &c. i. & necessarium est vt finis sit in rebus mobilibus: quia finis est finis actionis & motus, quod igitur caret motu caret fine sine æquiuoce. Deinde. d. notum est igitur quod impossibile est quod iste finis sit in rebus immobilibus &c. i. propter ipsos sermones quos diximus, & dixit per se, quia potest contingere vt in rebus immobilib⁹ sit bonum: sed non per se. Et debes scire quod illud quod disponitur per bonum est causa finalis: bonum enim est desiderabile: & causa finalis est desiderabilis. D.d. & ideo in scientiis mathematicorum &c. i. quia

D Ista propositio est probabilis quod sciã contrariorũ est eadem.

E Mathematica licet sint remota: tñ nõ mouent nisi per accidens.

Põt contingere quod in rebus immobilibus sit bonum: sed non per se.

quia ista causa non inuenitur in mathematicis: ideo non datur in eis aliqua re quæsita finalis causa: neq; sit in eis demonstratio cuius terminus medius sit ista causa: & ipse.d. in tractatu de quo loquitur in principijs mathematicorum quod ordinatio &c.i. ordinatio numerorum & magnitudinum inuenitur in eis: & indiget hoc perscrutatione. Deinde d. & ideo quidam sophistarum &c.i. negabant eam esse in omnibus sciētijs: quia non reperierūt eam in firmissima scientiarū. s. mathematicis. Deinde.d. in alijs autem artificijs &c.i. in artificijs autē concedebant causam finalem esse: melius enī aut vtilius proueniunt ab hac causa. D. d. & artifices istius.i. artis mathematicorum. Deinde.d. manifestū est igitur ꝙ scientia causarum &c.i.ꝙ cum quædam entia habeant ꝓpria genera causarum: quædam vero non: necesse est vt scientiæ diuersentur propter diuersitatem earū in principijs: & vt sint modi demonstrationū vsitatarum in alia arte alij a modis demonstrationum alterius: ergo artes & scientiæ sunt plures. Deinde.d. quærendum est igitur qualis scientia &c.i. & cum declararatum est plures scientias esse: & est iam famosum hic esse scientiam quæ dicitur philosophia: quærendum est quæ est illa scientia: quoniam si vna scientia esset omnium rerum: tunc illa scientia deberet dici philosophia. Deinde.d. impossibile est enim vt species causarum &c. idest & necesse est vt quædam scientiæ sint propriæ ad dandam aliquam causam sine alia. Quoniam non quodlibet genus de quo scientia cōsiderat habet quatuor causas sicut domus habet. Et intendit qđ hoc non inuenitur nisi in scientia naturali tantū. Deinde.d. secundum igitur qđ narrauimus &c.i. & causæ sunt plures: & philosophia est cognitio causarū: & in omni scientia continetur cognitio causarum quæ sunt in illo genere: contingit vt omnis scientia debeat dici philosophia: sed nos posuimus hoc esse scientiam aliam a sciētijs particularibus quæ dicitur philosophia: quod est dubitatio. Deinde.d. philosophia autem altera &c.i. sed si concesserimus ꝙ oīs scientia dicitur philosophia: tamen necesse est vt scientia quæ dicitur philosophia simpliciter sit illa quæ considerat in cā finali vltima omniū entium. Omnes autem causæ sunt propter istam causam. Deinde.d. & iam diximus primo qđ philosophia causarum &c. idest ꝙ illud quod dicitur philosophia est quæ notificat cum causa finali prima causam primam quæ est forma & substantia etiam. Scientia enim quæ attribuitur cognitioni causarum primarum est scientia quæ est magis digna vt dicatur philosophia. Res enim vt dixit notificatur multis modis: & magis qđ notificatur est per suam substantiam: & propter hoc ista scientia debet dici philosophia: & nō naturalis scientia. Scientia enim naturalis considerat etiam de duabus primis causis. s. motore & materia. Ista autem de duabus causis vltimis. s. forma & fine. Et quia hæ duæ causæ sunt meliores illis: ideo ista scientia est melior naturali. Finis autem est melior alijs causis: quia aliæ causæ sunt propter illam. Forma autem est melior alijs: quia sciētia rei per illam est perfectior quā scientia rei per aliam. Deinde.d. testimonium super hoc qđ scientia substantiæ est perfectior scientia quæ fit per aliam rem omnium rerum existentium in re. Et.d. & cum voluerimus scire vnamquamq; rerum &c.i. & signum eius ꝙ scientia substātiæ est perfectior omni sciētia

F Scientia naturalis cōsideratde duabus primis causis. s. motore & materia. ista autem de duabus vltimis scilicet forma & fine.

Idem I suo prologo su primo ph. Et. 4. meta. cõ. j. Et. 7. meta. cõ. 5. Et. 12. meta. com. 6. Prima phi losophia ꝓ prie cõside rat de pri ma forma & primo fine. Ad quam

tia est: qd' cum nos quæsiuerimus scire aliquid per demonstrationē nō reputamus ipsum esse scitum: nisi quando nos intel lexerimus in nobis qd' scimus illud secundum quid. i. per suam substãtiam & diffinitionē. Deinde dedit exemplum & .d. V. gratia. i. quadratura & c. i. V. gratia. qd' nos non videmus nos scire quadratum æquale superficiei: nisi quã do sciuerimus qd' est illud cuius latus medium inter duo latera superfi ciei cui est æquale. Deinde dicit generationes autem & actiones &c. idest generationes autem & actiones non sciuntur vere nisi quan do sciuerimus naturam motus & agens eum. Deinde. d. & ista causa est alia causa complementi: & intendit causam quæ est principium passio nis scilicet subiectum & materia. Deinde. d. manifestum est igitur ꝙ co gnitio &c. idest declaratum est igitur ex hoc ꝙ cognitio vniuscuiusqꝫ generum istarum causarum habet scientiam propriam: & quod est hæc vna scientia quæ dicitur philosophia: quæ propriẽ considerat dẽ pri ma forma & primo fine.

G scientiã per tinet de pri cipijs consi derare. Quod non sit vni⁹ sciẽ tiæ de prin cipijs consi derare. De omnib⁹ esse demon strationē est impossibi le.

At vero de principijs demonstrationis vtrum vnius scientiæ est aut plurium dubitatio est. Dico autem demonstratio cõmu nes opiniones ex quibus omnes demonstrant. Vt qm̃ omne ne cessarium est aut dicere aut negare. Et impossibile idem simul esse & non esse: & quæcunqꝫ aliæ tales propositiones. Vtrũ ha rũ vna scientia & substãtiæ aut alia. Et si nõ vna est quã opor tet appellare quæ nũc est quæsita. Vnius igitur esse nõ est ra tionabile. Quid enim magis geometriæ quã qualiscumqꝫ de his proprium est audire. Si igitur similiter quidem qualiscum que est. Omnium vero non conuenit. Sicut nec aliarum: ita nec ipsas substantias cognoscentis: proprium est de ipsis cogno scere. Simul autẽ & qũo erit ipsorũ scientia. Quid quidem eñ

H & vnũquodqꝫ horum existit ens & nunc mouimus. Vtuntur igitur eis vt notis artes aliæ. Si autem demonstratio de eis est: oportebit aliquod igitur esse subiectum. Et hæc quidem passio nes: illa vero dignitates eorum. Nam de omnibus esse demon strationem impossibile est. Necesse est enim ex aliquibus esse & circa aliquid: & aliquorũ demonstrationem. Quare accidit omnium esse genus vnum aliquid demonstratorum. Omnes enim demonstratiuæ dignitatibus vtuntur. At vero si alia quæ substãtiæ: & quæ de his quæ earũ principalior: & prior est. Vñ enim maxime omniũ principia sunt dignitates. Et si non est philosophi: cui⁹ erit alteri⁹ de eis speculari veritatẽ & falsitatẽ.

Et etiam vtrũ principia demonstrationis sunt vnus scientiæ aut plurium: est dubium. Et dico principia demonstrationis il lud quod est acceptum de propositionibus vniuersalibus ex q' bus quæritur demonstratio super omne quid, Verbi gratia. di

cere

tere quod de quolibet affirmatio vel negatio. Et impoſsibile eſt affirmare & negare inſimul & aliæ propoſitiones ſimiles ſibi. Nos igitur perſcrutabimur vtrum ſcientia iſtorum principiorum & ſcientia ſubſtantiæ ſunt eædem: aut diuerſe. Et ſi nõ ſint eædem quæ ſcientia iſtarum debet dici nomine ſcientiæ quæſite in hoc loco. Non enim neceſſe eſt vt omnia ſint vnius ſcientiæ: & cum hoc quomodo erunt iſta vnius ſcientiæ. Scimus enim eſſe modo vniuſcuiuſq; eorum. Et aliæ ſcientiæ vtũtur eis ſicut cognitione nota. Si igitur habent demonſtrationẽ oportet vt habeãt aliquod genus ſubiectum eis: & quædam ſint magis latentia: & quædam manifeſta vniuerſalia. Impoſſibile eſt enim vt omnia habeant demonſtrationem: quia neceſſe eſt vt demonſtratio fiat ex quibuſdam rebus: aut quibuſdam: aut vni eorum. Manifeſtum eſt igitur quod accidit vt vnum genus ſit ſubiectum omnium rerum habentium demõſtrationẽ. Oẽs enĩ modi demſonis vtunẽ ꝓpõnib⁹ manifeſtis vniuerſalibus. Et etiam ſi ſubſtantiæ ſcientia eſt alia a ſciẽtia principiorum demonſtrationis. Quæ igitur ſcientia iſtarum eſt prior alia nobilitate: & quæ earum eſt fixa per ſuã naturam. Propoſitiones enim vniuerſales ſunt principia omniũ ſcientiarum. Si igitur cognitio iſtorum principiorum non fuerit primi philoſophi: cuius erit igitur?

Et etiã &c. cũ notificauit qd' ſciẽtia quæ dicitur philoſophia vere eſt illa quæ conſiderat de cauſa formali & finali vltimis: vult modo ꝑſcrutari vtrũ cõſideratio de principijs demõſtrationis eſt huius ſcientiæ: aut alterius: ſi aliqua ſciẽtia debet cõſiderare de principijs & quis eſt modus conſiderationis in eis: & cuius generis eſt. Et.d. & etiam vtrũ principia demonſtrationis ſint vnius ſcientiæ &c.i. & ſi dixerim⁹ qd' in principijs ſcientiarũ eſt conſideratio: vtrũ cõſideratio illa eſt vnius aut pluriũ. Deinde.d. & dico principiũ demonſtrationis &c.i. & dico principia demonſtrationis primas propoſitiones vniuerſales ex quibus adaptatur nobis quærere demonſtrationem ſuper omne cuius cognitio eſt quærenda. D.d. nos igitur perſcrutabimur &c.i. nos igitur perſcrutabimur ſi principia habent ſcientiam: vtrum ſciẽtia iſtorum principiorum & ſcientia ſubſtãtiæ quæ eſt forma ſit eadẽ aut diuerſæ: & ſi ſcientia principiorũ ſcientiarũ eſt vna: & ſcientia ſubſtãtiæ eſt alia: quæ earũ debet dici philoſophia ſimpliciter: non enim eſt neceſſe vt omnes ſciẽtiæ rerũ ſint vnius ſciæ. D.d. & cum hoc quõ &c.i. ante hoc perſcrutandum eſt ſi iſta principia habeant ſcientiã cuiuſmodi ſcientiã habẽt. eſſe enim eorũ notum eſt nobis naturaliter; & aliæ ſcientiæ ponũt ea ſecundum hunc modũ.ſ. ſecundum quod ſunt nota per ſe. D. confirmauit hanc dubitationem &.d. ſi igitur habent demonſtrationem &c.i. ſi habent demonſtrationem neceſſe eſt vt ha- 4

beant genus subiectum de quo considerat ars considerans in eis: & vt quædã corũ sunt mani festiora quibusdã.s.vt in eis sint aliqua nota p se: & alia declarãda per illa nota. D.d. impossibile est enim vt oĩa habeãt demonstrationẽ &c.i.sed necesse est vt demonstratio sit a quibusdã: & ad quædã: aut ad vnũ eorũ ad minus. Ista enim demonstratio est ex prin cipijs notis per se secundũ quod dictum in sua diffinitiõe quod syllo gismus est compositus ex propositionibus necessarijs. D.d. manife stum est igitur q accidit &c.id est quomodo erit hoc: & manifestum est quod necesse est vt sit genus subiectum omniũ habentiũ demonstratio nem: & vt demonstratio in illo genere habeat principia nota per se: & alia nõ nota quæ demonstranť ab illis principijs: sed in primis propositionibus non accidit hoc.s.vt quædã sint manifeste per se: & quædam non: sed si in hoc est vnde fuit acquisita scientia earũ. D.d.& etiam si scientia substantiæ &c.i.& si scientia principiorũ substantiæ est alia a sciẽtia principiorũ scientiarũ: quæ igiť sciẽtia istarũ duarũ est prior alia & oĩbus sciẽtijs nobilitate: & quæ sciẽtia est primo naturaliter & nota per se. Existimať enim qđ vniuersales ꝓpositiões sunt huiusmodi cũ sint

Pria expõ. principia oĩm scientiarũ. D.d.si igiť istæ ꝓpositiões non sunt physicæ cuius sunt igiť.i.qm̃ si cõsideratio in istis primis propositiõib⁹ vniuersalibus nõ fuerit philosophi: non videtur esse alicuius oĩno: qđ est impossibile. Et in hoc loco accidit in translatiõe diminutio: & hoc quod diminuitur est perscrutatio de quæstiõe cõsequẽti quæstionẽ prędictã secundũ quod dinumerauit in principio istius tractatus vbi dixit: & si scientiæ est consideratio de substãtia vtrũ illa sciẽtia &c.i.licet dubitatio accidat in hac quæstiõe sic: qm̃ si sciẽtia substantiæ fuerit vna cõtinget vt oẽs substantiæ sint vnius generis. & si erunt omnes res generabiles & corruptibiles: quod est inopinabile. Existimatur enim qđ principia corruptibilium sunt incorruptibilia. & si sciẽtiæ substãtiæ sint plures: continget vt naturæ substantiarũ sint diuersæ: & si fuerint diuersæ: aut erunt consimiles: aut nomẽ substantiæ dicetur de eis æquiuoce.

Secũda expositio. Si igitur fuerint consimiles continget vt scientiæ substantiarũ sint species vnius scientiæ. Et si fuerint non consimiles: tunc hoc nomen substantia diceť æquiuocè pure: & si hoc fuerit tunc scientiæ substãtiarũ non reducuntur in vnã scientiã: quod est inopinabile. Et potest intelligi vtrũ via logicalis per quã cognoscẽtur substãtiæ sit vna.s. per diffinitiones: aut plures. Si vna: oportet dicere quæ est illa vna. & si plures: oportet dicere quæ sunt & quot: & hoc magis apparet secundũ intentionẽ: quia istã eadẽ perscrutatione perscrutatus est in libro de anima: & in posterioribus analecticis: & ista perscrutatio est logicalis: & propter hoc magis appropriatur huic scientiæ. D. post hoc induxit multas quæstiones quas nõ numerauit in capitulo quæstionum: & incepit dicere quæstionem cuius initium est diminutum in libro sic.

Rationes logice magis approprian tur huic sciẽtiæ q̃ alijs. Idẽ primo phys.cõ.35. Vtrum oĩm substãtiarũ sit vna sciẽtia.

Totaliter quæ substantiarum vtrũ vna omnium est, aut plu

E res sciẽtiæ. Si qđ ergo nõ vna cui⁹ substãtiæ ponẽda est sciẽtia ista. Vnã vero oĩm nõ est ratiõabile. Et enim demõstratiua vna de oĩb⁹ erit vtiq; p se accidẽtib⁹. Siquidẽ oĩs demõstratiua circa aliquod subiectũ speculať p se accidẽtia ex cõibus opiniõibus.

bus. Et circa idẽ igitur genus accidẽtia per ſe eiuſdẽ eſt ſpeculari ex eiuſdem opinionibus. Nam circa ipſum quia vnius, & ex quibus vnius: ſiue eiuſdem ſiue alius. Quare & accidentia ſiue hæ ſpeculabuntur: aut ex his vna.

Et omnia accidẽtia habẽt vnã ſciẽtiã ſciẽtiarũ demõſtrationis. Cũ omnis demõſtratio ex vniuerſalib⁹ ꝓpoſitionib⁹ notificat accidẽtia ſingularia in aliquo ſubiecto. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ ſciẽtia demõſtratiõis notificat ex ꝓpoſitiõibus vniuerſalibus accidẽtia ſingularia quæ accidũt vni generi. Quoniã ſi ſciẽtię eſt cognitio demõſtratiõis, & alteri⁹ ſciẽtię eſt cognitio ex qb⁹ reb⁹ eſt illud, & illa eſt aut ſciẽtia demõſtratiõis: aut alia. Manifeſtũ eſt ꝙ cognitio accidẽtiũ eſt aut ſciẽtia demonſtratiõis vniuerſalis: aut vnius modi modorũ demõſtrationis.

Et omnia &c. apparet mihi qd' iſta quæſtio eſt quæſtio dicẽs: vtrum ſciẽtia accidẽtium exiſtentiũ in vnoquoq; generũ entiũ eſt vnius ſciẽntiæ ſciẽtiarũ artium ſpeculatiuarũ aut pluriũ vna. D. d. omnia enim accidẽtia habẽt vnã ſcientiam &c. id eſt, & apparet qd' cognitio accidentiũ eſt vnius ſcientiæ nõ pluriũ, & eſt ſciẽtia conſiderans in genere in quo exiſtunt accidentia. Deinde dedit cauſam in hoc & d. cum omnis demõſtratio &c. id eſt, cũ omnis demõſtratio fit de accidentibus notificat accidentia ſingularia ex vniuerſalibus propoſitionibus quæ exiſtũt in re ſubiecta illis accidentibus. Deinde dicit manifeſtũ eſt igitur quod ſcientia demõſtrationis &c. id eſt, & cũ ita ſit manifeſtũ eſt quod ſcientia demõſtrationis non notificat ex propoſitionibus vniuerſalibus niſi accidẽtia ſingularia quæ accidũt vni generi, id eſt, ſciẽtia ergo accidentiũ eſt vnius ſcientiæ generũ ſcientiarũ. Deinde dicit, quoniã ſi ſciẽtiæ fuerit cognitio demonſtrationis &c. id eſt, & quædam demonſtratiões dant quia, & quædam propter quid. manifeſtũ eſt quod ſcientia accidẽtium: aut erit modorũ demonſtrationis vniuerſalis: aut vnius modi eorum. Cognitio igitur accidentium eſt vnius ſcientiæ. Et ex hoc ſermone accidit ſermo contradicens illi qui diminuitur in principio capituli, & eſt quod nos videmus quod quædam ſcientiæ dant de illis accidentibus vnius generis quia tantum, & quædam de illis accidentibus propter quid, & ſunt ſcientiæ quæ ſunt ſubalternantes & ſubalternatæ. 5

Verbi gratia, aſpectiua ad geometriam, & muſica ad arithmeticam. Si ergo ſermo fuerit acceptus in omni ſcientia & vniuerſaliter erit logicus, & ſi determinate erit verus.

Documẽtũ.

Idẽ primo poſte.

Amplius autẽ vtrũ circa ſubſtantias ſolũ eſt theorica: aut & circa ipſis accidentia. Dico autẽ vt ſi ſolidũ quædã ſubſtãtia eſt, & linea, & ſuperficies: vtrũ & eiuſdẽ ſcientiæ eſt ea cognoſcere & accidentia circa vnũquodq; genus de quibus mathematicæ oſtẽdunt aut alius. Nam ſi de demõſtratiua quædam eiuſdem erit & quæ eſt ſubſtantiæ. Nõ autem videtur eius quod eſt eſſe demonſtratio.

L

Vtrum hic ſciẽtia ſit ſolũ circa ſubſtantias. Ad partẽ negatiuam.

Si vero diuersæ: que erit speculans circa substantiam accidē tia. Hoc enim reddere est valde difficile.

Ad affirmatiuam.

Et etiam perscrutandum est vtrum scientiæ huius quæsitæ hic sit cōsideratio de substātijs tantū: aut est eius cōsideratio & de accidentibus cōtingentibus substātijs. Ver. gra. si corpus est aliqua substātia: & lineæ: & superficies. vtrū cognitio substantiarū & cognitio accidentiū quæ accidūt vnicuiq; generū que declarāt sciētiā mathematice sunt vnius scientiæ: aut cognitio accidētiū est scientia alterius à sciētia substātię, quoniā si cognitio eorū vnius scientie fuerit: tūc sciētia substātiarū etiam erit ex scientijs demonstrationis. Sed hoc existimamus quod sermo in quo dicitur quid est hoc habet demōstrationē aliquam. Et si scientia accidentium est alia à scientia substantiarum: Tunc expositio istius sermonis est valde difficilis.

6 Cum perscrutatus est vtrū cognitio substātiarū est vnus sciētię aut pluriū, & vtrū cognitio accidētiū est vnius aut pluriū: vult etiā perscrutari vtrū cognitio substātiarū & accidētium est vnius scientiæ scilicet sciētiæ in qua modo consideratur. Et.d. & etiā perscrutandū est &c. id est, si ista sciētia considerat de substantijs quæ opponuntur accidentibus vtrū cū consideratione de substantijs considerat etiam de accidentibus suis: aut sciētia substantiarū est alia a sciētia accidentiū. D. dedit exēplum sicut diximus si corpus est substantia &c. id est. Verbi gratia, si corpus & superficies & lineæ sint substantiæ vt quidā dicunt: vtrū cognitio istarū rerum & cognitio accidentium quæ accidunt vnicuiq; istorū generū in quib⁹ cōsiderāt sciētiæ mechanicę sunt vnius sciētię, id est, vnius artis: aut per vnam viam aut cognitio accidentiū istarū rerum est scientiæ alterius a scientia istarū rerum scilicet corporum & superficierum & linearum quas posuimus esse substantias. Deinde dicit dubitationem contingentem si posuerimus qđ cognitio eorum est vnius artis, & c.d. quoniā si cognitio eorū fuerit vnius sciētiæ &c. id est, sed si posuerimus qđ cognitio eorū est vnius artis tunc diffinitiones eorū cognoscuntur per demōstrationes simplices. Deinde dicit sed nos non existimamus &c. id est, sed existimamus qđ demonstratio non potest fieri de quiditate substantiarum scilicet de diffinitione earum, & sic

2 de quiditate accidentium. Et cum dedit dubitationē contingentē si posuerimus qđ scientia eorum est vna: dedit etiā inopinabile cōtingēs si posuerimus quod sciētia eorū sunt duæ &.d. & si scientia accidentiū &c. id est, qđ dicere quomodo differunt he duæ scientiæ valde est difficile scilicet dicere quod ars quæ considerat de substantia est alia ab ea quæ considerat de accidentibus.

M Vtrum sole subiectæ sensibiles inueniantur.

Amplius autē vtrum sensibiles substātiæ esse solæ sint dicendæ: aut præter eas aliæ. Et vtrum vnice: aut plura genera substantiarum sunt: vt dicentes species & intermedia circa quæ mathematicas dicunt esse scientias. Quomodo ergo dicimus species

ſpecies cauſaſq; & ſubſtãtias ſecundũ ſe dictũ eſt in prioribus de ipſis ſermonibus. Multis autem modis habentibus difficultatem nullo, minus abſurdum dicere quidem alias eſſe naturas præter eas quæ ſunt in cælo. Has autem eaſdem dicere ſenſibilibus: niſi quia hæc quidẽ ſempiterna: illa verò corruptibilia. Nam per ſe dicunt hominẽ eſſe & æquũ & ſanitatẽ. Aliud aũt nihil ſimile facientes deos eſſe dicentibus: & humanæ ſpeciei eſſe. Nihil enim aliud fecerunt illi quã homines ſempiternos. Nec hic ſpecies niſi ſenſibiles ſempiternas. Amplius autem ſi quis præter ſpecies & ſenſibilia intermedia ponat multas habebit dubitationes. Palam enim ſimiliter lineæ præter ipſas & ſenſibiles erunt: & vnũquodq; aliorũ generũ. Igitur quoniã aſtrologia harum vna eſt erit quoddam cælũ præter ſenſibile cælũ: & ſol & luna: & alia ſimiliter cœleſtia. Et quomodo his credere oportet. Neq; enim immobile rationabile eſſe. Mobile verò omnino. Similiter autem de quibus perſpectiua tractat & in mathematicis armonica. Et enim hoc impoſsibile præter ſenſibilia eſſe propter eaſdem cauſas. Nam ſi ſint ſenſibilia intermedia: & ſenſus: palam quia & animalia erũt intermedia ipſorum & corruptibilium.

Et etiam perſcrutandum eſt vtrum oportet dicere quod ſubſtantiæ ſenſibiles habeant eſſe tantum: aut aliæ ſubſtantiæ ſunt ab illis ſenſibilibus: & vtrum genus ſubſtãtiarum eſt vnũ, aut plura: ſicut illi dicunt quod illa quæ ſunt inter formas & ſenſibilia ſunt ſubſtantiæ: & quod ſcientiæ mathematicæ ſunt iſtæ ſubſtantię quæ ſunt inter formas & ſenſibilia. Nos autem diximus iam in ſermonibus quos dicimus de formis quomodo dicimus quod formæ ſunt ſubſtantiæ & cauſæ. Sermõibus autẽ iſtorum contingit inopinabilitas multis modis et maxime ſermonibus dicentium quod aliæ ſunt ſubſtantiæ à ſubſtãtĳs quę ſunt intra cælum: & quod illæ ſubſtantiæ ſunt ſicut ſubſtantiæ ſenſibiles: præterquã quod ille ſunt æternæ: hæ autem ſenſibiles ſunt et corruptibiles. Fingunt enim quod homo in illis ſubſtantĳs eſt ſicut homo ſenſibilis hic: & ſimiliter equus: & taurus. Sermo enim iſtorũ eſt ſimilis ſermoni fingentiũ deos eſſe, & quod formę eorũ ſunt ſicut formæ hominũ. Illi enim nihil dixerunt aliud quã quod homines ſunt æterni: & iſti etiã dixerũt. Et etiã ſi aliquis finxerit ſubſtãtias eſſe inter formas et ſubſtãtia ſenſibiles alias à formis ſenſibilibus contingunt ei quæ-

ſtiones multæ difficiles:quoniã ſi aliæ ſubſtãtiæ ſunt inter formas & ſenſibilia aliæ ab eis manifeſtũ eſt ꝙ ſic etiã erũt lineæ aliæ à lineis formarũ,& à lineis ſenſibilibus.Et ſimiliter vnũquodꝗ aliorũ generũ.Et ſi ſciẽtia ſtellarũ ẽ vna iſtarũ,rerũ:erit etiã aliud cælũ à cælo ſenſibili,& alius ſol,& alia luna, & ſic de alijs quæ ſunt in cælo ſenſibili.Sed quomodo oportet nos credere iſtis:nõ enim eſt rectũ vt illud cælũ quod fingũt ſit immobile,& etiã impoſsibile eſt omnino vt ſit mobile.Et ſimiliter de rebus quibus vtitur ars aſpectiua,& quibus vtitur muſica impoſsibile enim eſt vt iſte res ſint aliæ à rebus ſenſibilibus propter cauſas quas diximus:quoniã ſi ſint res ſenſibiles inter formas & res corporeas:manifeſtum eſt quod ſunt etiã ſenſus & animalia inter formas & res corporales.

Et etiã perſcrutandũ eſt vtrũ ſint ſubſtãtiæ abſtractæ aliæ a ſubſtantijs ſenſibilibus:aut nõ ſint niſi ſubſtãtiæ ſenſibiles tantũ.Et ſi ſubſtãtiæ aliæ a ſenſibilibus ſunt:vtrũ ſint vnũ genus:aut plura:ſicut dicunt quidã q̃ ſubſtãtiæ ſunt tres ſcilicet ſenſibiles & formæ & ea quę ſunt inter eas:de quibus dicũt qđ ſciẽtiæ cõſiderãt mathematicæ. Deinde dicit nos autẽ iam diximus &c.id eſt,nos autẽ locuti ſumus quomodo verũ eſt dicere formas eſſe.& quomodo ſunt cauſe aliorũ entium,& quomodo nõ,& hoc eſt in tractatibus ſubſtãtiæ iſtius libri. Deinde dicit ſermonibus autẽ iſtorũ contingunt &c.id eſt,dicẽtibus autẽ ſubſtantias abſtractas eſſe quæ ſunt formæ rerum cõtingunt multa inopinabilia,& maxime dicentibus qđ ille ſubſtãtiæ & iſte quæ ſunt hic ſunt eædem nomine & diffinitione,& qđ nõ differũt niſi quia ille ſunt æternæ,& iſte generabiles & corruptibiles.Ponũt enim qđ homo qui eſt in illis ſubſtãtijs abſtractis eſt ſicut homo qui eſt hic ſine aliqua differẽtia in nomine aut diffinitione. Deinde dicit ſermo igitur iſtorũ &c. id eſt,qđ dicentes formas eſſe ſimiles ſunt fingẽtibus deũ aut deos eſſe in formis hominũ:ſicut inueni in legibus mahumeti,& iſti enim conueniunt in hoc qđ ponũt homines æternos & generabiles & corruptibiles:cũ hoc qđ conueniunt in diffinitione & in nomine. Et cũ dedit inopinabilitatem contingentẽ dicentibus formas eſſe: incepit dare inopinabilitatẽ cõtingentẽ dicentibus formas medias eſſe inter ſenſibilia & formas abſtractas & dicit & etiã ſi aliquis finxerit &c. id eſt, quod ſermoni eius cõtingunt multæ quæſtiones quas nõ poteſt diſſoluere.

Contra legem mahumeti

D.d.quoniã ſi aliæ ſubſtãtiæ fuerint inter &c.id eſt, quoniã ſi formæ mediæ fuerint inter formas abſtractas & formas ſenſibiles:tũc corpus & ſuperficies & linea & alia ſubiectorũ habebũt mathematicorũ tres modos formarũ ſcilicet formas abſtractas & ſenſibiles, & formas medias inter abſtractas & ſenſibiles:erũt igitur tres modi corporum & tres modi ſuperficierũ,& tres modi linearũ,& ſimiliter de alijs generibus de quibus conſiderat mathematicus. Deinde incepit dicere alia inopinabilia contingentia huic poſitioni,&,d.ſi igitur ſcientia ſtellarum &c. id eſt,& ſi ita ſit & ſcientia ſtellarum eſt de mathematici, ſcien

N

Sciẽtia ſtellarum eſt cũ mathematicis ſcientijs

scientijs: tunc erit hic aliud cęlum a cęlo sensibili: & alia luna: & alius sol: & sic est de alijs stellis & orbibus. Et quia manifestum est per se quod iste sermo est falsus. D. sed quomodo oportet credere &c. id est quod sermo eorum esset credibilis si esset possibile vt celum quod fingunt abstractum esse immobile: & hoc non possunt dicere: quia ponunt celum abstractum conueniens cum hoc celo nomine & diffinitione: & abstractum non potest moueri. Deinde dicit & similiter dicimus de rebus &c. id est & talia inopinabilia contingunt eis in scientijs aspectiuis: & in scientijs musicæ scilicet in hoc quod ponunt radios esse & sonos alios a sensibilibus. Impossibile est enim vt istæ scientiæ considerent de alio aliquo nisi de istis sensibilibus. Deinde dicit & dedit maximum impossibile contingens in hoc: quoniã si fuerint res sensibiles inter formas &c. id est & hoc contingit eis: quia concedunt quod mathematici considerant de rebus sensibilibus: & ponũt quod istæ res sunt mediæ inter formas intellectas abstractas & formas sensibiles & generabiles & corruptibiles: vnde contingit eis sensibilia esse æterna alia a sensibilibus generabilibus & corruptibilibus: ergo contingit sensus esse alios ab istis sensibus: & vt sint æterni. Sẽsus enim est in capitulo relationis: & si sunt sensus æterni: sunt etiam animalia æterna: necessario etiam hæc inopinabilia contingunt istis.

idẽ. 12. met. 44.

Abstratum nõ põt moueri.

Abstratum nõ põt moueri.

Sẽsus est in ca. relationis. Vide. 5. met. cõmẽ. 20.

Dubitabit autem aliquis & circa quæ existentium quærere oportet has scientias. Nam si in hoc differt geometria a geodosia solum: quia hæc quidem horum est quæ sentimus: illa vero non sensibilium. Palam quia & præter medicinalem & alia erit scientia: & præter vnamquamque aliarum inter ipsam medicinalem & hanc medicinalem. Sed quomodo hoc possibile. Et enim salubria quædam vtique erunt præter sensibilia & ipsum etiam sanum. Similiter autem nec hoc verum: quia geodosia sensibilium est magnitudinem & corruptibilium: Corrupta enim esset vtique corruptis. At vero nec sensibilium erit magnitudinum: nec circa cælum hæc astrologia. Nec enim sensibiles lineæ tales sunt quales dicit geometer. Nihil enim rectum sensibilium ita nec rotundum. Tangit enim regulam non secundum punctum circulus: sed vt Pythagoras ait geometras redarguens. Nec motus nec reuolutiones cæli similes de quibus astrologia facit sermones: nec astris puncta naturam habent eandem.

Et rectũ est quod aliquis quærat quęstionẽ difficilẽ & dicat in quibus oportet quærere istas sciẽtias. Quoniam cum fuerit differẽtia inter geometriã & medicinã quod vna earũ est scientia media rerum sensibiliũ: & alia insensibiliũ: manifestũ erit qđ erit alia ars medicinę ab arte medicinæ sensibili: & erit alia medicina inter medicinã quæ est in formis: & hãc medicinam sensibilem.

sensibilem. Et similiter de vnaquaq; aliarum scientiarum. Sed quomodo pōt esse hoc: quoniā si possibile fuerit vt medicina alia sit a medicina sensibili:& vt sit etiā agens sanitatem aliud ab agente sensibili. Necesse est vt sint res recipientes sanitatem aliæ a rebus sensibilibus:& vt sit etiam aliud principiū a principio sensibili. Et cū hoc dicimus quod sermo dicentiū q̃d medicina est scientia eorum corporum sensibilium corruptibiliū nō est verus. Quoniā si ita esset:tūc corrūperent p̄ corruptionē corruptibilium. Neq; enim sciētia stellarū & cęli istius est corporum sensibilium. Non enim sunt lineæ sensibiles sicut dispo nit geometer. Nulla enim res rerum sensibiliū est linea recta aut rotunda: sicut dicit geometer. Circulus enim non tangit mensuram per punctum:sed per lineam: sicut dixit Pythagoras in sua redargutione contra geometras. Neq; motus celi & circulus eius sunt sicut disponit scientia stellarum. Neq; conueniunt puncta cum stellis in natura.

1 Et rectum est &c. in hoc cap. inducit rationes cōtrarias in hac quæstione dicente q̄ mathematici considerant de natura media. Et.d. in quibus rebus oportet quærere &c.i. perscrutandum est quæ sunt subiecta istarum scientiarum de quibus considerant mathematici. Secundum enim sermonem dicentium quod considerant de natura media: apparet quod necesse est vt cōsideratio de eodem sit in diuersis subiectis.
D.d. quoniā si differētia inter geometriam &c. id est quoniam & cū fuerit positum quod differentia inter scientiam considerantē de rebus sensibilibus:& inter considerantem in istis rebus mathematicis est q̃d considerans in mathematicis in istis rebus considerat de natura media inter sensibilia & formas:continget necessario vt consideratio ne omni sensibili sit duplex scilicet consideratio in natura sensibilis secundum quod est sensibile:& consideratio in natura medij inter formas & sensibilia. Omne igitur sensibile habebit duas naturas scilicet naturā sensibilem & naturam mediam:& sic erit ars medicinæ alia a medicina sensibili. Deinde dixit sed quomodo pōt hoc esse &c. id est & contingit huic positioni scilicet si fuerit hæc medicina sensibilis alia ab ista medicina vt sint hæ medicinæ recipientes sanitatem aliæ ab istis medicinis sensibilibus:& vt sit hoc agens sanitatem aliud ab agente sensibili.
2 Et cum induxit inopinabilia contingentia huic opinioni: incepit etiam inducere rationes mouentes eos ad dicendum naturam mediam esse:&.d.& cum hoc dicimus etiam quod sermo dicentium &c. id est si cum hoc inuenimus etiam quasdam ratiōes ex quibus pendent dicentes naturas medias esse. Verbi gratia, quoniam si scientia mathematicorum considerat de rebus sensibilibus generabilibus & corruptibilib9: tunc sciētia eorū corrumpetur cum corruptione illarū rerū sensibiliū. sed nos videmus scientiā permanere & non transmutari cum hoc quod est in rebus sensibilibus:ergo necesse est vt sit rerum non transmutabilium.

lium. Deinde dixit, neq; etiam ſcientia &c. id eſt neq; etiam ſcientia formarum orbium & motuum ſtellarum eſt iſtorum corporum ſenſibilium. Circuli enim quibus vtitur aſtrologus & lineæ non ſunt lineæ ſenſibiles: remanet igitur aut vt illi circuli de quibus conſiderat aſtrologus ſint ficti: aut falſi aut habeant eſſe aliud ab eſſe rerum ſenſibilium.

Deinde dixit: ſicut ponit geometer &c. id eſt & exiſtimabitur quod ſubiectum de quo conſiderat mathematicus nõ eſt rerum ſenſibilium. quoniã illud quod demonſtratur in ſcientia mathematicorum non eſt verum in rebus ſenſibilibus. Verbi gratia quod linea recta non inuenit in ſenſibilibus ſecundũ quod ponit mathematicus. Geometer enim demõſtrat quod linea recta tangit circulum in puncto: ſed linea ſenſibilis non tangit circulum ſenſibilem niſi in linea. Et ſimiliter ponit quod ſphera tangit ſuperficies in puncto: ſed ſphera ſenſibilis nõ tangit ſupficiẽ ſenſibilẽ niſi in ſupficie: & ideo Pythagoras ſophiſta redarguebat Geometras: & dixit quod ſciẽtia eorum eſt falſa propter hoc quod accidit eis. Remanet igitur alterum duorum: aut enim iſtæ ſciẽtiæ ſunt falſæ: aut ſubiecta earum ſunt res inſenſibiles. Deinde dixit neque motus celi &c. id eſt & affirmat opinionem dicentium ſubiectũ ſcientiarum mathematicarum eſt aliud a reb⁹ ſenſibilibus: hoc eſt quod motus cęli & circuli eius non conueniunt cum motibus quos ponit aſtrologus loco iſtorum: neq; naturæ ſtellarum ſunt naturæ punctorũ: quæ Aſtrologus ponit loco ſtellarum.

O Geometer demonſtrat quod linea recta tangit circulum in puncto: ſed linea ſenſibilis nõ tangit circulũ ſenſibilẽ niſi in linea. Cõſi'e prio celi. cõ. 32. Et. 5. phyſi. cõſi. 39. Et infra de aĩa tex. cõ. 13.

Sunt autẽ & aliqui qui dicunt eſſe quidem intermedia hæc inter ſpecies & ſenſibilia: non tamẽ ſine ſenſibilibus: ſed in his quibus accidentia impoſsibilia omnia quidem pluris eſt orationis pertranſire. Sufficit autem & talia ſpeculari. Non enim in talibus congruum eſt habere ſic ſolum: ſed palam quia & ſpecies contingit in ſenſibilibus eſſe: eiuſdem enim rationis vtraq; hęc ſunt. amplius autem duo ſolida in eodem neceſſe eſt eſſe loco: & non eſſe immobilia in motis exiſtentia ſenſibilibus. Totaliter autem cuius cauſa quis ponet vtiq; eſſe quidem ipſa eſſe autem in ſenſibilibus. Eadem enim contingent inconuenientia eis quæ prædicta ſunt. Erit enim aliquod celum præter celum: tamen non extra: ſed in eodem loco: quod magis eſt impoſsibile. De his ergo dubitatio multa quomodo oportet poſitum habere veritatem. Et fingunt quidã quod iſta quæ dicuntur eſſe inter formas & ſenſibilia habent eſſe: ſed nõ ſunt ſeparata a ſenſibilibus: immo ſunt in ſenſibilibus. Cum igitur voluerimus numerate omnia impoſsibilia contingentia ſermonibus illorũ indigebimus multis ſermonibus. Sed contenti ſumus in hoc quod diximus. Nõ enim eſt neceſſe vt iſta media ſint in ſenſibilibus tantum: ſed manifeſtum eſt quod ſi fuerit poſsibile vt iſta media ſint in ſenſibilibus: poſsibile etiam

erit

erit vt formæ sint in sensibilibus. Sermo eñ de formis & mediis est idem. Et etiam si ita sit continget duo corpora esse in eodẽ loco: aut vt sint media immobilia in sensibilibus mobilib⁹: Et dicimus vniuersaliter propter quam causam fingit aliquis hæc media esse: & esse in sensibilibus. Et cum hoc quod dixim⁹ quod contingit sermonibus istorum: accidit etiam eis aliud impossibile. s. vt cælum sit aliud ab hoc cælo: nõ separatum ab eo sed cum eo in eodem loco. & hoc difficile potest esse magis eo quod diximus. Ista igitur sunt valde difficilia in comprehendendo veritates eorum.

9 Et fingunt quidam &c. i. quidam fingunt formas medias esse non abstractas: sicut prædicta secta dicebat formas medias esse non abstractas sed existentes in sensibilibus. Deinde. d. sed si voluerimus &c. idest sed si voluerimus dicere omnia impossibilia contingentia istis prolongabitur sermo: sed contenti erimus in hoc quod sufficit in destructione eorum. D. d. non est enim necesse vt hæc media &c. idest & primum impossibilium contingentium est quod si fuerit possibile vt formæ mediæ sint in sensibilibus: non solummodo erit necesse vt iste sole sint in sensibilibus: sed etiam vt formæ sint in sensibilib⁹ vtræq; enim sunt eternæ nõ generabiles: neq; corruptibiles: & sermo de his est idẽ. D. d. & etiam si ita fuerit continget vt duo corpora &c. idest corpus sensibile & corpus medium sint in eodem loco. D. d. & vt sint media: & contingit ex positione mediarum formarum in materijs vt immobilia sint in rebus mobilibus: quod est valde inopinabile. Et contingit hoc: quoniã illud quod est abstractum est immobile. Et. d. d. & dicimus vniuersaliter &c. idest & etiam dicens hunc sermonem non potest inuenire causam per quam fingat formas medias esse: & quod debet esse in corporibus sensibilib⁹: ponere enim eas transmutabiles contradicit positioni earum in re transmutabili. Deinde. d. & cum hoc quod diximus &c. idest quod continget dicentibus hoc vt duo cæli sint insimul in eodem loco. &. d. quod diffi cili⁹ potest esse quã prædicta: innuit enim impossibilia contingentia dicentibus illas formas esse abstractas & non in sensibilibus. Deinde. & istæ igitur res sunt valde difficiles: & intendit istam quæstionem & alias.

Et de principijs vtrum oportet genera elementa: & principia suscipere. Aut magis ex quibus cum insimul est vnumquodque primis: vt vocis principia & elementa videntur esse ea ex quibus componuntur voces omnes primis: sed non communc vox. Et diagramatum ea dicimus elementa quorum demonstrationes insunt in aliorum demonstrationibus: aut omnium aut plurimorum. Amplius autem corporum qui dicunt esse plura elementa & qui vnum: ex quibus componuntur & constant principia esse dicunt: vt Empe. ignem: & aquam: & quæ cum his: hæc elementa dicit

Genera principia sunt specierum.

dicit esse ex quib⁹ sunt entia inexistentibus. Sed non vt genera dicit ea eorum quę sunt. Et adhuc autem & aliorũ si quis vult naturam speculari, vt lectus ex quibus partibus est, & quomodo compositus tunc cognoscet eius naturam. Ex quibus quidẽ igitur rationibus non vtiq; erunt principia genera existentiũ hęc sunt. Inquãtum enim cognoscimus vnũquodq; per diffinitiones: principia aũt diffinitionũ sunt ipsa gña: necesse & diffinitorũ principia genera eẽ. Et si est eorũ quę sunt accipere sciẽtiã, specierũ sciẽtiã accipere: secũdũ quas dicunẽ entia. Specierũ aũt principia genera sunt. Videnẽ aũt quidã dicentiũ elementa existentiũ vnũ: aut ens: aut magnũ: aut paruũ: vt generibus eis.

Diffinitio data per genus est alia a diffinitiõe data per materiã. Idẽ. j. huius com. 17. & q̃ ibi.

P Vtrũ gña et species sint magis principia.

At vero neque vtrobique possibile dicere principia. Ratio namque substantię est vna: diuersa vero erit quę est per genera diffinitio: & quę dicit ex quibus est inexistentibus. Adhuc aũt si quam maxime principia genera sunt: quę oportet existimare prima generum principia: aut vltima prędicta de indiuiduis. Et eñ hoc dubitationẽ habet. Nam si qua vñia sunt magis principia: palam quia suprema generum. Hęc namque dicuntur de omnibus. Tot ergo erunt entium principia quot genera prima. Quare erunt ens & vnum principia & substantiæ. Hæc namque de omnibus maxime dicuntur existentibus. Non est autẽ possibile genus existentiũ vnũ esse: neque vnum: neq; ens. Nam necesse differentias cuiuslibet generis eẽ: & vnã esse quãlibet. Impossibile aũt prædicari: aut species generis de proprijs differentijs: aut genus sine suis speciebus. Quare si est vnũ genus, aut ens: nulla differẽtia: nec vnũ: nec ens erit. At vero si nõ ens & vnũ gña: nec principia erũt si principia genera.

Q Ex hoc sumi solet genus per se non pdicari de differentia.

Et difficultas est etiam in cognitione principiorum. Perscrutandum est enim vtrum existimandum sit quod elemẽta principia sunt genera: aut sunt illa ex quibus fiunt omnia. Ver. gña, vtrum elementa vocis & principia eius sunt ista ex quibus cõponuntur omnes voces, aut sunt voces vniuersales. Et vtrũ elementa propositionum sint propositiones: quarum demonstratio habet esse cũ demonstratiõe aliarũ ꝓpositionũ: aut elemẽta eorum est demonstratio quæ est omnium propositionũ aut pluriũ. Et etiam qui dicũt. s. qui fingũt quod elemẽta sunt plura: & qui fingũt elemẽta esse vnũ. dicũt ꝙ principia corporum sunt ea ex qbus cõponuntur & cõstituunẽ: sicut dicit Empedo, Fingit eñ quod elemẽta sint aqua & ignis nõ vñia eorum. Et quod

quod compoſita ſunt ex eis. Sed non dicit quod iſta elementa ſunt ſicut genera entium. Et cum hoc ſi aliquis voluerit ſcire naturas rerum debet perſcrutari ex quibus componuntur. Verbi gratia, ſi aliquis voluerit ſcire naturam lecti perſcrutabitur ex quibus cõponitur lectus. Cũ igitur ſciuerit ex quibus partibus cõponit: & quo modo cõſtituitur: tunc ſciet naturã eius. Ex iſtis igitur ſermonibus declarabitur quod genera entium non ſunt principia. Si autem ſcimus omnia ex diffinitionibus: tũc neceſſe eſt vt genera ſint principia rerum diffinibilium. Et ſi poſsibile eſt vt entia cognoſcantur per formas per quas diſponuntur entia: & genera ſunt principia formarum: tunc genera erunt principia ſcientiæ entium. Et quidam eorum qui fingũt quod elementa entium ſunt vnum & ens: & magnum & paruum: faciunt ea quaſi genera. Sed impoſsibile eſt vt principia dicantur duobus modis. diffinitio enim ſubſtantiæ eſt eadem. Et ſi fuerit dictum quod principia ſunt duobus modis: contingit vt diffinitio quæ eſt ex generibus ſit alia à diffinitione quæ diffinit rem ex rebus ex quibus eſt: & ſunt in diffinitione eius. Et cum hoc dicamus quod ſi genera ſint principia cõſiderandũ eſt quę genera ſunt principia: vtrum prima: aut vltima qui numerantur numero. Habet enim dubium. Quoniam ſi vniuerſalia ſunt magis prima quam alia: manifeſtum eſt quod principia ſunt genera altiſsima. Hæc enim genera conueniunt, id eſt, vniuoce dicũtur de omnibus qui ſunt ſub eis. Numerus igitur principiorum entium erit ſecundum numerum primorum generum. Et erunt vnum & ens principia & ſubſtantiæ entiũ. Hæc enim in maiori parte dicuntur de omnibus entibus. Et impoſsibile eſt vt genus entium ſit vnum aut ens. Differentiæ vero omniũ generũ rerũ habent eſſe neceſſario. Et omnis differẽtiæ eſt vna numero. Impoſsibile eſt vt formæ prædicentur de genere: neq; de differentijs proprijs: neq; genus prædicatur niſi de formis quæ ſunt ei. Manifeſtum eſt igitur quod ſi vnum & ens ſunt genera: non neceſſe eſt vt aliqua differentia ſint vnum & ens. Sed ſi vnum & ens non fuerint genera non erunt principia: cum principia ſint genera.

Et in cognitione principiorũ &c. i. & in cognitione principiorum
10 eſt quæſtio difficilis. ſ. vtrũ principia & elemẽta rerũ ſint genera & vniuerſalia eorũ: aut ſunt cauſæ indiuiduales ex quib⁹ cõſtituũtur res particulares quæ ſunt in illis gñib⁹ nõ vl'ia gña illarũ cauſarũ. V.g. vt elementa dictionum ſunt literæ iudiuiduales. ſcilicet voces audibiles quę

dicunt

dicuntur literæ ex quibus constituuntur dictiones aut vox vniuersalis, & litera vniuersalis quæ est quasi genus istarum. D.d. & vtrum elementa propositionum &c. id est, & similiter queritur etiam vtrum principia propositionum sint propositiones particulares quibus vtuntur in vnaquaque demonstratione, aut demonstratio simpliciter vniuersalis quæ est ex propositionibus vniuersalibus. Deinde incepit dicere dicẽtes principia esse particularia, non vniuersalia &c. d. etiam qui fingunt &c. id est, quod antiqui fingentes elementa esse plura, & fingentes elementum etiam esse vnum: opinati sunt principia esse indiuidualia: & quibus constituuntur sensibilia vt Empe. qui fingit quod elemẽta compositorum sunt aqua & ignis, & aer, & terra. scilicet ista indiuidualia non vniuersalia eorum. Verbi gratia, corpus & quod omnia cõposita indiuidualia ex istis componuntur & per ea constituũtur: & nõ opinantur quod genera istorum aut vniuersalia eorum intellecta sunt elementa vniuersalia. Et hoc intendebat cum dicit. & non dicit quod ista elemẽta &c. i. sed nõ dicit ꝙ ista sunt elementa, sed ꝙ sunt quasi genus omnium generabilium. Et cum. d. istos dicentes quod principia sunt principia singularia non vniuersalia, incepit dicere etiam ratiões eorum, &. d. & cum hoc si aliquis voluerit &c. id est. & ratiocinando dicentium singularia esse principia non intellecta, & ꝙ si aliquis voluerit scire quid est lectus perscrutabitur de his de quibus componitur lectus. cum enim sciuerit ea ex quibus componitur, & quomdo componitur statim sciet naturam lecti. Deinde. d. ex istis ergo sermonibus 2
&c. i. ex istis igitur ratiocinationib⁹ & eis similibus apparet quod vniuersalia rerum non sunt principia earum. Deinde incepit etiam dicere ratiocinationes inducentes vniuersalia esse principia, &. d. si autem scimus omnia ex diffinitionibus &c. id est, & ista ratio est sufficiens etiam, quoniam cum fuerit positum ꝙ scientia rerum est per diffinitiones earũ, & fuerit positũ qđ diffinitiones sciuntur per genera, manifestum est ꝙ contingit ex hoc ꝙ scientia rerum fit per genera earum, & cum coniungetur ei ꝙ scientia rei est per principia eius cõcludetur ex hoc ꝙ genera rerum sunt principia. D. d. & ꝙ impossibile est vt entia &c. i. & iste sermo est manifestus. quoniam cum fuerit positũ quod entia cognoscũtur per suas formas per quas disponuntur secũdũ quid & fuerit positum ꝙ genera sunt principia istarum formarũ, cõcludetᷣ ꝙ entia cognoscũtur per sua genera. Et cũ cõiũgetur huic quod ea per que cognoscunᷣ res sunt principia earũ cõcludetᷣ qđ genera quæ sunt principia cognitionis nõ sunt principia essendi. D. d. & quidã eorũ qui fingũt &c. i. ꝙ dicentes genera faciunt ea quæ sunt eis, sicut vnum & ens, & magnum & paruum, vniuersaliter gña quæ dicunᷣ vniuoce esse principia. &. d. hoc videᷣ quia quidã istorũ non ponunt genera esse principia nisi ea quæ dicunᷣ vniuoce. D. d. sed impossibile est vt principia &c. i. & impossibile est congregare. i. facere conuenire istos sermones sibi cõtradicentes ita ꝙ principia inueniantᷣ duobus modis insimul. principia eñ sunt substãtiæ & substãtia est vna natura. Vniuersale aũt & indiuiduale sunt duæ naturæ, hoc eñ intellectum, hoc autem sensibile. D. d. & si dictũ fuit &c. i. & contingit vt diffinitiones principiorũ diuersificenᷣ, diffinitio enim principiorũ secũdum qđ principia

R pia sunt genera & vniuersalia, est alia diffinitione eorum secundum quod sunt partes rei diffinibilis. Et cum dedit dubitationes contingentes ponentibus principia esse aut non esse genera: incepit dicere etiã difficultatem contingentem in positione eorum essendi genera: &.d. & cum hoc si fuerint genera principia &c.id est, & cum hoc si concesserimus quod genera sunt principia nascetur hic locus perscrutationis & difficultatis, scilicet vtrum principia sint altissima genera, scilicet generalissima, aut vltima quæ diuiduntur in indiuidua, scilicet specialissima. Deinde dicit, habet enim dubium &c. id est, quoniam si principia generum sunt magis prima genera, necesse est vt genera generalissima sint principia, cum principia generum sunt genera generalissima. Ista enim genera prædicantur de omnibus quæ sunt sub eis vniuoce, id est, secundum quid. Deinde dicit. & erunt vnum & ens principia, id est, & contingit secundum hoc vt vnum & ens sint principia entium. Ista eñi sunt vniuersaliora generum quæ prædicantur de omnibus secundum conuenientiam. Deinde dicit, sed impossibile est vt genus entiũ &c. id est, sed impossibile est vnum & ens sint genera omnium rerum. Sunt enim genera altissima quorum neutrum collocatur sub altero, & vtrũque habet differentiam vnam propriam absque eo quod conueniunt in vnam naturam. Hoc nomen a igitur ens dictum de eis non notificat de eis vnam naturam cum naturæ eorum sint diuersæ. Deinde dicit & impossibile est vt genus prædicetur de formis &c. id est, & impossibile est vt aliquid prædicetur prædicatione generis de rebus habentibus formas diuersas quæ non communicant in vna forma numero, sed genus non prædicatur nisi de formis quæ cõmunicant numero. Deinde dicit, manifestum est igitur quod si vnum & ens &c. id est, quod si vnum & ens fuerunt genera vniuersalia decem prædicamentis, scilicet quod dicantur de eis vniuoce, necesse esset vt intellecta non haberent differentias quibus differrent abinuicem in omnibus suis naturis, adeo quod natura substantiæ & qualitatis sit eadem. Deinde dicit, sed si vnũ & ens non sunt genera &c. id est, & hoc etiam contingit eis si vnum & ens non fuerint genera &c. id est, sed continget istis si vnum & ens non fuerint genera quod vnum & ens non sint principia, ponũt enim quod principia sunt genera. & hoc etiam continget fingentibus quod principia sunt vnum & ens.

VTe & indiuiduale sunt duæ naturæ hoc intellectũ hoc autẽ sensibile.

a Hoc nomen ens dictũ de decẽ prædicamẽtis nõ notificat de eis vnam naturã: S cum naturæ eorũ sint diuersæ. Idem 10. met. c. 8. Idẽ. 12. met. 19. & 20. cõ. & 1. ph. 14. Et. 4. m. 2. & in prædicamentis.

Amplius autem intermedia & coaccepta cum differentijs erunt genera vsque ad indiuidua. Nunc autem hæc quidem videntur esse illa vero non videntur. Adhuc autem magis differẽtiæ sunt principia quã genera. Si autem & hæc principia: infinita vt ita dicatur erunt principia. Aliter & si quis primũ: genus principium ponat at vero & si magis principij speciẽ habens est vnum, vnum autem indiuisibile est. Indiuisibile vero omne, aut secũdum quantitatem, aut secundũ speciẽ. Prius aũt quod secũdũ speciẽ. Genera vero diuisibilia in spẽs. Magis vtiq; vnũ vltimũ erit prædicatũ. Nõ eñi est gen⁹ hõ aliquorũ hominum

T Omne indiuisibile aut est secundũ quãtitatem aut secundũ speciem.

hominũ. Amplius in quibus prius & posterius est:non est possibile in his aliqd esse præter ipsa. Vt si prima numerorũ est dualitas nõ erit numerus aliquis præter species numerorũ. Similiter autem nec figura aliqua præter species figurarum. Si autem nõ horum sola aliquorum erunt genera præter species. Horum enim maxime genera esse videntur. In indiuiduis vero non est hoc prius & illud posterius. Amplius vbi hoc quidem melius: illud vero vilius semper quidem est melius prius. Quare nec horũ erit vtiq₃ gen⁹. Ex his quidẽ igitur eo quæ de indiuiduis prædicantur magis quã genera: principia esse videntur. Iterum autem quomodo oportet hæc existimare principia non facile dicere. Principium enim & causam oportet esse: præter res quarum principium est: & possibile ab eis separatum esse. Tale vero aliquid præter singularia esse propter quod vtiq₃ aliquis suscipit: nisi quia vniuersaliter & de omnibus prædicatur. at vero si propter hoc. Magis vniuersalia magis ponenda sunt principia. Quare principia prima erunt genera.

V In indiuiduis non est hoc prius & illud posterius.

Et etiam perscrutandum est de eis quæ sciuntur cum differẽtijs: & sunt inter altissimũ genus & indiuidua vtrũ sint genera. Aut existimatur qđ quædã sunt genera: & quædam non. Et cũ hoc vtrũ differentiæ sunt magis primæ quã genera. Si eñ differẽtiæ fuerint principia: erũt principia secundũ hunc sermonẽ infinita. Et iste sermo non contingit dicentibus ꝙ principia sunt prima genera. Et etiã si vnũ est magis primũ quã aliud: & vnũ est indiuisibile. Et omne diuisibile diuiditur: aut secundũ quantitatem: aut secundum formam. Et quod diuiditur secundum quãtitatẽ est ante illud qđ secundũ formã diuidit. Et gña secũdum formã diuidunt. Et forma secũdũ quãtitatẽ. Erit igit vnũ prędicabile postremũ magis vnũ q̃ aliud. Homo eñ nõ est magis cuiuslibet hominũ. Et etiam dicamus ꝙ generibus rerũ habentiũ primũ & ante impossibile est vt sit aliud: nisi formæ illarũ rerũ. V.g. ꝙ si primus numerorum est dualitas: tunc numerus nihil aliud est quã formæ numerorũ. Et similiter nulla figura est nisi forma figurarum. Et si ita est, tunc genera nihil aliud erunt nisi formæ eorum. Existimabitur enim in maiori qđ genera sunt formæ. Indiuidua autem non sunt ante adinuicẽ. Et etiam ea quorũ quædã sunt nobiliora & quædam viliora semper nobilius est ante vilius. Manifestũ est igitur ꝙ genus non est primum secundũ hanc intentionem etiam. Immo declara-

tur nobis ex istis intétionib⁹ quod prædicabilia de indiuiduis sunt principia generũ. Et etiã dicamus quomodo oportet existimare quod istæ formæ sint principia. Iste em̃ sermo nõ est facilis. Primũ em̃ & causa debet esse aliud ab eis quorum est primũ & causa: & vt habeant essentiã quando fuerint separata à rebus. Sed quomodo potest aliquis existimare aliquod tale præter gen⁹ vniuersale prædicabile de omnib⁹. Si igitur rectũ est dicere quod vniuersalia sunt principia quia sunt vniuersalia: tũc necesse est vt principia sint ea quæ sunt magis vniuersalia quã formæ, Et secundũ hoc erũt principia genera prima.

n

X Cum induxit sermones probantes q̃ꝺ vniuersalia sunt principia: & contradicentes illis.s. q̃ꝺ particularia sunt principia: vult modo perscrutari de vniuersalibus quæ sunt inter generalissimum & indiuidua: vtrum sint genera aut non: cum illi qui ponunt vniuersalia esse principia: non ponunt esse ea nisi secundum quod sunt genera. Et.d. & etiã perscrutandum est &c. &.d. in istis medijs q̃ꝺ sunt illa quæ cognoscuntur cum differentijs: quia genus altissimũ est simplex: & illa media sunt composita ex genere superiori & ex differentia per quã diuiditur istud genus. Sunt igitur sicut.d. cognita cum differentijs. idest cum differentijs adiunctis cum eis: & perscrutatur vtrum omnia sint genera: aut quædam. Et dicit hoc quia species specialissima non est genus. Et incæpit in hac perscrutatione perscrutari vtrum differentiæ sunt magis principia quã genera: aut econuerso. Ista enim media componuntur ex generibus & differentijs. Si igitur differentiæ sint priores generibus tunc ista media erunt priora altissimo genere: & quanto genus fuerit magis compositum differentijs: tanto magis primũ erit. Si autem genus fuerit prius differentia erit econuerso: & dicit quoniam si differentiæ fuerint principia erunt secundũ hoc principia infinita. Et potest intelligi ꝙ non habebimus viam ad numerandũ principia: & sic erunt ignota apud nos: differentiæ enim licet non possint numerari a nobis: tamen non dubitamus eas esse finitas apud naturam. Et forte posuit ea infinita secundum quod est famosum scilicet. a sermo enim eius in hoc loco est secundũ probabilitatẽ hominũ. Et forte intelligi q̃ꝺ si fuerit positum ꝙ illud quod est magis particulare est magis principium quam vniuersale: continget vt formæ indiuiduorum sint principia & sic principia erunt infinita. Deinde dixit & iste sermo sequitur dicentes quod principia sunt genera: ita inuenitur in exemplari & fortẽ diminuitur ibi hæc particula non: & tunc sermo erit secundum suum manifestum. Et si exemplar est verum debet tunc legi sic: & istum sermonem sequuntur dicentes q̃ꝺ principia sunt genera: & sustentatur super hanc quæstionem: quoniam cum principia fuerint finita: & differẽtiæ fuerint infinitæ: & genera fuerint finita: continget ei necessario vt principia sint genera. D. induxit rationem dicentium quod differentiæ sunt magis principia quam prima genera: &. dicit & etiam si vnum est magis primũ &c. i. qa illud ꝙ diuidiť secundũ formã & est primum genus diuiditur in aliquid ꝙ est vnũ secũdũ formã & vnũ scd'm formã peruenit

Genus generalissimum est simplex: & gña subalterna sunt composita.

Drĩę rerum licet nõ possint numerari a nobis: tamẽ nõ dubitamus eas esse finitas apud naturam.

a Sermo Arist. in hoc loco est secundũ probabilitatẽ hominum.

peruenit diuisio in eo ad vnum secundū quātitatem: id eo illud quod est indiuisibile secundū quātitatem est magis vnum quā illud quod est in- diuisibile secundū formam. Et cum ita sit illud quod est minoris diuisi bilitatis est propinquius naturæ vnius: quod est causa multitudinis: ꝙ igitur est minoris diuisibilitatis est prius illo quod est pluris diuisibili tatis. Species igitur vltima est prior omnibus superioribus. Verbi gra- tia. homo qui diuiditur in homines indiuiduales: non species. Dein- de. d. & etiā dicamus ꝙ genera rerum habentium ante & post impossibi le est &c. i. quod genera priora suis differentijs non habent esse nisi in suis differentijs: & sunt formæ in quas diuiduntur. Verbi gratia: quod animal nō habet esse in actu nisi in suis speciebus in quas diuiditur: si- militer color non habet esse nisi in speciebus colorum: & numerus non habet esse nisi in primo numerorum, scilicet in dualitate: deinde in alijs speciebus numeri: & dualitas est prima forma formarum numerorum.

Y Genus non habet esse nisi in suis speciebus. Idē 7. metha. 43.

Deinde. d. & si ita sit impossibile est vt genera sint aliud nisi formæ suæ. i. quod genera nō habent esse nisi cum formis. D. d. indiuidua autē nō sunt ante adinuicem. i. quapropter continget eis vt essent in se adin- uicem: sed vnūquodque eorum est existens in actu per se non est in eis. po sterius quod constituatur per prius. D. induxit tertiam rationem: & d. & etiā ea quorum quædam sunt nobiliora &c. i. & etiam quia mani festum est quod nobilius est prius viliori: & species videtur nobilior esse genere: manifestum est quod species est prior genere: prius autem magis est principium quam posterius: & dixit hoc: quia species est per fectio generis. Manifestum est igitur ex hoc sermone quod genus non debet esse prius specie: immo apparet nobis ex hac intentione & prædi ctis quod vltima species debet esse prior: & hoc intendebat cum dixit, quod prædicabilia de indiuiduis sunt principia. idest vltimæ species.

Z Species est perfectio generis.

Et cum induxit rationem quod species est prior genere: etiam indu- cit rationem quod genus est prius specie. Et dixit, & etiā dicamus quo modo est existimandum & istæ formæ &c. i. sed potest aliquis dicere quomodo possumus dicere quod formæ specierum sunt digniores ad essendum principia quam genera. Principia enim debent esse alia ab eis quorum sunt principia: & vt sint habentes naturam separatam per se. Deinde dixit. sed quomodo potest aliquis existimare &c. i. sed quo modo potest aliquis existimare in istis quod principium est aliud ab eo cuius principium secundum diffinitionem primam: & non existima tur hoc in genere cum specie: idest species enim cum est principium nō existimatur esse aliud secundum diffinitionem ab eo cuius est princi- pium: primum igitur genus vniuersale prædicabile de omnibus est prin cipium. Deinde dixit: si igitur rectum est dicere &c. i. si igitur neces- se est vt vniuersalia sint magis principia secundum quod sunt vniuer- salia: necesse est vt formæ magis vniuersales sint magis principia quam illæ quæ sunt minus vniuersales: ergo genera sunt magis principia quā species: & secundum hoc continget vt prima genera sint principia: cū sint vniuersaliora omnibus.

A Principia debent esse alia ab eis quorū sunt principia.

Est autē habita his dubitatio & omnium difficilima: & ad considerandum maxime necessaria de qua oratio nunc existit.

Negatiue. Ex hoc sumitur ꝙ plu

ta vt vnum intelligi pos sunt. Affirmati ue.

Nam si nō est ali quid præter singularia:singularia vera infi nita:quomodo contingit accipere scientiam. Nā inquātum vnū aliquid & idē:& inquātum vniuersale aliquid est:intantū omnia cognoscim⁹. At verò si hoc est necesse:& oportet ali quid esse præter singularia:necesse vtiq; erit genera esse præter singularia:aut vltima:aut prima:hoc aūt qa impossibile: nup ostendimus dubitando. Amplius aūt si quā maxime est ali quid præter simul totū:quādo prædicatur aliquid de materia vtrū si est aliquid:præter omnia oportet aliquid esse:aut præter quædā esse:& præter quædā nō esse:aut præter nihil. Si qdē igit nihil est præter singularia:nihil vtiq; erit intellectuale:sed oīa sensibilia:& nullius sciētia:nisi quis dicat esse sciētiam sen suum. Amplius autē nec sempiternū est aliquid:nec immobile nā sensibilia oīa corrumpuntur & in motu sunt. At verò si sem piternū nihil est:nec generationē esse possibile est. Necesse est enim aliquid esse quod fit:& ex quo fit:& horū vltimū ingeni tum si statur:& ex nō ente generari impossibile. Amplius aūt cum sit generatio & motus finem esse necesse est. Motus enim nullus est infinitus:sed motiōis omnis est finis. Generari enim non possibile quod impossibile est factum esse. Quod autē est generatū necessariū est esse quando primum factum est. Am plius autē si materia est quia ingenita est: multo rationabilius est substantiā quando illa fit esse. Nam si hæc non erit:nec illa: nihil erit oīno. Sed si hoc est impossibile necesse est aliquid esse præter synolō. scilicet formam & speciem:sed si hoc iterū quis ponit dubitatio est in quibus hoc ponet:& in quibus nō. Nā quod in omnib⁹ nō possibile sit manifestum est. Nō enim vtique ponemus domum aliquam præter singulares domos.

B Vtrū vt se paratum sit cōpositū ex materia & forma.

C Vtrum vīa sint separa ta vel coniū cta &c.

In opposi tum.

Et sequitur hanc quæstionem difficilē alia difficilior omni bus quæ necessario est considerāda: & est ista:qm̄ si nihil aliud est q̄ particularia:& particularia sunt infinita: qūo est possibi le vt comprehendatur scientia infiniti? Scimus enim omnia per vniuersale vnum permanens in sua dispositione. Si igitur iste sermo est necessarius vt aliud sit à particularib⁹: necesse est vt vltima gnā & prima sint alia à particularib⁹:& iā diximus q̄ hoc est impossibile. Et etiā quando oportet affirmare aliqd vniuersale aliud ab omnibus particularib⁹. Dicamus igit quan do aliquid dicetur de materia:vtrum illud sit aliud ab omni bus particularibus:aut est aliud à quibusdam:aut non est aliud

a quibusdā:

à quibuſdã: aut nõ eſt aliud ab aliquo eorũ. Quoniã ſi non fue rit aliud à particularib⁹ nihil erit intelligibile: ſed omnia erũt ſenſibilia, & impoſsibile erit vt aliquid ſciatur per ſcientiã niſi aliquis fingat ꝙ ſenſus eſt ſciẽtia. Et etiã erit impoſsibile aliquid eſſe æternũ, & immobile. Omnia enĩ ſenſibilia ſunt corruptibilia. Sed ſi nihil fuerit æternũ & immobile: impoſsibile eſt generationẽ eſſe: neceſſe enim erit generationẽ eſſe: vt ex quo fit generatio, & vt primũ iſtorũ ſit ingenerabile ſi ceſſent. Et eſt impoſsibile vt aliquid ſit ex nihilo: quoniã ſi generatio eſt: neceſſe eſt vt motus habeat finẽ. Nullus enim motus eſt infinitus: ſed omnis motus habet finẽ & complementũ. Et impoſſibile eſt vt ſit illud quod impoſsibile eſt vt fiat. Illud autẽ ꝙ fit eſt poſsibile in primo quod fit neceſſario. Et etiã ſi res vniuerſalis eſt materia quia nõ generatur neceſſe eſt vt ſubſtãtia ſit magis prima quã materia: quoniã ſi vniuerſale nõ eſt materia neqꝫ ſubſtãtia comprehẽſibilis nihil erit omnino. Si igitur hoc nõ fuerit erit vniuerſale ꝙ eſt aliud ab illis particularibus forma & figura neceſſario. Si igitur finxerit aliquis hoc: continget ei aliquod inopinabile. Non enim poteſt dicere ꝙ hoc eſt poſsibile in omnibus rebus: ſed in quibuſdã eſſe: in quibuſdã non. Manifeſtum eſt igitur quod impoſsibile eſt hoc eſſe in omnibus rebus. Nõ enim dicimus quod domus ſit aliud à domibus ſingularibus.

Intendit in hoc cap. inducere ſermones probãtes ſuperficietenus qđ vniuerſalia ſunt exiſtentia per ſe quæ mouerunt Platonem ad dicendũ formas eſſe. Et d. quoniam ſi nihil fuerit aliud a rebus particularibus &c. Et iſte ſermo manifeſtus eſt, & abbreuiatio eius eſt quod ſi nõ fuerint hæc vniuerſalia non tranſmutabilia: neqꝫ corruptibilia quæ determinent particularia non erit ſcientia neceſſaria alio modo: neque ſcientia determinans continens ſcitum omnium: quoniam particularia ſunt infinita, & infinita ſunt indeterminabilia, & ideo ſcientia nõ erit determinans: ſicut etiam neqꝫ neceſſaria: quia particularia ſunt infinita: & ſemper in tranſmutatione. Deinde dicit: ſcimus enim omnia &c. id eſt, quoniã manifeſtum eſt quod nos ſcimus omnia particularia per vnum vniuerſale tranſmutabile determinans eſt. Si igitur vniuerſale nõ fuerit: tunc ſcientia erit falſa. Et hoc intendebat cum d. ſi igitur iſte ſermo &c. id eſt, ſi igitur fuerit neceſſarium hoc quod diximus quod in ſcientia particularium neceſſarium eſt vnum quod eſt vniuerſale intranſmutabile: neceſſe vt extra animam ſit aliud quid a rebus particularibus. Deinde dicit neceſſe eſt igitur &c. id eſt, & cum fuerit neceſſarium aliquid eſſe aliud a particularibus qđ eſt cauſa ſciẽtię, & vniuerſale eſt huiuſmodi: neceſſe eſt prima genera & vltimæ ſpecies & quę ſunt inter ea ſint exiſtẽtia extra aĩam alia a rebus particularibus, & vt prin- 12 D

Non est dubium vniuersale esse sed est dubium quid sit natura ipsius.

cipia earũ sint prima genera:sed iã diximꝰ prius impossibilia cõtingentia positiõi vniuersaliũ abstractorũ. D.d.& etiã qñ oportet affirmare vniuersale esse:quia esse vniuersale nõ habet dubiũ:qm dubiũ nõ est nisi de natura eiꝰ quid ipa sit.D.d.dicamꝰ igit qñ aliquid dicet &c.id est dicamꝰ igit qđ manifestũ est qđ vnũ quid prædicat de materia particulariũ.Cũ igitur aliquid fuerit prædicatũ de rebus particulariũ materialiũ vtrũ illud quid est aliud ab omnibus particularibus de quibus prædicatur:aut est aliud a quibusdã:aut non est aliud a quibusdam:aut est omnia eorũ.Si posuerimus quod nihil est aliud a particularibus: nihil erit scitũ omnino nisi aliquis vocet cõprehensionem sensus scientiã,& etiam cõtingit vniuersaliter expositione qđ nihil aliud est quã particularia sensibilia vt nihil sit æternũ & immobile:quoniã omnia sensibilia sunt corruptibilia. Deinde dedit impossibile cõtingens si æternum & immobile nõ est,& dixit:sed si nihil fuerit æternũ & immobile non erit generatio quoniã si generatio est semper necesse est vt sit aliquid quod agat generationem primo,& quod sit ingenerabile, & aliquid ex quo fit primo generatio:quod est etiã nõ generabile.Deinde dicit & vt sint principia istorũ &c.id est,necesse est enim vt principia generationis nõ sint generabilia:cũ nihil fiat ex nihilo neq in infinitũ. Et cum ita sit necesse est vt generatio cesset,& vt incipiat etiam a causa sine motore. Deinde dicit quoniã si generatio erit:necesse estvt motus habeat finem:quoniã si motus generationis fuerit infinitus nõ erit generatum,id est,non cõplebitur sua generatio.Deinde dicit & impossibile est vt sit illud qđ impossibile est vt fiat,id est,& signũ eius qđ impossibile est motũ rectũ infinitũ esse est:qđ iste motus impossibile[est] vt fiat scilicet vt cõpleatur,& illud cuius esse nõ cõpletur nõ incipit fieri:neq est possibile vt incipiat fieri. Et istud signũ dictũ est etiã ab eo in.6.physi.cũ dixit illic.Verbi gratia,quia impossibile est[] inueniri hominẽ in stadio,id est,impossibile est vt iste homo sit in generatione,& ista est dubitatio in cõtinuatione generationis, & iã soluit istã quæstionẽ in in physicis:vbi determinauit qđ est impossibile in motu reciprocabili secũdũ generationẽ:secũdũ qđ generabile fit ex corruptibili,& corruptibile ex generabili. Deinde dicit,& etiã si res vniuersalis est materia &c.id est,& etiã si vniuersale non trãsmutabile debet[esse] materia: quia vtrũq est ingenerabile:tũc forma est magis digna esse hoc:quia nõ generatur neq corrũpitur,& ens in actu,& materia in potentia. Deinde dicit quoniã si vniuersale nõ fuerit materia &c.& dixit hoc:quia vniuersale cũ est substãtia,& cũ nulla substãtia est præter hæc duo secũdũ famositatẽ:cõtinget qđ si vniuersale nõ fuerit aliquod istorũ qđ nõ erit aliquod entiũ. Deinde dicit si igitur nõ fuerit hoc &c.id est,si igitur vniuersale nõ fuerit materia:necesse est vt vniuersale qđ est aliud a particularibus sit forma & figura. Deinde dicit si aliquis finxerit hoc &c.id est.& si aliquid posuerit ipsum esse existens extra animã ita qđ substantia sit existens per se:contingent ei impossibilia.[Non enim potest ponere omnia vniuersalia esse talia:sed quædam, & innuit exceptionem vniuersalium rerum artificialium & vniuersalium accidentiũ:quæ nullus potest ponere substantias abstractas.Hoc enim non potest dici nisi in substãtijs rerũ naturaliũ.Nullus enim potest dicere domum esse vniuersa

Idẽ pri. physi.33.|&.34.

T.cõ.92.&97

Nullus potest [fingere vniuersale separatũ in artificialibus.

vniuersalem existentem extra animam artificis aliam a domibus parti/cularium, & literam vniuersalem esse aliam a literis particularibus.

Adhuc autem vtrum substãtia vna erit omniũ: vt hominũ. Sed inconueniens est:nõ eñi vnũ omnia quorũ substãtia vna: sed multa & differẽtia:sed & hoc extra rationẽ est. Simul autẽ & quomodo sit materia horũ vnũquodq; & est synolon ambo hæc.

Et cum hoc perscrutandum est:vtrũ substantia omnium hominum est vna aut nõ. Si enim dixerimus ꝙ substãtia eorum est vna:cõtinget inopinabile:quoniã omnia quorum substantia est vna sunt vnum. Et si dixerimus ꝙ substãtiæ eorũ diuersæ sunt:hoc etiam erit impossibile, Et cũ hoc quomodo potest esse vt materia sit in aliqua hora quælibet istarũ: cum omne sit vtrũq; scilicet materia & particularia. Vtrũ sit vna substantia omniũ existẽtiũ in vna specie.

13 Et perscrutandũ est etiã vtrũ substãtia omniũ entiũ est vna substãtia: aut plures. Si igitur vna auferẽ multitudo & erit ens vnũ: qđ est cõtra sensum. Et si substãtia entiũ fuerint plures nihil erit in specie omnino in quo cõmunicent duo:quod est impossibile. Et si dixerimus qđ nihil est vnum omnino quomodo est possibile:vt materia sit in aliqua hora eadẽ cũ omnibus particularibꝰ in quibus existit, & hoc est omne vtrũq; scilicet materia, & qđ recipit materiam. Et intẽdit si dixerimus qđ nihil est vnũ omnino:potest enim aliquis dicere qđ materia inuenitur distincta in aliqua hora ab indiuiduis quorum est materia.

E

Amplius autẽ de principijs & hic dubitabit aliquis. Nam si specie sunt vnũ nihil numero erit vnum:nec iterũ vnũ ipsum & ens. Et scire quomodo erit:si nõ aliquid erit vnũ in omnibus. At vero si vnũ numero, & vnũ quodlibet principiorũ, & nõ quẽadmodũ in sensibilibus alia aliorũ:vt in hac syllaba specie eadẽ existẽte, & principia specie eadẽ:etenim hæc sunt numero diuersa. Si autẽ nõ ita:sed quæ sunt existentiũ principia numero sunt vnũ:nõ erit præter elemẽta aliud quicquã. Nam numero vnũ aut singulare dicere nihil differt. Sic enim dicimus singulare numero vnũ:vniuersale vero ꝙ in his est. Sicut igitur si vocis elemẽta numero essent determinata: tot omnes literas esse necesse esset quot elemẽta:nõ existentibus quidem duobus eisdem:nec pluribus. Vtrũ principia rerũ sũt eadẽ numero.

Et querendũ est etiã quæstionẽ difficilẽ de principijs:quoniã si principia sint vnũ in forma:nihil est vnum in numero:neq; vnũ generabile. Et si ita sit & nullũ vnũ sit prædicatũ de omnibus rebus:quomodo est sciẽtia:aut cognitio Si aũt omnia principia sint vnũ in numero, & nõ fuerint principia quorũdã alia

a principijs quorūdā:ficut principia rerū fenfibiliū. V.g. ꝙ ifta litera & alia eft vna in forma, & principia earum funt vna in forma & diuerfa in numero. Si igitur principia entiū nō fuerint talia fed vnū numero: nō erit aliud ab elemētis. Nulla em̄ differētia eft inter dicere fermonē dicentē vnum in numero, & dicentē vnum particulare. Ab vno autē particulari nō nifi vnū particulare: quare nec ab vno numero nō nifi vnum numero. Dicimus enim in omni effe particulare in eo quod eft vnū in numero, & dicimus vniuerfale de illo ꝙ prædicatur de iftis particularibus. V.g. ꝙ fi elementa vocis effent terminata in numero: tunc omnes literæ effent fecūdū numerū elementorum: neqꝫ multiplicarentur: neqꝫ magis effent.

14 Et quærēdū &c. Ifta quæftio eft dicēs: vtrū principia fenfibilia funt omnia vnū in forma: aut vnum in numero. Et.d.qđ fi omnia fuerint vnū fecundū formā: nihil erit hoc fecundū numerū: neqꝫ vnū generabile erit vnū fecundū numerū: qđ eft valde inopinabile, & cū hoc nō fuerit vnū particulare nō erūt multa particularia, & fic nō erit vniuerfale, & fic nō erit fciētia: hoc igitur cōtingit fi principia fuerint vnū fecundū formā. D.d. fi autē principia &c. id eft, fi autē vnūquodqꝫ principiū rerū fenfibiliū fuerit vnū in numero, & nō fuerit quædā vnū fecūdū formā neqꝫ diuerfa fecūdū formā: ficut eft difpofitio in principijs rerū fenfibiliū, & in rebus ipfis fenfibilibus, & nō fuerit illic vnū fecundum formā omnino, & omnia principia fuerint vnū fecundū numerum nihil erit aliud ab ipfis elemētis, id eft, fi igitur principia entium non fuerint talia nihil erit aliud ab elemētis. D.d. caufam in hoc &.d. nulla enim eft differentia &c. id eft, & hoc neceffe eft: quoniā vnū numero fynonymū eft cū particulari, & cū ifta principia nō fuerint nifi particularia: nō erit vniuerfale oīno fcilicet forma, & cū ita fit nihil erit aliud a principijs cū pofuerimus quod nihil eft hoc aliud a particularibus: quoniā ex vno nō fit compofitū. Et quia aliquis poteft dicere quod principia funt vnū in numero tantum, & generata ex eis funt multa in numero: dedit inopinabile contingens ex hoc, & eft quoniā tunc generabilia effent fecundū numerū primorū principiorū & non magis: &.d. Verbi gratia, &c. id eft, quoniā fi elemēta vocis effent terminata in numero, id eft, particularia: tunc voces effent fecundū numerū eorum, & non generarentur a literis plus fuo numero.

Vnū numero fynonymū eft cum particulari.

Non enim minor dubitatio modernis & prioribus relinquitur. Vtrū eadem corruptibiliū & incorruptibiliū fint principia: aut diuerfa. Nam fi eadē fint quomodo hæc quidē incorruptibilia: illa vero corruptibilia & propter quam caufam.

Qui quidē igitur circa Hefiodū & oēs quicūqꝫ theologi folū ad i pios perfuafionē curauerunt: nos autem neglexerunt. Deos enim faciētes principia, & ex deis dicūt effe facta: quæ vero nō guftauerūt nectar & manna mortalia facta effe dicunt. Pa-

lam

lam ꝙ hæc omnia sibi nota dicentes equidē de allatione harū causarū super nos dixerunt. Nā si gratia voluptatis vt ipsi tangunt nō est causa existēdi nectar & māna. Si verò existēdi quō erūt sempiterni cibo egētes. Sed de fabulose sophisticātib⁹ nō est dignū cū studio intendere. A dicētibus verò per demōstratione oportet sciscitari: interrogātes quare ex eisdem existētia: hæc quidē sempiterna secundū naturā sunt: illa verò corrūpuntur existentiū. Quoniā aūt nec causam dicūt nec ratiōabile est sic habere palā ꝙ nec eadē principia nec causæ ipsorum erunt.

Hesiodi sol, lutio. Improba, tio. G Egens cibo non est sempiternum. De fabulose sophisticātibus nō est dignum cū studio intendere.

Etenim & Empedocli: quē maxime sibi consona sibi dicere quispiā ārbitrabit: idē sane cōtigisse videt. Ponit eñ principiū quoddā causam corruptiōis odiū. Videbit nihilomin⁹ & extra vnū hoc generare: nā oīa ex hoc alia sunt præter deū. dicit ergo ex quib⁹ oīa: & quæcūq; erāt: & quæcunq; erūt: & arbores pullulauerūt: & viri & fœminæ: bestiæq; & vultures: & aqua nutriti pisces: & dei lōgeui & præter hæc palā: quia si nō esset in rebus essent vnū oīa vt ait. Nā quādo conuenerunt tunc vltimū omniū stabat odiū. Propter quod & accidit ipsi felicissimum deū minus prudentē esse aliis. Nō eñ cognoscit elementa oīm: nā odiū nō habet. Notitia verò simili similis fiat. Terrā nāq; ait per terrā cognoscimus: & per aquā aquā: & per affectū affectū: & adhuc odium per odium triste. Sed vnde ratio hæc etiā palā: quia accidit ei odiū nō magis corruptiōis quā existendi causam esse: similiter autē nec amorē existēdi magis quā corruptiōis: colligēs eñ in vnū corrūpit alia. Similiter ipsi⁹ trāsmutatiōis causam nullā dicit: nisi qa sic aptū natum fuit Ait vtiq; magnū odiū in membris nutritū est: & ad honorē intendebat perfecto tempore qui mutabilis dissoluit sacramentum: quare necessarium ens trāsmutari causam verò necessitatis nullā ostēdit. attamen tantū solū dicit cōfesse. Nō enim existentium hæc quidem corruptibilia: illa verò incorruptibilia facit: sed omnia corruptibilia præter elementa. Dicta verò nunc hæc dubitatio est cur hæc quidem: illa verò non si ex eisdem sunt. Quod quidem vtique non erunt eadem principia tot dicta sunt. Si verò diuersa principia vna quidem dubitatio: vtrum & incorruptibilia hæc erunt: aut corruptibilia. Nam si corruptibilia manifestū quia necessarium & ea ex aliquibus esse. Omnia enim corrumpunt in ea ex quibus sunt. Quare contingit principiorum alia principia esse priora. Hoc aūt & impossibile: siue stet: aut

Empe. solutio.

H Ex hoc sumi solet deū inferiora cognoscere secūdū Arist.

I Ad partem negatiuam.

Omnia corrumpunt in ea ex quib⁹ sunt.

Idem. 1.ph. cō. 65. Et 3.phy.45.

aut infinitum vadat.amplius autē quomodo erunt ipsa corruptibilia si destruent principia:si vero incorruptibilia cur ex his quidē incorruptibilibus existentibus corruptibilia erunt:ex diuersis verò incorruptibilia.Hoc enim non rationabile est. Sed aut impossibile aut multa oratione eget.amplius autē nec conatus est aliquis diuersa dicere:sed eadē omnium principia oēs dicunt.Verum primum dubitatū cōcedunt tanquā hoc paruū aliquid accipiētes. Et nos dimisim⁹ perscrutari de quæstione non minus difficili prædictis.Et est vtrum principia corruptibilium sint principia incorruptibilium aut alia.Quoniam si principia incorruptibilium fuerint principia corruptibiliū: quomodo quædam erunt corruptibilia: & quædam incorruptibilia:& quare.Epicuri autem & omnes loquentes de rebus diuinis laborant ratiocinando vt sufficerent animæ suæ tantū: & non nobis.Ponunt enī principia esse deos:& ex deis: & finxerunt quod principia quæ non potauerunt de sublimatiōe:& nō gustauerunt de manna & nectare moriunt.Manifestum est igit quod ipsi dixerūt ista:& sunt nota apud eos.Sed hoc quod posuerunt de istis causis qm̄ gustāt & potant est extra ratiōes nostras.Quoniā si receptio eorum est propter voluptatē: tunc nec nectar,nec manna est causa alicuius permanentiæ.Et si illa receptio est vt essentiæ eorū remaneāt:quomodo erunt æterna & indigent cibo.Et ideo nō oportet perscrutari de sermonib⁹ eorū: quorū philosophia est similis picturæ.Sed debem⁹ perscrutari & quærere dicētes illud quod dixerūt secundū demōstrationē.Quare si principia rerū sunt cōuenietia accidit quod quædā sunt semper permanētia:& quædā corruptibilia:& nō est necesse vt ista sint:sic cum nō dabunt causam in hoc.Manifestum est igit quod principia entium non sunt conuenientia.Si igitur aliquis existimauerit se dicere aliquid in hoc: continget ei quod cōtingit Empedocli.Empe.enim finxit ꝙ lis est causa corruptionis:& principiū eius:& existimat quod ista lis generat:omnia præter deum facta sunt ab hac lite.Etenim fingit in suo sermone manifestum esse ꝙ ex lite est generatio oīm quæ fuerunt:& quæ sunt:& quæ erunt:& quod ex ea nascunt arbores viri.& mulieres:& pisces:quorū nutrimentum est in aqua: & dīj quorū vita est longissima.& alia.Et fingit quod si lis nō esset in rebus omnia essent vnum.Lis enim cum fuerit cum rebus disperget eas & nō dimittet quiescere.Cōtingit igitur ex

hoc

hoc sermone vt deus qui est perfect⁹ in forma:sit minoris sciẽtie quã aliud cũ nesciat omnia elementa:quia lis non est in eo: & simile cognoscit per simile. Verbi gratia.terra per terrã: & aqua per aquã:& amicitia per amicitiam:& lis per litem. Manifestũ ex quod accidit in suo sermone vt lis sit causa corruptionis:nõ causa generatiõis:& secundũ hũc modũ accidit vt amicitia non sit causa generationis: quoniã quando aliqua fuerint cõgregata in vnum corrumpentur alia. Et cum hoc Empedo. non narrauit quæ est causa transmutationis rerum. Sed finxit quod natura earũ est ita:& finxit quod cũ lis quæ est maxima fuerit intercisa in mẽbris:& admixta in eis:erit generãs in fine tẽporis illud quod trãsmutat:& trãsmutat res & abstrahit eas à termino. Et secundum hunc sermonẽ apparet ꝙ transmutentur res necessario: & non dat nobis causam huius necessitatis. Sed tantũ dicit hunc modum sermonis quasi esset manifestus Et nõ fingit quod quædã entia corrumpuntur & quædam nõ corrumpuntur:sed fingit quod omnia entia sunt corruptibilia præter elemẽta. Nostra autẽ pscrutatio & quæstio difficilis est quare quædã corrumpuntur:& quædã non:si sint ex eisdẽ principijs. Et hoc quod dixim⁹ sufficit in hoc ꝙ principia rerũ non sunt eadẽ. Si autem principia sunt diuersa:contingit etiã quæstio difficilis:vtrũ ista principia corrumpãtur: aut nõ. Manifestũ est em̃ quod si corrũpant̃ quod sunt ex alijs necessario. Oĩa em̃ corrupta vadunt ad ea ex quibus sunt. Et si accidit vt principia habeãt alia principia:quod est impossibile. Hoc em̃ procedit in infinitũ. Et etiã si principia corrumpuntnr & cõfundãtur:quomodo erit generatio rerum corruptibiliũ. Et si principia nõ corrumpunt̃:quomodo ex quibusdã principijs nõ corruptibilibus fiunt corruptibilia:& ex quibusdã incorruptibilia. Hoc enim non est rectũ:sed aut impossibile est hoc esse:aut indiget multo sermone ad confirmãdum hoc. Et dicamus quod nullus dixit quod principia sunt diuersa: sed omnes finxerunt quod principia omniũ sunt eadem:& voluerũt perscrutari de prædicta quæstiõe:vt illi qui perscrutati sunt de hac quæstiõe.

Et nos dimisimus &c. Ista quæstio fit ponendo esse aliqua æterna & aliqua corruptibilia: & vtraque habentia principia. Et dixit quoniam si principia rerum corruptibilium &c. id est si enim dixerimus quod principia rerum incorruptibilium & corruptibilium sunt eadẽ: quomodo ex eisdem principijs fiunt corruptibilia & incorruptibilia: & causa in æternitate & corruptione sunt principia. Deinde dixit. Epicuri autem & omnes loquentes in diuinis &c. & intendit per loquentes

quentes in diuinis loquentes sermonem extra intellectum hominis. & ideo.d.quod isti in sermone suo sufficiunt sibi non nobis: quia ipsi intelligunt per apologos aliquas intẽtiones per quas sunt cõtenti. D.d.po nunt enim principia deos & ex deis.i.ponunt enim principia eiusdem nature & faciunt ea diuina: & est natura rerũ in generabiliũ: & faciunt deos corruptibiles ex incorruptibilibus. D.d.causam eorũ in hoc & d.& fingunt qđ principia quæ nõ potãt &c.i.dicunt quod dij qui po tãt aquam de tali loco noto: & gustant de tali sunt immortales: & dij q nõ gustãt sunt mortales. D.d.manifestũ est igit̃ ꝙ isti dicũt ista &c. i.& dixim⁹ ꝙ solicitudo eorũ fuit vt sufficerẽt sibi qa dixerũt ista: & ipsi intelligunt intentiones quas ipsi apologizauerunt in hoc. D.d. sed hoc quod posuerunt de istis causis &c.i.& hoc qđ posuerũt de differentia inter corruptibile & incorruptibile: est extra intellectum hominis: quoniam si potant aquam de illo loco: & recipiunt cibum ab illo loco alio propter delectationem: tunc delectatio secundum quod est delectatio non est causa permanentiæ alicuius rei. D.d.quoniam si receptio &c.idest & si accipiunt potum ab illo loco & cibum ab alio vt moriantur: mirum est quomodo qui indiget cibo & potu remaneat in eternum. Cibus enim & potus nõ sunt necessarij nisi vt restaurent corruptum. Quomodo igitur remanet æternũ illud quod est innatum corrũpi. Et quia iste sermo non est dignus vt perscrutetur de eo in scientijs.d.& ideo non oportet perscrutari &c.D.d.sed oportet perscrutari &c.idest sed oportet quærere de hoc ab eis qui dicunt illud quod dicũt secundum demonstrationem scilicet quomodo omnia fiunt ex eisdem principijs in natura: & q̃dã sunt æterna & quædã corruptibilia: cũ causa pmanẽtiæ & nõ pmanẽtiæ nihil aliud sit nisi natura illius qđ est cã.

L Delectatio secundũ qđ est delectatio nõ ẽ causa pmanẽtiæ alicuius rei. Cib⁹ & potus nõ sunt necessarij nisi vt restaurent corruptum.

D.d.manifestum est igitur quod principia entium nõ sunt conueniẽtia.i.manifestum est igitur: quoniam cum principia rerum corruptibilium fuerint per suam naturam: & permanentia rerum æternarũ: sint etiã per suam naturam: & natura eorum non est nisi causæ ex quibus componuntur: manifestum est quod causæ generabilium & corruptibilium aliæ sunt a causis æternorum.

2 D.d.si igitur aliquis existimauerit se dicere &c.i.& ideo si aliquis voluerit dare rationẽ in hoc cõtinget ei quæstio similis cõtingẽti Emp. Emp.enim.d.in hoc qđ lis est causa corruptionis: & qđ amicitia est causa generationis: & quod entiũ q̃dã sunt facta ex quatuor elementis & lite & amicitia: & sunt gñabilia & corruptibilia: & q̃dã sunt facta ex q̃tuor elemẽtis & amicitia sine lite: & hoc est cælũ ꝙ est deus apud ipm. Et cũ narrauit sermonẽ Empe.induxit sermonẽ eius ne aliq̃s fingat ꝙ diminutus erat Arist.in illo: &.d.& fingit eñ in suo sermone esse manifestũ &c.i.eñ Emped.in hoc ꝙ ponit litem causam corruptionis cõtradicit sibi in hoc ꝙ ponit eã necessariam in gñatione omniũ gñabiliũ. D.induxit causam ꝑpter quã ponebat litẽ esse necessariã in oibus gñabilibus: &.d.& fingit ꝙ si lis nõ esset &c.i.& Emp.opinabat̃ qđ amicitia qñ dominat̃ facit entia esse vnũ: & ideo lis est necessaria in multiplicãdo & dispergẽdo & amicitia in adunãdo. D.dedit inopinabile cõtingẽs ex illis.&.d.accidit igit̃ ex hoc sermõe vt de⁹ &c.i.& cõtigit

2 Empe.i opiniõe vt de⁹ sit minoris ꝑcij & sciẽ alijs. Scla eñ apud ipm & alios

alios antiquos fit per simile. Dicũt eñ q̃ terra cognoscit̃ per terrã quæ est in nobis, & aqua p aquã, & amicitia per amicitiã, & lis per litẽ, sed in deo nõ est lis: ergo nõ cognoscit litẽ neq; qđ fit ex ea. ergo est minoris sciẽtiæ omnibus entib9. D.d. manifestũ est igit̃ qđ accidit ex suo sermone &c.i. cõtingit igitur ex sermone Empe. dicẽtis q̃ lis est causa corruptionis, vt lis fit causa corruptionis ita & amicitia. D. dedit causam ꝓpter quam accidit vt amicitia sit causa corruptionis, &.d. qm̃ cũ cõgregata fuerint aliqua in vnũ corrũpent̃ alia. D. dicit & cum hoc Empedo. nõ narrauit &c. id est, & cũ hoc qđ iste homo ponit causas mouẽtes tñ nõ potest dare nobis causas gñatiõis & corruptiõis. Quęritur eñ ab eo quare amicitia agit in aliqua hora & lis in alia. tũc enim cogetur ad dicẽdũ sermonẽ negãtiũ causam agẽtẽ. qui dicũt qđ natura entiũ quærit de necessitate generationẽ & corruptionem. D. induxit sermonẽ eius ex quo cõtingit hoc &c.d. & fingit qđ cũ lis maxima &c. id est, & iste sermo in rei veritate nullã causam dedit in gñatione. D. eñ q̃ cũ lis maxima imposita est in mẽbris animaliũ tũc mẽbra eius fuerũt gñata quia distinguit vnũ cõgregatũ, deinde in fine tpis veniens oĩa ad corruptionẽ ꝓpter litẽ. Secũdũ igit̃ hũc sermonẽ cõtingit vt res generent̃ p se & corrũpant̃ p se: & sic nihil ꝓdest ponere hanc causam mouẽtẽ in gñatione & corruptione, sed erũt sicut illi q nõ ponũt in generatione neq; in corruptione causam motorẽ oĩno, & sunt dicẽtes materiã. D.d. neq; narrauit quæ est causa huiusmodi necessitatis &c. i. & secũdũ hoc sermo ei9 erit impfectior sermone dicentiũ necessitatem esse. Illi eñ dicũt necessitatẽ, & dãt causam necessitatis & est materia. iste aũt nullã causam dedit, quasi causa necessitatis esset manifesta p se. D.d. & nõ fingit q̃ q̃dã entia nõ corrũpunt̃ &c.i. & nõ est opinio Empe. q̃ q̃dã entia sunt corruptibilia, & q̃dã nõ. sed opinat̃ q̃ oĩa corrũpunt̃ pter elemẽta, & de hoc q̃ qõ de qua loq̃bat̃ nõ accidit nisi ponẽtib9 duos modos entiũ. s. corruptibilẽ & incorruptibilẽ, & causæ eorũ sunt eædẽ. Et cũ declarauit q̃ ista qõ nõ cõtingit Empedocli nisi inquãtũ ponit principiũ primũ incorruptibile, q̃ in eo nõ est lis lõgo tpe, nõ incorruptibile simpl̃r, reuersus est ad qõnẽ p̃dictã &c.d. nr̃a aũt ꝑscrutatio &c.i. & cũ sermo æduxit nos a qõne intẽta ꝓpter hoc qđ accidit ex v̄bis cũ Empe. Reuertamur mõ ad qõnẽ nostrã. s. quare quæ dã entia sunt corruptibilia, & q̃dã nõ, cũ habeãt eadẽ principia, & qđ dixim9 de impossibilib9 cõtingẽtib9 huic positioni sufficit. D. incepit dicere impossibilia cõtingeutia sermoni cõtradicẽti. s. si principia fuerint diuersa &c.d. si aũt principia &c.i. & si posuerimus q̃ principia rerũ incorruptibiliũ sunt alia a principijs rerũ corruptibiliũ cõtinget nobis qõ difficilis, & est. Verũ principia corruptibiliũ sint corruptibilia aut incorruptibilia. Manifestũ est eñ q̃ si principia corruptibilium fuerint corruptibilia q̃ sunt ex alijs principijs necessario. Quoniã omne corruptũ dissoluitur in ea ex quib9 cõponit̃. Si igit̃ principia rerũ corruptibiliũ fuerint corruptibilia necessario habent principia, & accidit ex hoc impo ſe, & est q̃ principia habent principia & hoc ꝓcederet in infinitum & faciẽt entia infinita esse in actu essentialiter. D. d. etiã si principia nõ corrũpant̃ &c.i. & si principia rerũ corruptibilium sunt incorruptibilia sicut principia incorruptibiliũ, qua de causa fiunt a princi-

M

Omne corruptũ dissol uit̃ in ea ex quib9 cõponitur.

a principijs incorruptibilibus quædam incorruptibilia & quædã corruptibilia, hoc enim aut est impossibile, aut indiget maximo sermone in causam illius dandam, & quia.d.difficultatem contingentem positioni principiorum rerum corruptibilium & incorruptibilium esse diuersa.d.& etiã nullus dixit &c.id est, & propter apparentiam impossibilium contingentium propositioni principiorum diuersorum. scilicet incorruptibilium & corruptibilium ita quod quędam agant corruptionem & quædam permanentiam, ideo nullus antiquorũ dixit hoc esse, sed dixerunt quod principia omnium sunt eadem, & laborauerũt perscrutando de quæstione difficili quam diximus:& dixit hoc vilipẽdendo a dicentes duos deos esse:quorum vnus agit bonum:& alius malum.

a Vilipẽdẽdi sunt illi duo dij:quorũ vnus agit bonũ alius malum.

N Vtrũ vnũ et ens sint substantiæ.

Omnium autem difficillimum ad considerandum & ad cognoscendum veritatem maxime necessarium, vtrum vnum et ens substãtiæ entium sunt. Et vtrum ipsorum non alterum aliquid ens, hoc vnum quidẽ, hoc autem ens est. Aut oportet quærere quid est ipsum ens & vnum, quasi subiecta alia natura. Hi nãq; illo modo:illi hoc modo putant naturam se habere. Plato nãq; & Pythagorici non aliud aliquid ens, nec vnũ sed hoc ipsorũ naturã esse quasi existente substantia ipsum vnũ esse & ens aliquid. Alij vero de natura vt Empedocles vt ad notius reducens dicit quia vnum ens est, videbitur enim vtique dicere hoc amorem esse, causa namque est. Hæc omnibus vnum esse.

O Plato. Pythagorici. Empedo. Aliorum alia opinio.

Alij vero ignem, alij aerem dicunt esse vnum hoc & ens, ex quo entia esse & facta esse. Similiter autem et qui plura ponũt elementa. Necesse nãq; & his tot dicere ens & vnũ quot principia dicunt esse. Accidit aũt siquidem quis nõ ponit esse quãdam substantiã vnum & ens nec aliorũ esse vniuersaliũ nullũ: hæc nãq; vniuersalia sunt maxime omnium. Si vero nõ est aliquid vnũ ipsum:neque ipsum ens, nihil aliorum aliquid erit præter ea quę dicta sunt singularia. Amplius autem non existente vnius substantia, palam:quia nec numerus erit quasi natura alia ab existentibus separata. Numerus enim vnitas est. Vnitas vero quod vere vnum aliquid est. Si autem aliquid est ipsum vnum & ens, necesse est substãtiam ipsorum esse quod sit ens & ipsum vnum. Non enim aliquid aliud vniuersaliter prædicatur, sed hæc ipsa. At vero si erit aliquid ens ipsum et ipsum vnũ multa erit dubitatio, quomodo erit diuersum aliquid præter hoc. Dico autem quomodo erunt vno plura entia. Quod enim diuersum est ab ente non est. Quare secundũ Parmenidis rationem accidere est necesse vnũ omnia esse entia & hoc esse ens. Vtrobiq; vero difficile, siue nãq; nõ sit vnũ substãtia.

Rõ pro opinione Platonis & Pythagore.

Secũda rõ.

Ad oppositum quęstionis.

tia,siue sit ipsum vnum,substantiam esse numerum est impossibile. Siquidem igitur non sit,dictum est prius propter quid. Si autem fuerit eadē est dubitatio & de ente. Ex aliquo nāque & præter vnum erit ipsum aliquod,aliud vnum. Nihil enim esse est necesse. Omnia autem entia aut vnum sunt aut multa quorum est vnum vnumquodque. Amplius si indiuisibile est vnū ipm secundū zenonis dignitatē nihil vtique erit. Quod em̄ nec additū nec ablatū facit maius nec min⁹, nō ait hoc esse existētiū. Tanquā palā q existēte magnitudine ipso ente,& si magnitudo corporalis.hoc enim omnino ens. Alia vero aliqualiter quidē addita faciūt maius,aliqualiter,aūt nihil, vt superficies,& linea. Pūctū vero & vnitas nullatenus. Sed qm̄ hic speculat̄ onerose:& cōtingit esse indiuisibile,vt & sic ad illū aliqua habeat̄ rēspōsio,maius em̄ nō faciet,sed plus additū tale. Sed quō ex vno tali,aut pluribus erit magnitudo. Simile nāque est,& lineā ex pūctis esse dicere at vero & si quis ita putat factus sit,vt quidā dicūt,ex vno ipso,& alio nō vno aliquo numerus,nihil minus est quærēdū,quare,& quō,qn̄que quidē numerus,qn̄que aūt magnitudo erit quod factū est, si nō vnū inęqualitas & eadē natura erat. Nec em̄ quō ex vno & hac,nec quō ex numero aliquo,et hac fient vtique magnitudines palā.

Zenonis ratio.

Solutio da rationem zenonis.

Et nos videmus q difficilior istarum quæstionū & magis necessaria ad sciendū veritatē est vtrū ens & vnū sint substātiæ entiū,& vtrū nō attribuitur alij.sed hoc est ens,& hoc est vnū. aut oportet quærere quid est ens,& quid vnum tali quæstione quasi alia natura esset eis subiecta.quidam em̄ homines existimauerūt q natura eorū est talis,& quidā aliter. Plato vero & Pythagorici nō finxerūt ens & vnū esse aliud, sed finxerūt q natura eorū hæc est & substātia eorū,vt sint vnū,& ens. Naturalis aūt sicut Empe.attribuit vnū alij manifestiori,& fingit q vnū est ens,& forte dicit q illud vnū est amicitia. Fingit em̄ q amicitia est causa per quā oīa sunt vnū. Alij vero finxerūt hęc vnū & ens esse ignē,& alij aerē ex quo facta sunt oīa entiā, & etiā finxerūt dicētes elemēta esse plura.isti enim coacti sunt ad dicēdū q vnū & ens sunt plura secundum numerum principiorum quæ dicūt esse. Et si aliqs finxerit q vnum & ens nō sunt substantiæ rei alicuius,accidit vt nihil aliorum vl'ium sit substātia alicuius rei, vnum em̄ & ens sunt vniuersalia magis quā alia. Si autē vnum nō est existēs per se; similiter neque ens

est existẽs per se. Nullũ em̃ aliud est existẽs per se, nisi particularia. Et etiã si vnũ nõ sit substãtia, manifestum est ꝙ nõ est numerus abstractus a numeris, quasi aliqua natura separata ab entibus. Numerus enim est vnitas. Vnũ autẽ est aliquod per se existens solitarium. Si igitur aliquid est vnũ & ens necesse est vt sit substãtia. Quoniã de ens nõ dicetur aliqd vr̃e, sed illa dicentur de se. Nec est possibile vt aliqs dixerit quod vnum & ens sunt idẽ. Multæ em̃ sunt quæstiones difficiles cõtra illũ. Quarũ vna est quomõ est possibile vt aliquid aliud ab istis sit .s. quomodo est possibile vt gñationes sint plures vna. Gñatio em̃ nõ est nisi entis. Et ideo accidit vt entia sint vnum necessario sicut dixit Parmenides. & vt istud vnum sit ens. Secundum igitur quæcumque istorũ duorũ modorũ dicatur hoc difficile est & graue, qm̃ si dixerimus quod vnũ substãtia nõ est & si dixerim⁹ quod vnũ est aliquid existẽs per se, impossibile erit vt numerus sit substãtia, si vnum nõ fuerit substãtia. Si autẽ aliquis dixerit quod numuerus est substantia, in hoc quidẽ erit quæstio difficilis. Et est quæstio quærẽs de ente vtrum sit aliud ab vno aut est vnum, & necesse est vt ens oẽ non sit vnum, & necesse est etiã vt sit. Et qa oĩa aut sunt vnum, aut plura cõposita ex vnis. Et etiã si hoc vnũ est indiuisibile, erit secundũ hoc quod zeno opinabatur nihil esse oĩno. Fingit em̃ quod illud quod nõ augmẽtatur apud additionẽ neque diminuitur apud diminutionẽ nõ est entiũ. Manifestũ est igitur quod entia secũdũ figmentum eius sunt magnitudines. Si igitur entia sunt magnitudiues, sunt magnitudines corporales, qm̃ magnitudo corporalis est ens oĩb⁹ modis. Aliarũ aũt rerũ quædã sunt quæ qñ cõponuntur fit ex eis magnitudo, & quędã sunt quæ qñ cõponuntur nõ fit magnitudo secundũ qud diximus. Finxit em̃ quod superficies & linea & qñ cõponuntur faciũt magnitudinẽ, punctus autẽ & vnũ nõ faciunt magnitudinẽ. Quia igitur iste zeno errat in suo sermone & tenet opinionẽ tortuosam, & possibile est vt aliquid sit indiuisibile, oportet nos respõdere isti sermoni aliquãtulũ. Et dicamus qñ uni additur aliquid nõ maius erit sed plus, & ideo nõ erit magnitudo, qm̃ quomodo fit magnitudo ex tali uno, & ex pluribus quæ nõ sunt unum. Et dicẽs hoc similis est dicenti lineam componi ex punctis, & si aliquis existimauerit hoc esse, & ꝙ nume⁹ fit ex hoc uno, & ex alio quod nõ est unũ, sicut qdã dicũt. Quæratur ab eo quare hoc nõ est in numero in quibusdam generibus

numerus,

numerus: & in quibusdam magnitudo. si illud quod non est vnum: est æquale vni: & habeat eandem naturam. Non enim est manifestum quomodo numeri fiunt ex vno: & ex alio quod non est vnum: neque quomodo est possibile vt magnitudines sint ex aliquo numerorum: & ex hoc quod non est vnum.

Et nos videmus &c. vtrū ens & vnum &c. i. & ista quæstio est vtrum ens & vnū significēt substātias entiū: & vnumquodq; eorū quod significant non attribuit alicui alij entiū: ita φ subiectum eius φ significant hæc nomina vnū & ens nō sit aliud: aut significant de entibus aliqua cōstituta per aliqua alia. i. aliqua in subiecto. Et hoc intendebat cum. d. aut oportet quærere quid est ens &c. i. φ cum quæsiuerimus diffinitionem entis: & vnius diffiniemus illa secundū φ diffiniuntur res quæ constituūtur per aliā naturā. D. d. quidā enim existimāt &c. i. quidā ēm homines reputant vnū & ens significare naturas existentes per alia: & quidā existimant ea significare naturas existētes per se. D. d. Plato autē & Pythagorici &c. i. Plato & Pythagorici opinati non sunt qđ vnum & ens significent de entibus naturas compositas: sed fingunt φ vtrūq; eorū significet vnā intentionē. s. simplicem nō compositā. i. nō vnū cōpositum sicut significant nomina determinatiua. D. d. naturalis autē sicut Emped. &c. i. naturalis autē. s. Emped. & alij cōueniūt cū Platone & Pythagoricis quod hæc nomina vnū & ens significent de rebus vnas naturas & simplices. Sed tamen naturales dicunt in hoc vno sermone manifestiorem quam dixerunt Pythagorici: & dixit hoc: q̄a Pythagorici dicebāt φ vnū & ens qđ est substātia entium est ipse numerus. Plato vero dicebat ipsum esse formas numerales. Naturales autem posuerunt vnū & ens esse elementum rerum sensibilium: aut ignem secundū sermonē quorūdā: aut aerē: aut aquam. Et quia Empe. ponit causam sensibilis vnius esse amicitiā: & hoc est propriū ei inter omnes naturales. d. & finxit φ hoc vnum est amicitia &c. i. q̄m cum opinatus est φ amicitia est causa quæ facit omnia esse vnum. ideo est magis digna vno: q̄a qđ est causa vnitatis est vnū essentialiter & primo. D. d. & alij fingūt &c. i. & innuit per hoc illos quæ fuerunt ante Empe. qui nō posuerunt causam agentem. D. d. & similiter illi qui finxerūt elementa esse plura. i. φ q̄m isti etiā opinant φ hoc nomen vnū & ens qđ dicitur multipliciter significāt de rebus numerū elemētorū: & q̄a istis contingit dicere φ hoc nomen vnum & ens nō significant idem vnum sicut antiqui fingebant: adeo φ Parmenides propter hoc dixit. qđ nulla est multitudo omnino & qđ ens est simplex non compositum & vnū: & qđ nō habet elementū. & .d isti enim coacti sunt ad dicendū qđ vnū & ens significāt. i. isti enim qui ponebant vnū & ens esse principia rerū: & posuerūt principia esse multa cōtingit eis dicere quod hæc nomina vnū & ens significant 2
plures intentiones. V. g. ignem & aerem: aquam & terram apud opinantes quod ista elementa sunt principia omnium entium. Et cum compleuit sermonē ī dicētib⁹ qđ vnū & ens significāt substantias exūtes. s. q̄rū natura est alia a natura vni⁹: incæpit dicere q̄stiones cōtingētes etiā

16

Nomina denominatiua significant vnū compositum. Vide j. phy. com. 25. & vide oppositum. 5. met. com. 14. & 7. met. cō. 18.

Quod ē cā vnitatis est vnum essentialiter &. j.

De opinione Parmenidis. Vide. j. phy. 25.

p

Vnū & ens

unt magis vlia alijs.

dicentibus ꝙ nõ significant de rebus substãtias.&.d.& si aliquis finxe
rit &c.i.& si aliqs finxerit ꝙ hoc nomen vnũ prædicabile de oĩbus:&
ens nõ significãt de rebus substãtias:cõtinget vt nihil ex vlibus signifi/
cet substãtias rerũ.& sic destruent demõrationes & diffinitiones.Vnũ eñi
& ens sicut dixit magis vlia sunt ꝙ oĩa alia.D.d.si aũt vnum nõ fuerit
&c.i.& etiã si vnũ vle & ens nõ significent substãtias existẽtes p se: nõ
erit hic vnũ ꝙ est substãtia rerũ particulariũ. D.d.& etiã si vnũ fue/
rit substãtia &c.i.& etiã si posuerimus ꝙ vnũ nõ significat substantiã:
sed materiã sensibilẽ:manifestũ est esse impossibile vnũ esse abstractum
existẽs per se solitariũ a rebus numeralibus.i.secundũ ꝙ posuerũt ponẽ
tes numeros existentes per se abstractos a numeralibus. D.d.& dedit

Numer⁹ est coaceruatio vnitatum.

causam in hoc exẽplo:dixit.numer⁹ enim vnitas est &c.i.causa in hoc
est quod numerus coaceruatio est vnitatũ. Si igitur vnitates nõ signifi/
cant aliquod ens:tũc numerus nõ erit aliquid ne dũ sit abstractus. D.
incepit dicere q̃stiones cõtingẽtes ponẽtibus vnũ substãtiale esse signi
3 ficãs intẽtionẽ vlẽ n.& d.vnũ autẽ est aliquid existẽs p se.i.vnũ autẽ in/
telligit ꝙ intẽtio existẽs p se,nõ habẽs subiectum neq̃ situ: est igit vna
substãtia.i.particularis.D.d.& cũ aliquid sit vnũ & ens &c.i.& cũ hoc
nomen vnum & ens significant vnam intentionem numero : necesse est
vt ens & vnum significent vnam substantiam particularẽ in numero.
D.d.qm̃ de eis nõ dicetur &c.i.& cũ vnũ & ens fuerint substantiæ : &
nullũ habẽt vle substãtialiter q̃d prædicet de eis secundũ qd est mani/
festũ ꝙ vnũ & ens significãt vnã substãtiã numero. D.d.& nõ est pos
sibile si aliquis dixerit &c.i.& impossibile est dicere ꝙ vnũ & ens signi
ficãt substãtiam vnã numero:dicentibus eñi hoc contingũt quæstiones
graues ad dissoluẽdũ:qm̃ si vnũ & ens significarẽt substãtiã vnã nume/
ro:quõ erunt res gñabiles in substantia gñabile enim aliud est ab ente
vno.& sic vnũ erit duo:aut plus qm̃ gñationes nõ sunt nisi in substãtijs
nõ in accidẽtibus. Et intẽdebat ꝙ si esset in accidentibus nõ contin
geret eis vt ens esset vnũ.ens enim nõ dicitur apud eos nisi de substan/
tia.D.d.secundũ igit vtrũlibet istorũ modorũ &c.i.& cum dixerimus
significat vnũ numero.s.non plura.secundũ igitur vtrũlibet istorũ mo/
dorũ fuerit dictũ erit difficile.s.siue fuerit dictũ ꝙ significat substantiã
aut non substantiã.Quoniã si fuerit dictũ de substãtia auferet multitu/
do:& si nõ de substantia auferunt vnitates quæ sunt substantiæ : & erit
impossibile numerum esse substantiã secundũ opinionẽ dicentiũ hoc:
& fuit cõtentus in hac cõtradictione in positione opinantium ꝙ nume
rus est substãtia:qa licet dicens hoc nõ opinet ꝙ numerus est substan/
tia:tamen contingit ei vt nõ inueniatur vnum quod sit substantia neq̃
aliud in substantia omnino:quod est contrarium sensui. Et si positũ
fuerit numerũ esse substantiã & ens:cõtinget eadẽ quæstio per quã di/
xerunt ꝙ vnũ significat vnã intentionẽ nũero:& est vt nulla multitudo
sit omnino:quoniam hoc nomẽ:ens aut significat vnũ numero:aut multi
tudinẽ.Si igitur significat vnũ numero ens erit vnũ in numero.& est ser
mo Parmenidis:& si multitudinẽ tunc erit multũ.quod est impossibi/
le oẽ eñi aut est vnũ:aut plura. Et hoc intendebat cum.d.si autem ali/
qs dixerit ꝙ numerus est substãtia &c.& iste oẽs quæstiones contingũt
antiquis:qa nõ intellexerũt de hoc nomine vnũ nisi vnã intẽtionẽ di/

ctam vnsi voce:& Parmenides intelligebat per hoc ipsum esse vnū particulare:& iste quæstiones dissoluunt per hoc ꝙ hæc nomina vnū & ens dicunt multipliciter secundū ꝙ Aristo. contradixit Parmenidi in primo phy. Et qa quidam eorū etiā destruxerūt vnū:esse: incæpit loqui cōtra illos:& dixit:& etiā si hoc vnū &c.i.ꝙ iste homo.s. zeno. dicebat ꝙ manifestū est vnū esse indiuisibile:& omne tale nō augmentatur apud additionem in eo neqꝫ diminuitur:qa neqꝫ diuidit:ergo nō recipit additionem:neqꝫ diminutionem:& ens est illud quod recipit augmentum & diminutionem:ergo nō est ens. D.d.& incæpit cōtradicere ei. &.d.manifestum est igitur qđ entia secundū suum figmentū sunt magnitudines &c.i.& cōtinget secūdum sermonē istius vt eus nō sit aliud ꝙ magnitudo cum ens est illud quod recipit additionē & diminutionem. Tex.cō.14.

Deinde dicit si igitur entia &c.idest & dicebat super hoc si ens est illud quod recipit diuisiones: tunc illud quod recipit diuisionem in omnibus partibus & est corpus:est ens in rei veritate. Deinde.d. aliorum autem quædam sunt &c.idest & dicebant quod ea quę sunt præter corpus ex quibus nō cōponitur corpus nō est ens:& hæc est dispositio vnius & pūcti:& superficies aut linea sunt apud eum entia cum ex illis vt dicebat cōponit corpus. Et cū narrauit eius sermonē incepit dissoluere eum:&.d.quia igit iste zeno &c.i.quia sermo istius hois est valde dubitatiuus & tortuosus ex quo existimauit ꝙ omne qđ non diuiditur nō est ens;oportet nos rñdere illi.D.d.& dicamus ꝙ quādo vni &c.i.ꝙ sermo zenonis ꝙ nihil addit vni qa tūc esset maius & diuideretur oīno & nō remanet vnū:non est verus immo dicimus ꝙ addit ei & fit plus nō maius.& ideo non debet fieri linea ita ꝙ recipiat diuisionē sicut finxit ille. D.d.causam ꝓpter quā fuit necesse vt ex eo non sit magnitudo:&.d.quomodo est possibile vt magnitudo &c.i.magnitudines em̄ impossibile est vt generent ex vno: neqꝫ ex multis reb⁹ alijs ab vno.s.ꝙ ex vno neqꝫ cū vno neqꝫ cū alia re fit magnitudo. Magnitudo em̄ est de natura cōtinui vnū aūt est de natura discreti. D.d.& dicēs hoc est similis &c.i.dicens ꝙ additio vni facit vt ex vno & addito fiat magnitudo:est sicut dicēs ꝙ magnitudines fiūt ex punctis & ex indiuisibilibus qđ iam destructū est.D.d.& si aliquis existimauerit hoc esse &c.i.si aliquis dixerit cōtradicēdo zenoni ꝙ iā assueti sunt hoīes quidā dicendū.s.qđ numerus & magnitudo sunt cōpositi ex vno & ex aliquo non vno.dicatur ei quare cōponūtur ex vno & ex non vno duo genera diuersa:quorū vnum est numerus & aliud magnitudo:& natura vnius & nō vnius ex quibus componitur numerus est æqualis naturæ vnius & nō vnius:ex quib⁹ cōponit magnitudo. Et intēdit quod cōtingit huic positioni quod elemēta rerū diuersarū in specie sunt conuenietia in specie:qđ est inopinabile.D.non enim est manifestū &c.i.qm̄ quādo dixerimus quod intentio non vnius est quod non habet naturā vnius sed contrariā:tunc impossibile erit vt ex eo componatur magnitudo:aut numerus.talia enim contraria non admiscentur.

Q

Magnitudo est de natura continui. vnū autē est de natura discreti.

A His autē habita est dubitatio vtrū numeri:& corpora:& superficies:& puncta substantiæ aliquæ sunt aut non. Nam si nō sunt:diffugit nos quid nam;sit ipsum ens;& quæ nā entiū sub- stantiæ

Vtrū numerus & magnitudo sint

ſubſtantiæ rerum.

ſtantiæ. Paſsiões eñ & mot⁹: & ad aliquid: & diſpoſitiões: & oratiões nullius videnť ſubſtantiā ſignificare. Dicuntur enim oīa de ſubiecto aliquo: & nihil hoc aliqd. Quæ verò maxime ſubſtātiā ſignificare videnť aqua: & ignis: & terra: ex quib⁹ cõpoſita corpora cõſtant. Horum calores quidē & frigiditates & ſimiles paſsiones nõ ſunt ſubſtātiæ. Corpus verò hoc patiens ſolum remanet vt ens aliquod & ſubſtantia aliqua exiſtēs. At verò corpus eſt minus ſubſtātia ſuperficie & hæc linea: & hæc vnitate: & puncto. His enim diffiniť corpus. Et hæc quidē ſine corpore contingere videntnr eſſe. Corpus verò ſine his eſt impoſsibile. Propterea multi quidem & priores ſubſtātiā & ens putabāt corpus alia verò huiuſmodi paſsiones. Quare in principia corporū entium eſſe principia. Poſteriores verò & ſapiētiores his eſſe opinabantur numeros. Quemadmodum ergo

In oppoſitum.

dicebamus: ſi nõ ſunt ſubſtantia hæc: omnino nulla ſubſtantia

B

eſt: nec ens nullum. Nõ enim horum accidentia dignum eſt vocare entia. At verò ſi hoc quidem confeſſum eſt: quia magis ſunt ſubſtātia longitudines corporibus: & puncta. Hæc autem nõ videmus qualium vtiq; erunt corporum: nā in ſenſibilib⁹ impoſsibile eſſe nõ vtiq; erat ſubſtantia nulla. Amplius hæc

Secundo ad idem.

oīa videnť dimenſiões eſſe corporis: hoc qdē ad latitudinē: hoc verò ad pfunditatē: illud ad longitudinē. Adhuc autem ſi ē

Tertio ad idem.

ineſt in ſolido quęcūq; figura. Quare ſi nec in lapide mercuri⁹: nec medietas cubi in cubo ſit vt ſegregata: igiť nec ſuperficies: nā ſi quæcūq; & vtiq; hæc erit determinans medietatē: eadem autē ratio eſt & in linea: & in pūcto: & vnitate. Quare ſi maxime quidē ſubſtātiæ eſt corpus: hoc autem magis hæc. Nec ſunt aūt hæc: nec ſubſtātiæ aliquæ diffugit quid eſt ens: & quæ ſub-

Quarto ad idem.

ſtātia entium. Nā cum dictis & circa generationē & corruptionem accidunt irrationabilia. Videtur enim ſubſtantia nõ ens prius nunc eſſe aut prius exiſtens: poſterius tñ non per fieri & corrūpi hoc pati. Puncta verò & lineas: & ſuperficies nõ cõtingit neq; fieri neq; corrūpi. qñq; qdē exiſtētes: qñq; verò nõ exiſtētes. Nā qñ copulantur aut diuidūtur corpora ſimul: qñq; quidem vna copulatorū: qñq; verò duæ diuiſorum fiūt. Quare nõ compoſitorum eſt: ſed corruptum eſt diuiſorū: quia ſunt prius non exiſtētes. Nõ enim indiuiſibile punctū diuiſum eſt in duo. Et ſi generantur & corrumpuntur ex aliquo generanť: ſimiliter aūt ſe habet circa nunc in tēpore. Non enim hoc con-

tingit

fingit fieri & corrumpi.attamen videtur aliquid semper esse: non substātia aliqua existens.Similiter autē palā quia se habet & circa puncta,& lineas ,& superficies.Eadem enim ratio.Nā omnia similiter aut termini aut diuisiones sunt.

Et istā quæstionē cōsequitur alia difficilis,& est vtrū numeri,& corpora,& superficies,& lineæ,& puncta sunt substātiæ aut nō.Quoniā si nō fuerint substātiæ:tūc recedat à nobis cognitio quæ fit subiecto,& quæ est substātia entiū. Motus autē & passiones,& species relatiōis,& dispositionū, & dictionū existimātur nō significare substātiā alicuius.Omnia enim dicūtur de subiecto,& nihil eorū dicit̄ quod est hic.Illud autē ꝙ existimat̄ in maiori parte significare substātiā est aqua,& terra,& aer,& ignis ex quib⁹ cōstituunt̄ oīa cōposita corpora.Caliditates vero & frigiditates in istis rebus,& sibi similia sunt passiones substātiæ.Corpus vero est illud ꝙ determinat istas passiōes solū:quia est ens aliquid,& alia substātia. Sed corpus est minus superficie in substantialitate & superficies minus ꝙ̄ linea,& linea minus quā pūctū,& vnū corpus diffinit̄ per ista. Ista em̄ existimātur esse sine corpore,& hoc possibile.Corpus autē impossibile est vt sit sine istis.Vnde antiqui philosophorū existimauerūt substātiā,& ens esse corpus,& ꝙ alia sūt passiōes isti⁹ corporis.Et ideo isti existimauerūt ꝙ principia corporū sunt principia entiū,aliȷ̄ aūt qui reputauerūt se sapiētiores illis existimauerunt quod substātia & ens est numerus.Sicut igitur diximus si ista quæ diximus nō sunt substātiæ:nulla est substātia omnino:neq; ens.Quoniā rectū nō est vt accidentia quæ accidūt istis substātiȷ̄s dicatur substātię & entia.Sed cū manifestū est ꝙ magnitudines & puncta quæ sunt corporis: sunt maioris substātialitatis ꝙ̄ corp⁹,& nō videm⁹ ea esse substātias:ex quib⁹ igit̄ corporib⁹ sunt substātiæ entiū. Et impossibile est vt sint ex corporib⁹ insensibilib⁹,aut forte nulla substātia omnino est.Et etiā videm⁹ ꝙ oīa ista sunt dimēsiōes corporis.Quædā em̄ sunt latitudinis.Quędā spissitudinis.Et quędam lōgitudinis.Et cū hoc dicitur ꝙ ista sunt in corporib⁹ sicut figuræ sunt in eis.Corpus em̄ necesse est vt habeat aliquam figurā.Si igit̄ possibile fuerit vt corpus nō habeat figurā:possibile erit vt nō habeat dimēsionē.V.g.quoniā si fuerit possibile vt figura mercuriȷ̄ nō sit in idolo Mercuriȷ̄:possibile est vt figura semigrādinis sit in tota figura grandinis, & cum hoc quod

diximus accidit istis error cum perscrutati fuerimus de rebus quibus cõtingit, generatio & corruptio. existimãt enim quod substãtia nõ primo fuit: deinde fuit: aut fuit primo: deinde corrũpitur, & quod passiones contingunt ei apud generationẽ & corruptionẽ. Puncta aũt & lineæ & superficies impossibile est vt habeãt generationẽ & corruptionẽ: aut vt sint quandoq;, & quãdoq; nõ. Corpora enim cõtinua discreta apud continuationem adunãtur, & apud discretionẽ fiunt duo, & nihil corrumpitur nisi corruptio accidet ei, & res quæ diuiduntur non sunt sine generatione. Punctus autẽ si non diuiditur nõ fit duo puncta, & si generatur & corrumpitur necessario est ex aliquo.

27 Et istã quæstionẽ &c. & est quęstio difficilis perscrutãda in hac sciẽtia, vtrũ numeri, & corpora, & superficies, & lineæ, & pũcta: sunt substãtiæ entiũ scilicet quæ dicũtur secũdũ quid sicut quidã dicũt: aut nõ. Existimatur enĩ qđ si ista nõ fuerint quiditates substãtiarũ entiũ ꝙ recedat a nobis cognitio naturarũ earũ, scilicet entiũ existẽtiũ per se: quia oẽs cõueniũt in hoc qđ appellãt eas substantias. D. d. motus autẽ & passiones &c. id est, & ista existimãtur esse substãtię: quia illa quæ sunt præter ista, V. g. motus, & accidẽtia, & relationes, & dispositiões manifestũ est qđ nõ notificãt substãtias entiũ scilicet quæ vocãtur substantiæ, & intẽdit per passiones qualitates attributas sensibus. V. g. calorẽ & frigus, & per dispositiones modũ qualitatis quæ dicit̃ dispositio & habitus: per dictiões aũt fortes intẽdebat intellecta. D. dedit causam ꝓpter quã oẽs cõueniũt in hoc ꝙ ista nõ sunt substãtiæ, & d. quia oẽs dicunt̃ &c. id est, quia oĩa ista sunt in hoc indiuiduali ꝙ est indiuiduũ substãtiæ, & nullũ eorũ dicit̃ ex hoc. D. d. illud aũt qđ existimat̃ &c. id est, illud aũt qđ videt̃ esse secũdũ existimationẽ substãtia entiũ cõpositorũ indiuidualiũ sunt quatuor elemẽta: ex quib9 cõponũtur substãtiæ sensibiles, & intẽdit qđ ista vident̃ esse substãtiæ cõpositorũ secũdũ naturã nõ secũdũ illud ꝙ dicit̃ in respõsiõe ad quid. D. d. corpus vero est illud ꝙ terminat̃ &c. id est, qñ diffiniunt̃ ista accidẽtia corpus determinat naturã eorũ scilicet ꝙ est de diffinitiõib9 eorũ ꝙ differẽtiæ eorũ sũt determinãtes naturã entis & distinguẽtes ipsum ab aliis.

D. d. sed corpus est minus &c. id est, sed cũ feceris cõparationẽ inter ista videbis qđ corpus est minoris substãtialitatis ꝙ̃ superficies: & superficies quã linea & linea quã pũctus. D. d. causam in hoc, & d. corpus enĩ post ista inuenit̃ in diffinitiõe: quia corpus diffinit̃ qđ est illud qđ est diuisibile in tres superficies: aut illud qđ cõtinet̃ a superficie: aut superficiebus, & etiã quia ista videt̃ priora corpore naturaliter, & innuit modũ prioritatis secũdũ cõsequẽtiã: aut intẽdit vt corpus. Impossibile enĩ est vt intelligat̃ sine superficie, superficies autẽ impossibile est vt intelligat̃ sine corpore, similiter est de linea cum superficie, & de pũcto cũ linea. Et cũ dedit rationes sufficiẽtes ꝙ corpus est substãtia absq; superficiebus & lineis. d. & ideo existimãt antiqui philosophorũ qđ substãtia & ens est corpus, & qđ alia nõ diffiniunt̃ per diffinitionem

tionē corporis &c.id eſt,quia opinati ſunt qđ corpus eſt ſubſtātia cre diderūt qđ principia corporū ex quibus cōponūtur ſunt corpora quæ ſunt principia omniū entiū,ſi eñ corpora ſunt principia,ergo principia corporū ſunt principia entiū. D.d.alij vero qui reputabātur &c. id eſt,illi autē qui reputabātur ſapiētiores iſtis dixerūt qđ ſubſtātia ſecūdū hanc cōſiderationē debet eſſe numeri ſcilicet quia ſunt priores in imaginatione alijs entibus,& quia ſunt priores naturaliter,& quia ſūt ſicut magis liberati a materia quā corpus. D.d.ſicut igitur diximus &c.id eſt,cōtingit igitur ſecūdū hūc ſermonē ſi iſta nō fuerint ſubſtātiæ exiſtimari nullā eſſe ſubſtātiā omnino entiū impoſſibile eñ eſt vt poſteriora ab iſtis ſubſtātijs ſcilicet accidētia ſint ſubſtātiæ alicui⁹ eorū:de quibus omnes cōueniunt vt ſint ſubſtātiæ ſenſibiles. D.dedit dubitationē ſuper hoc,&.d.ſed cū ſit manifeſtū qđ longitudines &c. id eſt,ſed iſta cōſideratio facit qđ ſuperficies & lineæ & pūcta ſint ſubſtantiæ,& apparet de iſtis qđ nō ſunt ſubſtātiæ.& ſunt priora corporibus mathematicis:ergo corpora mathematica nō ſunt ſubſtātię. Ex quibus igitur ſunt ſubſtātiæ entiū impoſſibile eñ eſt vt ſint corpora ſenſibilia.Iſta eñ ſunt quorū ſubſtātiæ quærūtur cū dicimus in eis quę ſunt ens & vnū:quærimus eñ quæ eſt iſta ſubſtātia quā ſignificat hoc nomē ens,& vnū,& nullū corpus eſt niſi mathematicū:aut ſenſibile.

C Nullū corpus eſt niſi mathematicū:aut ſenſibile cōtra ponētes corpus metaphyſicum. Cōſimilem modū arguē divide pri. mo. phi. cō. 29.

D.d.aut forte nulla ſubſtātia eſt,id eſt,oportet vt dicamus ſecūdum hāc quæſtionē qđ cōtingit vt ſubſtātia nō ſit alicuius rei,id eſt qđ cū ſit deſtructū qđ quiditates entiū ſunt corpora recte videt opinari ſecūdū hoc qđ entia nō ſint:neq; habēt quiditates.Et quia,declaratio qđ corpus mathematicū nō eſt ſubſtātia fundatur ſuper hoc qđ lōgitudo & latitudo ſunt accidētia & differētiæ ipſius corporis.d.& etiā videmus qđ iſta &c.id eſt,& declarat qđ corpus mathematicū eſt accidens qđ diffinitio corporis cōſtituitur ex tribus dimēſionibus,& videmus cū hoc qđ dimēſiones ſunt corpori.q.figuræ ſcilicet differentiæ eius.

D.declarauit hoc,&.d.corpus enim neceſſē eſt vt habeat aliquā figurā &c.id eſt,figura enim talē habet diſpoſitionē de corpore ſicut dimēſio in hoc qđ corpus nō poteſt denudari ab eis niſi corrūpatur:ſicut eſt diſpoſitio de differētia rei ſubſtātiali. D.dedit exēplum & dixit. V.g.quoniā ſi fuerit poſsibile &c.id eſt,quoniā ſi figura nō fuerit ſubſtātialis corpori poſsibile erit vt figura propria auferatur & remaneat res.V.g.vt figura hominis auferatur & remaneat homo:aut figura idoli mercurij,id eſt,remanēte idolo mercurij.Et ſi eſſet poſsibile vt figura propria rei auferretur:tūc poſsibile eſſet vt ſemifigura rei auferretur re manente tota figura,& hoc intēdebat cū.d.poſsibileq; eſt vt ſemifigura grādinis ſit in tota figura grādinis. Et dedit exemplū de tunica: quia tunica eſt de rebus quæ non habent hoc nomen niſi ſecundum figuram habendam.Figura igitur eius eſt differentia eius quæ diſtinguit eam ab alijs indumentis. Et intendit declarare ex hoc capitulo qđ cū poſuerimus qđ dimēſiones ſunt accidētia:tunc corpus erit accidens,& ſi poſuerimus qđ corpus eſt ſubſtātia:tunc iſta erunt ſubſtantiæ. D.d. & cū hoc qđ diximus &c.id eſt,2.cū iſtis inopinabilibus contingētibus huic poſitioni ſcilicet corpora eſſe ſubſtātias:accidūt eñ talia inopinabilia ex apparētibus in rebus generabilibus & corruptibilibus. D.d.

existimāt em̄ qđ substātia &c.id est, existimatur em̄ & ponitur & est cōcessum ab omnibus qđ substātia generaẗ & corrūpitur, & accidunt ei passiones apud generationē & corruptionē scilicet qđ cū generaẗ fit substātia quæ nō fuit, & cū corrūpiẗ:corrūpiẗ illud qđ fuit. D.d.puncta autē & lineæ &c.id est, pūcta autē & lineæ & superficies nec generātur nec corrūpunẗ:neq; sunt quādoq; & quādoq; nō:cū linea nō corrūpitur in nō lineā neq; generatur ex nō linea, & similiter est de corporibus. D.incepit declarare hoc, &.d.corpora enim cōtinua & discreta &c.id est, &.d.qđ nihil corrūpitur nisi corruptio cōtingat, id est, & nō omnis cōpositio est generatio:neq; omnis dissolutio est corruptio vt quidā antiquorū dicūt scilicet qđ cōgregatio est generatio, & segregatio corruptio:licet generatū est illud in quo fit substātia quæ nō fuit, & corruptū est illud ex quo corrupta est substātia quæ fuit. D.d. & ea quæ diuidūtur nō sunt sine generatione, id est, ea quæ diuidūt in partes nō cōuenictes secūdū nomē & diffinitionē nō sunt sine generatione, & quia accidit ei in hac intētione pūctus:pūctus enim nō diuiditur & nō habet generationē, & dixerūt etiā qđ illud qđ diuiditur in talia semp secūdū nomē & diffinitionē nō habet generationē.d.& illa quæ nō diuidūtur ex re diuisibili nō sunt sine generatione.minima em̄ partiū corporis sensibilis quæ nō diuiditur secūdū qđ est illud corpus est cōposita. V.g.qđ minima pars ignis est cōposita ex materia & forma. D.d.pūctus autē si nō diuiditur &c.id est, punctus autē si est indiuisibilis nō generabitur:cū pūctus nō diuiditur in duo pūcta:ergo nō habet generationē:quoniā si haberet generationē esset cōpositus.& hoc intēdebat cū.d.est necessario ex aliquo illud.id est, & cū punctus generatur & corrumpitur necessario:generatur ex aliquo, & sic erit diuisibilis quod est impossibile.

Vide pri.c. de substātia orbis.

D Minima ps ignis est cōposita ex materia & forma.

Omnino vero dubitabit aliquis: quare & oportet quærere alia quædā præter sensibilia & intermedia: vt quas ponimus species. Nā si ideo quia mathematica à presentibus in aliquo quodā differūt:inesse vero plura similis speciei nihil differunt. Quare nō erūt ipsorū principia numero determinata. Quēadmodū, & pręsentiū literarū numero quidē omniū nō sūt principia determinata:sed specie. Si vero sumat huius quis simile aut huius vocis harū erunt & numero determinata. Similiter autē & intermedijs. Infinita nāq; sunt & illic quæ eiusdē speciei. Quare, si nō sunt præter sensibilia & mathematica alia q̄dā qualia dicūt species ipsas quidā:nō erit vna numero & specie substātia. Nec principia entiū numero erunt quāta aliqua: sed specie. Ergo si hoc est necessariū:& species est necessariū ꝓpter hoc esse. Etenim si nō bene dearticulāt dicētes: sed hoc est quod volūt & hoc ipsos necesse dicere:quia specierum vnaqueq; substātia quædā est, & nihil secundum accidēs. At vero si ponimus spēs esse & vnum numero principia & non specie:di-

ximus

ximus quæ contingere necesse est impossibilia. Et rectũ est quærere de quæstiõe difficili quare quærẽdæ sunt aliæ substantiæ à sensibilib⁹:& à medijs scilicet formæ quæ fingunt esse. Si eñ quærim⁹ istas substãtias ꝑpter hoc.s.ꝙ mathematica distinguunt à sensibilibus per aliud & nõ distinguunt ab eis per hoc ꝙ sunt multæ formæ:sicut istæ formæ:manifestũ est quod principia istorũ nõ erunt terminata in numero:quẽadmodum principia qualitatis quæ sunt hic:nõ sunt terminata in numero.Principia eñ cuiuslibet qualitatis nõ sunt terminata in numero:sed forma:nisi principia literæ cõpositæ ex duab⁹ literis: aut principia vocis cõpositæ ex duab⁹ vocib⁹.Principia enim isti⁹ literæ sunt terminata forma & numero.& sic erit etiã in reb⁹ medijs. Si igitur nõ fuerint aliæ substãtiæ aliæ à substãtijs sensibilib⁹:& à substãtijs mathematicis:sicut quidã dicũt manifestũ est formã nõ esse.Sed si cõcesserim⁹ formas esse & principia esse terminata numero nõ forma:iam narrauimus quod contingit ex hoc necessario:& quod est impossibile omnino.

Et quærendum est qua de causa fuit necesse impositione cum substantijs sensibilibus & mathematicis quas vocant medias substantias quas dicunt formas.Causa enim propter quam sint necesse formas medias ponere:manifesta est: & est quia nos videmus mathematicas formas differre secundum diffinitionem a formis sensibilibus. Et hoc intendebat cum dixit quoniam si quærimus &c.Deinde dixit, & non distinguitur ab eis &c.id est & isti non ponũt ista media distincta a rebus sensibilibus:ita quod vnumquodque eorum sit vnum numero tantũ:sicut ponunt facientes formas:sed distinguuntur ab eis secundum quod sunt similia eis,scilicet multa secundum formas:& multa secundum numerum.Deinde dixit,manifestum est igitur &c. id est & dicere formas esse cõtingit ex eo vt principia rerũ quæ sunt hic sint determinata numero.i. diuersa numero tantũ & nõ forma:& hoc intẽdebat cum dixit manifestũ est igiť per se ꝙ res quæ sunt hic diuersæ numero & forma sunt dispositio in qualitate.i.manifestũ est igiť p se ꝙ sunt res tales. 18

Et hoc intẽdebat cũ dixit quæ sunt hic:qa sunt diuersæ forma & numero:sicut literæ cõpositæ ex literis:& voces cõpositæ ex vocibus:qa necesse est vt principia istorũ sint diuersa numero:& sic ponunt media dicentes ea.s.diuersa numero & forma:& hoc intendebat cũ dixit, & sic erũt in rebus medijs,D.d.si igiť nõ fuerint substantiæ aliæ &c.i. & cũ determinatũ est ex hoc sermone ꝙ nõ sunt nisi duæ substãtiæ sensibilis & mathematica: manifestum est ꝙ formæ nõ sunt.D.d.sed si concesserimus &c.i.iam narrauimus quod accidit ex hoc de impossibili quæstione de qua perscrutati sumus vtrum sit vna numero aut forma.

His aũt affine est q̃rere : vtrũ potestate sunt elemẽta aut alio aliquo modo.Nã si aliter aliqualiter prius erit aliqd principijs aliud.Prior eñ erit ptãs causa illa.Possibile aũt nõ necessariũ L Vtrũ principia sint in potentia.

est

est illo modo se habere. si verò potestate sint elemẽta nihil entiũ esse contingit. Nam possibile est esse quod nondum est ens. Fit enim nõ ens. Nihil autem fit impossibiliũ esse. Has igitur dubitationes necessarium est dubitare de principijs. Et assimilatur istis quæstionibus dictis ista quæstio: vtrum elementa sunt potentia: aut alio modo. Si igitur alio modo: quomodo est possibile vt aliquid sit ante elementa: & sunt principia. Potentia enim est ante illam aliam causam. Illud enim quod nõ habet potentiam non est ante potentiam necessario. Si autẽ elementa sunt potentia tunc possibile erit vt elemẽta non sint aliquod entium. Illud enim quod habet potentiam vt sit: nondũ est. Et non fit nisi illud quod non habet esse: & nihil erit quod non habet potentiam: vt sit. Hæ igitur quæstiones sunt difficiles: de quibus perscrutandum est in cognitione principiorum.

Nihil impossibile fit.

89 Et assimilatur &c. quærit vtrum elemẽta prima & principia omniũ entium sint potentia aut actu: & hoc intendebat per aliũ modũ. D. d. si igitur alio modo &c. id est si igitur elementa sunt actu habent elementa. potentia enim est ante actum, id est illud quod est in potẽtia aliquid est ante illud quod est in actu illud quid. & sic elementa habebũt elemẽta. Deinde dixit, illud autẽ quod non habet potentiã &c. i. illud aũt in quo nõ est potẽtia vt ex eo fiat aliquid: nihil fit ex eo quod fit in potentia omnino: quapropter nõ erit elementũ alicuius rei aliquo modo.

Et abbreuiatio eius est quod si elementa sunt actu secundum quod sunt elementa: & fuerit potentia prior eis: cum sint in actu: cõtingit qđ elementa habeant elementa: & si potentia non fuerit prior eis: non erit in eis potentia omnino ad aliquid: & sic non erit elementum alicuius rei. Et cum dixit impossibile contingens positioni elementorum in actu incæpit dicere etiam quid contingit positioni eorũ in potentia & dixit si autem elementa fuerint potentia &c. id est possibile enim erit vt omnia entia quæ sunt actu destruantur: & nihil remaneat nisi illud qđ est in potentia. Deinde dedit causam in hoc & dixit illud em̃ quod habet potentiam &c. id est illud enim quod est in potentia est aliud quid in actu cũ est in potentia impossibile est vt illud sit in actu. Actus enim & potentia sunt contraria. Deinde dixit, & non fit nisi illud quod non habet esse, id est & non fit nisi illud quod non habet esse in actu: & nihil fit quod non habet potentiam vt fiat.

Actus & potentia sunt contraria.

F

Et vtrũ vniuersalia sint aut vt diximꝰ singularia. Nã si vniuersalia non erunt substantiæ. Nihil em̃ cõmuniũ hoc aliquid significat: sed quale: substãtia verò hoc aliquid est. Sed si est hoc aliquid: & ponitur quod cõmuniter prædicatũ multa erit aĩalia Socrates: ipseq; homo & aĩal: si significat vnũquodq; hoc aliquid & vnũ. Si igitur vniuersalia sunt principia: hæc cõtingunt. Si autem nõ vniuersalia: sed quasi singularia: nõ erunt scibilia.

Vtrũ principia sint vniuersalia aut singularia. Negatiue.

scibilia. Vniuersales enim sunt omnium scientiæ. Quare erunt principia diuersa priora principijs vniuersaliter prædicata: si futura est esse eorum scientia. Et etiã perscrutandum estvtrũ principia sint vniuersalia: aut particularia. Si vniuersalia: non sunt substantiæ: cõmunia enim nõ dicuntur esse hoc singulare. Si igitur prædicabile de rebus dicitur modo cõmuni quod est hoc: tunc Socrates erit multa animalia, scilicet Socra. & homo & animal: quoniã vnumquodq; eorũ significat quod est hoc vnum. Ista igitur accidentia accidũt si principia fuerint vniuersalia. Si autem nõ fuerint vniuersalia & fuerint sicut principia exẽplaria principiorũ particularium: tũc scitũ nõ habebit esse. Sciẽtię eñ oĩm sunt vñes. Manifestũ est igiĩ q; si fuerit possibile vt ista principia cognoscanĩ quod alia principia sunt vniuersalia ante particularia quæ prædicantur de particularibus. In opposi. tum.

Et etiã perscrutandũ est vtrũ principia sint vniuersalia aut particularia: si aũt vniuersalia nõ erũt substãtiæ. Vniuersalia eñ sunt cõia: q̃a sunt in plurib⁹: & cõmune nõ est hoc singulare qđ est substãtia: sed est exẽplar huic singulari. s. formæ cõmunis eis: & oĩbus indiuiduis habẽtibus illã formã. Substãtia autẽ diciĩ esse hoc singulare quod concludiĩ in secũda figura quod substãtia nõ est vniuersale. D. d. si igitur diciĩ prædicabile &c. i. si igiĩ vniuersale est cõmune secundũ quod est singulare existẽs in plurib⁹: tũc So. erit cõpositũ ex multis animalib⁹: in Socrate eñ erit humanitas existẽs in omnibus hominibus quia est hoc singulare in numero: & sic So. & omnia indiuidua hominis erunt composite ex vna re: & similiter erit cõpositus cũ omnib⁹ animalib⁹. Animalitas enim hæc indiuidualis existit in omnibus indiuiduis animalium: aut indiuidua animaliũ existũt in ea. Iste igitur quæstiones accidunt si principia fuerint vniuersalia. D. d. si aũt nõ fuerint vniuersalia &c. i. si autẽ nõ ponanĩ hic esse vniuersalia entia contingit vt sciẽtiæ necessarie non sint: & hoc mouit Platonẽ ad dicendũ formas esse. D. d. sciẽtiæ enim omniũ sunt vniuersales: & intendit scientias speculatiuas necessarias. D. d. manifestum est igitur &c. i. & cum necesse est vt principia particularia cognoscantur non generabili cognitione: neq; corruptibili: necesse est hic esse principia vniuersalia ante particularia.

20 Cõe nõ est singłare sed est exẽplar oĩbus singularib⁹ habẽtib⁹ illã formam. Idem 12. met. cõ. 4. & q̃ ibi.

Finis Tertij.

Aristo. Liber Quartus primæ philosophiæ incipit.

Summa Quarti libri habetur ab Auer. in principio cõmenti primi.
Et prima durat vsq; ad tex. septimum.
Secunda vero incipit in septimo & vadit vsq; in finem libri &c.



St autem scientia quædã quæ speculatur inquãtum ens: & quæ huic insunt secundũ se: hæc autẽ nulli in parte dictarum eadẽ est. Aliarum enim nulla intẽdit vniuersaliter de ente inquãtum ens: verum partem eius abscindentes aliquam circa hanc speculantur ipsum accidens:

dens:velut ſcientiarũ mathematicæ:qm̃ antẽ principia & extremas quærimus cauſas:palã quia naturæ cuiuſdã ipſas ſecũdũ ſe eſſe neceſſe eſt.Si ergo & entium elementa quærentes hæc quæſiuerunt principia: neceſſe & entis elementa eſſe non ſecundum accidens:ſed inquantum entia.vnde & nobis entis in quantum eſt ens primæ cauſæ ſunt accipiendæ.

a Diſputare contra negantes primas propoſitiones & contra deſtruentes ſcire ſpectat ad dominũ iſtius artis. Vide idem 3.celi.commen.4.

Vnius quidem ſciẽtiæ ſciẽtiarum eſt cõſideratio de ente: & de rebus quæ ſunt entis per ſe. Et iſta ſciẽtia nõ eſt vna earum quæ dicuntur particulares quoniã nõ eſt alicuius ſcientiæ particularis cõſideratio de ente vr̃i.Sed ſciarũ particulariũ eſt cõſideratio de accidẽti qđ accidit alicui parti partium entis diuiſæ ab eo:ſicut faciunt ſcientiæ mathematicæ.Si igitur quæſtio principiorũ & cauſarũ vltimarũ eſt a nobis: manifeſtũ eſt ꝙ neceſſe eſt vt iſta principia ſint ſicut principia alicui⁹ naturæ p ſe.Et cũ quæſierũt iſta principia illi qui q̃rebãt elementa entis: neceſſe eſt vt nõ ſint elemẽta entis modo accidẽtali: ſed ſint eſſentialiter.& ideo oportet nos q̃rere cauſas quæ ſunt in ente.

b Prima phyloſophia conſiderat de nobiliſsima cauſarum.ſ. de.j.fine & forma.j.Idẽ 3.met.com/mẽ.3.Et.12. met. cõmẽ. 6.& in prologo ſuo ſuper.j.phyſi.

ISte tractat⁹ cõtinet duas partes. Prima igit̃ eſt in diffiniẽdo ſubſtitutũ iſti⁹ artis.& accidẽtia & cauſas eius: & vr̃r in rebus logicis quæ appropriant̃ huic ſciæ. In ſecũda aũt diſputat cũ ſophiſtis qui negãt primas propoſitiones a & deſtruũt ſcire:prius declarãdo ꝙ dominus huius artis debet diſputare cum iſtis. Quia igitur intentio eius eſt loqui de modo conſiderationis iſtius artis:& iam perſcrutat⁹ eſt in tractatu præcedẽti de ſciẽtia quæ dicit̃ phyloſophia: quæ ſcia ſit. Et.d.ꝙ ſi ſcia oium cauſarũ eſt vna illa ſcia debet dici phyloſophia.D.declarauit ꝙ cõſideratio de cauſis oium entiũ nõ eſt vnius ſciẽtiæ cũ entia ſint diuerſa:qm̃ in q̃buſdã inueniunt̃ de cauſis.iiij.quę nõ inueniũtur in quibuſdã:hoc eñ eſſet poſſe ſi entia eſſent vnũ genus.

D.induxit ipſe ſermonẽ ꝙ phyloſophia forte b eſt illa q̃ cõſiderat de nobiliſsima cauſarũ.ſ.de primo fine & forma prima.incæpit in hoc tractatu declarare hoc ſecundũ demonſtrationẽ & declarationẽ perfectam. Et.d.vnius quidẽ ſciẽtiæ &c.i.dicamus igit̃ ꝙ manifeſtũ eſt p ſe hoc eſſe aliquã ſcientiã quæ cõſiderat de ente inquantũ eſt ens: & de accidentibus eſſentialibus enti in eo quod eſt ens. D.d.& iſta ſcientia &c.i.& apparet ꝙ iſta conſideratio non eſt alicuius ſcientiæ ſcientiarũ particularium.Manifeſtũ eſt enim ꝙ nõ eſt alicuius ſcientiæ ſcientiarũ particularium conſideratio de ente ſecundum quod eſt ens: ſed tantum eſt ſcientiarum particularium conſideratio de accidentibus:quæ accidũt alicui parti partiũ entiũ:accipiendo illam partem quaſi diſtinctam ab ente: ſicut faciunt ſcientiæ mathematicæ c quæ accipiunt numeros & magnitudines diſtinctos ab ente. & conſiderat de eis & ſuis accidentibus eſſentialibus. Et ſimiliter etiam ſcientiæ naturales conſiderant de quadam parte entis ſcilicet de ente mobili & de accidentibus eſſentialibus idem ſecundum quod eſt mobile & de motu.

c Scientiæ mathematicæ ſunt de numeris & magnitudinib⁹:& ſciẽtia naturalis eſt de ente mobili ſecũdum qđ eſt mobile: ſed vide oppm̃.

tis. Deinde.d.si igitur inquisitio principiorum &c.i.& cum manifestum est quod nos quærim' in hac arte principia vltima quæ sunt principia simpliciter, manifestũ est quod quærendũ est ista principia istorũ principiorũ sensibiliũ secundũ istũ modũ secundũ quem quærimus principia naturæ existẽtis per se. Et intendit quod principia simpliciter debẽt quæri de entibus quæ sunt simpliciter:& si acciderit quibusdam vt sint sensibiles nõ simplices, tunc nõ quæruntur ista eis principia a nisi secũdũ quod sunt entia simpliciter non secundum quod sunt entia. V.g. mobilia aut mathematica. Deinde.d.& cũ quæsiuerit ista principia &c.i.& propter hoc quod diximus qñ antiqui quærunt principia prima entiũ secundũ quod sunt entia, & non quærunt ea entiũ quæ sunt huiusmodi: tũc quæstio eorum hominum in causis est accidentaliter. Et intendit quod cum quæsiuerunt causas entis & non quæsiuerunt causas entium trãsmutabiliũ. Verbi gratia, tunc quæstio eorum fuit essentialis, & si quærerent causas entium propriorum, tunc esset quæstio accidentalis.

Ens autem multis modis dicitur:sed ad vnum, & ad vnam aliquam naturam, & non æquiuoce. Sed b quemadmodũ salubre omne ad sanitatem, hoc quidem in cõuersatione aliud vero in actiõe, aliud vero quia est signum sanitatis, hoc autem quia illius est susceptibile, & medicabile ad medicinam. Hoc enim in habendo medicinam dicitur medicabile, illud vero in existendo bene natum ad ipsam: & aliud per actus medicatiuæ. Similiter autẽ & alia sumemus his dicta. Ita vero & ens multipliciter dicitur quidem, licet omne ad vnum principiũ. Hæc quia substantiæ entia dicuntur, illa vero quia passiones substantiæ, alia vero quia via ad substantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substantiæ, aut ad substantiam dictorum, aut horum cuiusdam negationes, aut substantiæ. Quapropter & non ens esse non ens dicimus. Quemadmodum ergo & salubri omnium vna est scientia, ita hoc & in aliis. Non enim solum eorum quę secundum vnum dictorum est vnius scientiæ speculari, sed & dictorum ad vnam naturam, etenim hoc modo quodam secũdum vnum dicuntur. Palam ergo quia & entia vnius est scientiæ speculari inquãtũ entia. vbiq; vero proprie primi est scĩa, & ex quo alia pẽdẽt, & propter quod dicunt. ergo si est hoc substãtia substãtiarũ, oportet prĩcipia & causas habere philosophũ. Oĩs aũt gñis vni' sensus est vn' atq; scĩa, vt grãmatica vna ens oẽs speculat voces. Quapropter & entis inquãtũ ens quascũq; spẽs speculari vni' est scientiæ gñæ, species autem specierum.

Ens igitur dicit multipliciter, & nõ dicit æquiuoce sed attribuitur vni rei, & vni naturæ, sicut omne sanans attribuitur sanitati.

12.me.cõ.5. vbi.d.quod est de corpe mobili.& in prologo primi phy.dixit quod est de rebus sensibilibus tãq; de substantiuo.

a Si acciderit vt in me. de sensibilibus prĩcipia quærant hoc nõ est inquãtũ sensibilia sed inquãtũ entia. Idẽ.6. met.cõ.j. & 12.me.cõ.5. &.6.&.7. me.cõ.9.& C j.me.cõ.15. &.18.&.2. phy.cõ.21.

b Ex hoc sumitur metaphysicũ non considerare qditates rerũ pticulari. vide pro hoc.j.physi. cõ.11.& q ibi.

Nõ solũ eorũ q secũdũ vnũ dictorũ est vni' sciæ speculari, sed & dictorũ ad vnam naturam.

Oĩs gñis vnius sensus est vnus.

nitati. Quoddã enim dicitur sanum, quia cõseruat sanitatẽ, quoddã autẽ sic, quia facit sanitatẽ, & quoddã quia significat & quoddã quia recipit. & similiter esse modicum medicinæ. Quoddã enim dicitur medicum quia acquirit medicinã, & quoddã quia conuenit medicinæ. & quoddã quia est actiuum medicinæ. Et secundum hunc modum possibile est nobis inuenire res quæ attribuuntur vni rei sicut ista quæ dicimus. Et similiter etiam ens dicitur multis modis, sed oẽs illi modi attribuunt vni rei. Quædã enim dicuntur entia quia sunt substãtiæ, & quædã etiã quia sunt passiões, & quædã accidẽtiã, & quædã quia sunt viæ ad substãtiã, aut ad relationẽ, aut quia sunt nõ ens, aut qualitates, aut agẽtes, aut faciẽtes substãtiã, aut aliud eorum quę dicuntur esse in substãtia, aut quia negãt aliquod istorum accidẽtiũ, aut substãtia. Et similiter dicimus etiam de eo quod nõ est ens vnum quod nõ est ens, quẽadmodum igitur scientia sanorum est vna, sic sciẽtia aliorum similium. Nõ enim est vnius sciẽtiæ cõsideratio de rebus quæ dñr de vno tm̃, sed etiã cõsideratio de rebus quæ attribunt vni nature. Ista enim dicuntur de vnoquoque modo. Manifestum est igitur ꝙ vnius scientiæ est cõsideratio de entib⁹ vniuersaliter, & sciẽtia quæ est scientia in rei veritate in omnibus rebus est scientia rei prioris per quã cõtinuãtur aliæ res, & propter quã vocantur & dicunt. Si igitur hoc prius sit substantia. manifestum est ꝙ cognitio principiorum et causarum substãtiæ debet esse in philosopho, & vnũquodque gen⁹ habet vnã sciam. V.g. scia vocis est vna, & debet cõsiderare ĩ oĩb⁹ vocib⁹. Et ideo dicim⁹ ꝙ cõsideratio de oĩb⁹ formis entis vr̃ est
2 vnius scientiæ secũdũ genus, formæ autẽ sunt formæ formarũ.

E Cum autem declarauit quod scientia debet considerare de ente secundum quod ens est, vult declarare quod hoc nomen ens nõ est æquiuocum, si enim esset æquiuocum non consideraret de eo vna ars. Et d. & ens dicitur multis modis &c. i. & nomẽ ens dicitur multis modis, & non æquiuoce sicut canis qui dicitur de latrabili & marino: neqꝫ vniuoce, vt animal de homine & asino, sed est de nominibus quæ dicuntur de rebus attributis eidem & sunt media inter vniuoca & æquiuoca. Et hoc intendebat cum. d. sed attribuitur vni rei &c. i. & ista quæ attribuũtur eidem non attribuuntur eodem modo, sed modis diuersis & quædam attribuuntur eodem modo, sed diuersantur secundum magis & minus sicut hoc nomen substantia quæ dicitur de formis & de indiuiduo. Et quia sana attribuunt sanitati modis diuersis, sicut nouem prædicamenta attribuuntur ad esse quia sunt in vero ente quod est substantia modis diuersis: incepit notificare diuersitatẽ modorũ q inueniunt in talib⁹ nominib⁹ ad demõstrãdũ ꝙ ita est de hoc noĩe ens cum substãtia

De æquiuoco non considerat vna ars.

ſubſtātia & cū alijs prædicamētis. Et d. quoddā eñ dicit̃ ſanū &c. i. quædā eñ dicunt̃ ſana, quia attribuunt̃ ſanitati hoc modo, ſ. quia cõſeruāt ſanitatē, ſicut dicimus q̃ exercitiū eſt ſanum, quia cõſeruat ſanitatem. & quædam attribuunt̃ ſanitati, quia faciūt eā ſicut dicimus q̃ potio accepta eſt ſana. Et ſilr̃ dicimus ſanū ſignū quod nūciat ſanitatē, ſicut dicimus de creticis laudabilibus, Et ſimiliter dicimus ſanū illud quod cito recipit ſanitatē ſicut corpus mundū ab humoribus. Et cū induxit ea quæ attribuuntur vni fini, induxit exemplum etiam de reb⁹ quæ attribuuntur vni agenti. Et d. & ſimiliter attribuitur eſſe medicū medicinæ. i. & ſimiliter omne adiuuans actionem medicinæ attribuitur medicinæ. Et intendebat per hoc declarare q̃ attributa ei, aut attribuuntur eidem fini, aut eidem agenti, aut eidem ſubiecto, ſicut nouem prædicamenta ſubſtātiæ. D. d. quoddā enim dicitur medicū &c. id eſt, quoddā enim dicitur medicum quia acquirit artem medicinæ. V. g. homo medicus, & quoddam quia conuenit actioni medicinæ. V. g. dieta. D. d. & quædam quæ facit actionem medicinæ licet nō ſit medicus. vetula eñ quæ medicabat cū illa herba ſicut dicitur agebat actionē medicalē licet nō erat medica. D. d. & ſimiliter ens etiā dicitur multis modis, ſed illi modi attribuuntur vni primo. i. & ſimiliter hoc nomen ens licet dicatur multis modis, tñ in oĩbus dicit̃ ens, quia attribuit̃ primo enti ſubſtantiæ, & iſtæ attributiones in vnoquoq; eorū ſunt diuerſæ. Prædicta eñ attribuunt̃ a ſubſtātiæ, nō quia eſt agens aut finis corū, ſed quia cõſtituunt̃ per illam, & ſubiectum eſt eorū, & vniuerſaliter nō dicuntur entia, niſi quia ſunt diſpoſitiones entis, & multi homines negāt ea eſſe, albedo eñ nō eſt, ſed albū. D. incepit declarare modos ſecūdū quos attribuuntur ſubſtantiæ. & c. d. quædā eñ dñr ens &c. quoddā dicit̃ ens, quia eſt exiſtēs per ſe & eſt ſubſtātia. & quoddā dicitur ens: quia eſt paſſio ſubſtātiæ, & intēdit per viā ad ſubſtātiā motū ad ſubſtātiā, motus eñ dicit̃ ens, qa eſt via ad verum ens. Et intēdit per relationē, quia eſt cõparatio entis ad ens. & intēdit relationē quæ dicit̃ ens b ſecūdū q̃ determinatū eſt in alijs locis, & dr̃ etiā ens illud qđ eſt priuatio entis, & hoc nomē etiā ens dicit̃ modo cõſimilitudinis. Dicit̃ eñ ſubſtātia illud qđ facit ſubſtātiā, ſicut dicētes hic eſſe virtutes & formas faciētes ſubſtātiā. Et ſimiliter dicit̃ q̃ elemēta ſubſtātiæ ſunt ſubſtātiæ, & hoc intēdebat cū. d. aut generātia ſubſtātiam. D. d. aut aliud. i. & dicit̃ etiā ens illud qđ exiſtit in ſubſtātia, & hoc vere eſt cæteris prædicamētis. D. d. aut quia negant &c. i. qm̃ quēadmodū hoc nomē ens dr̃ de oĩb⁹ iſtis modis, ita etiā dr̃ de negatione & affirmatiōe. Et intēdebat p hoc q̃ hoc nomē ens c dr̃ de primis intelligibilib⁹ & ſecūdis, & ſunt res logicæ. Et cū declarauit q̃ hoc nomē ens dr̃ oĩb⁹ modis iſtis incepit declarare q̃ cognitio eorū quæ dñr tali mō eſt vni⁹ ſciētiæ, & c. d. quēadmodū ſcia vna cõſiderat de reb⁹ attributis ſanitati. ſ. medicina, ita vna ſcia debet cõſiderare de oĩb⁹ attributis enti. D. d. qm̃ nō eſt vni⁹ ſciētiæ cõſideratio &c. i. res d enim quæ habēt vnā ſcientiā non tm̃ ſunt quarū ſubiectum eſt vnū gñe, aut ſpecie dicto vniuoce. ſed quarū eſſe attribuitur vni fini, aut vni agenti, aut vni ſubiecto. Et dixit hoc, quia eſt diſpoſitio entium ſcilicet q̃ attribuunt̃ vni fini, aut vni cõplemento, & hoc eſt quæſitū in hac ſciētia,

a Prædicamēta accidētiū nō attribuunt̃ ſubſtātiæ q̄a ſit agens aut finis eorū, ſed q̄a cõſtituūtur p illā, & ſubiectum ē eorū, ſed vide oppm̃. 2. de aīa. 36.

b Mot⁹. dr̃ ens, quia eſt via ad verū ens.

c Hoc nomē ens dr̃ de primis itelligibilib⁹ & ſecundis.


d Res q̃ habēt vnā ſciētiam nō tm̃ ſunt quarū ſubiectum eſt tm̃ vnum genere aut ſpē dicto vniuoce, ſed quarū eē attribuit̃ aut vni fini aut vni agenti aut vni ſubiecto.

tia. D.d.& quia ista dicunt &c.i.& quia declaratum est ꝙ hoc nomē ens dicitur modo modorū rerū.de quib⁹ dicitur hoc nomē vnū, manifestū est ꝙ vna sciētia cōsiderat de ente, & dispositio in hoc mō generis est sicut dispositio in gñe qđ dicit vniuoce, quia prædicabilia a essentialia inueniunt in hoc gñe qđ dr multipliciter, sicut inuenitur in gñe qđ dicit vniuoce, sed hoc nō inuenitur in gñe qđ dicit æquiuoce. & licet inueniat in quodā aliqđ verū, tñ nō est essentialiter. Possibile b est vt aliquod prædicabile prædicetur vere de aliquo nomine æquiuoco. Verbi gratia, omnis canis est pulcher, sed nō inuenitur in eis prædicabile essentiale omnino. D.d.& sciētia quæ est sciētia in rei veritate &c.i.& manifestū est ꝙ vera sciētia in talib⁹ rebus quę dñr per attributionē est sciētia primi quæ est in illo gñe per cuius cōtinuationē cum alijs attribuuntur illa alia ei, & a suo nomine denominant. D. dedit aliam ꝓpositionē manifestam.&.d. si igitur hic prius substantia &c.i.si igitur prius decē essentiū est substātia vt post declarabitur, & philosoph⁹ est ille qui scit primas causas omnium, necesse vt cognitio principiorum substantiæ sit accepta in diffinitione philosophi. Dicitur enim ꝙ philosophus est ille qui scit principia & causas substātiæ. & ista est declaratio prædictæ quæstionis in qua dicitur vtrum vnius scientiæ est consideratio de substantia aut nō. Deinde.d. sed vnumquodq; genus &c.i.& etiam manifestum est quod quodlibet genus entium habet vnam artem ꝙ vnam scientiam considerantem in omnibus speciebus illius generis. Verbi gratia, quod sonus est vnum genus, & habet vnam scientiam considerantem in omnibus speciebus sonorum, scilicet musicam. Deinde dicit, & ideo dicimus quod cōsideratio &c. id est, & hoc quod.d. manifestum est ex prædictis. Posuit enim quod quodlibet vnum genus habet vnam scientiam, & manifestum est quod ens est vnum genus, ergo ens habet vnam scientiam. D.d. formæ autem sunt formæ formarum.i.formæ aūt quis quidā dicūt cōsiderandæ sunt in hoc sciētia, sicut enim apud dicētes eas formæ formarū entiū, & ita hæc scientia cōsiderat de formis, ergo cōsiderat de formis formarum.

a Analogia pōt facere prædicatum essentiale.

b Pot eē ſtvt aliqđ prædicatum vere prædicet de aliquo noīe æquiuoco sed nō inuenitur in eis prædicatū essentiale olno.

CAPVT II.



I igitur ens & vnum idem, & vna natura. eo quod se adinuicem consequuntur sicut principiū & causa, sed non vt vna ratione, ostensa. Nihil autem differt nec si similiter suscipiamus, sed & præ opere magis. Idē enim vnus homo, & homo, & ens homo, & non diuersum aliquid ostēdit secūdū dictionē repetitā, hō, & ens hō, & vnus hō. Palā aūt quia non separantur, nec in generatiōe, nec in corruptiōe. Similiter aūt & in vno. Quare palam quia additio in his idem ostēdit, & nihil aliud vnum præter ens. Ampli⁹ aūt cuiuscūq; substātia est vnū nō secundū accidēs, similiter aūt & ꝙ qđē ens aliqđ. Quare quotcūq; vni⁹ sunt spēs tot & entis, de quibus quod quid est eiusdē scientiæ genere speculari. Dico aūt de eodē & simili & alijs talibus. Fere autem

Idē est vnus hō, & hō, et ens homo.

Quotcūq; vnius sunt spēs tot & entis.

re autem omnia reducuntur contraria in principium.

Vnum autem & ens cum sint idem: & habent eandem naturam: consecutio vtriusque ad alterũ est: sicut consecutio principij & causæ vnius ad alterum: non quia eadem diffinitio significat vtrumque. Nulla autem differentia est inter ea: & si existimãtes fuerimus tali existimatione. Sermo enim dicentis homo vnus: aut homo est: aut homo iste: idem significat: & nõ diuersa significat apud iterationem. Manifestum est non enim ꝙ sermo dicens homo iste & homo vnus: & homo est significat diuersa: cum non sit differẽtia inter dicere homo iste: & homo: neqꝫ in generatiõe: neqꝫ in corruptiõe. & similiter est etiã de vno. Manifestum est igitur ꝙ additio in istis significat idẽ: & nõ significat vnũ aliud ab ente: & etiam dicamus quod substantia est. vna non modo accidentali. & ideo dicimus quod substãtia cuiuslibet est ens. Manifestũ est igitur qđ formæ vniꝰ sunt secundũ numerũ formarũ entis: & vnius scientiæ est cõsideratio simpliciter de istis formis, scilicet quod vnius scientiæ est consideratio de conuenienti: & simili: & de alijs rebus similibus. Et vniuersaliter omnia contraria attribuũtur huic primæ scientiæ. A

Ens & vnũ significant eandẽ naturãm subiecto: sed vide opposi-tum. 12. me. com. 11. & 22. vbi. d. ꝙ nullam naturam significant.

Vm declarauit qđ vnius scientiæ est cõsideratio de ente & de causis suis, s. substãtia: & de causis substãtiæ vult etiã declarare quod istius sciẽtiæ etiã est cõsideratio de vno. Et dicit: vnũ enim ens &c. i. cõsideratio aũt de eo qđ significat vnum est istiꝰ scientiæ etiã. Quoniã vnũ & ens: aut significat idem omnibus modis, s. diffinitione & subiecto: aut vtrũqꝫ cõuertitur super alterũ: & cõsequit̃ illum: quia significant eandẽ naturã subiecto & duas diffinitiones sicut principiũ & causa. Nulla enim est differẽtia in hoc qđ intẽdimus inter ista duo, s. ꝙ quocũqꝫ sit illud qui considerat de ente debet considerare de vno: & si existimantes fuerimus ꝙ diuersas habent diffinitiones: tñ manifestum est per se quod perfecte consequuntur adinuicem. Omne enĩ ens est vnũ & ecõuerso: & ista est cõsecutio quã dixit. Et cũ dixit ꝙ nulla est differentia inter has duas opiniones de vno & ente, s. in hoc ꝙ sciẽtia vna debet cõsiderare de eis: incæpit declarare ea significare candem naturã in forma: licet diuersificentur secundũ modũ: & .d. sermo enĩ dicentis &c. i. & est necesse vt vnũ & ens significẽt eandẽ naturam non duas naturas diuersas: qa eadẽ natura intelligitur cum dicimus vnus homo aut homo est. i. ens: aut iste homo: qa iste dictiões iterãtur: licet importent dispositiones diuersas. Deinde cõfirmauit hoc: & .d. sermo enim &c. idest qñ quemadmodum manifestum est qđ nulla differentia est inter dicere iste homo: & homo: neqꝫ in generatiõe: neqꝫ in corruptione: ita est inter dicere homo: & iste homo vnus, s. ꝙ quemadmodum nõ numeratur subiectum quando dicimus iste homo & homo: neqꝫ in generatione: neque in corruptione: quia dicere nec in generatione nec B C

in corruptione est duplex negatio hominis: ita etiam est cum dicimus: iste homo: & iste homo vnus: hoc enim nomen vnum significat ex eo negationem & est priuatio diuisibilitatis. Auicen. autem peccauit multum in hoc quod existimauit quod vnum & ens significant dispositiones additas essentiae rei: & mirum est de isto homine quomodo errauit tali errore: & iste audiuit loquētes in nostra lege: cum quorum sermonibus admiscuit ipse suam scientiam diuinam. dixit enim quod dispositionum quaedam sunt intentionales: & quaedam animales siue essentiales: & dixit: q̄d vnum & ens reducuntur ad essentiam dispositā per illa: & nō sunt dispositiones additę essentiae: sicut est dispositio in albo & nigro & vno. Et iste homo ratiocinatur ad suam opinionem dicendo: ꝙ si vnū & ens significāt idē: tūc dicere ens est vnū esset nugatio quasi dicere vnū est vnū: aut ens est ens. Et hoc non sequeretur nisi diceremus q̄d dicere de aliquo q̄d est ens & vnū ꝙ significant eandē intētionem & eodē modos. Nos aūt dicimus q̄d significant eandē essentiā sed modis diuersis: non dispositiones diuersas essentiae additas: & secundum hoc nō est differētia apud istum hominē inter significationes quae significant eandē naturam modis diuersis absq; eo ꝙ significēt intētiones additas illi: & inter significationes quae significant in eadem essentia dispositiones additas illi scilicet diuersas ab ea in actu. Et fecerunt errare illum hominem res quarum quaedā est q̄a innuit hoc nomen vnū de genere nominū denominatiuorum: & ista nomina significāt accidēs & substantiam. Et etiā quia existimauit ꝙ hoc nomen vnū significat intentionē in re carente diuisibilitate: ꝙ illa intētio est alia ab intentione quae est natura illius rei. Et etiā quia existimauit quod vnū dictū de omnibus praedicamētis est illud vnū q̄d est principium numerorum: numerus aūt est accidens: vnde opinatus fuit iste quod hoc nomen vnū significat accidens in entibus: & non intellexit quod vnum quod est principium numerorum est ex entibus de quibus dicitur hoc nomen vnum: licet sit magis dignum hoc sicut scies in nono tractatu istius libri. Deinde dixit manifestum est ꝙ additio &c. & intendit per additionem hoc quod addimus vnum & ens eidem. Verbi gratia: quando dicimus iste homo & iste homo vnus: & quando dicimus iste homo & iste homo: nec in ḡnatione nec in corruptione: & istae duae significationes sunt idē: quia dicere iste homo significat vnū hominē per cōsignificationem: & cum propalatur hoc nomē vnum non erit differentia inter duas significationes: nisi q̄a in illo significatur vnum per consignificationem: vt hic ꝑ propalationē. D. induxit aliā ratiocinationē ad declarandū q̄d vnū significat de re disposita suam naturā non rem additā illi: &. d. & etiā substātia cuiuslibet &c. i. & etiam apparet q̄d vnū nō dicitur de re addita naturae dispositae ex hoc q̄a substātia cuiusq; rei est vna essentialiter: nō per rem additam illi. Quoniā si res esset vnū per aliquam rem additā suae naturae sicut credit Auicēna: tūc nihil esset vnū per se & per suam substantiā: sed per rem additam suae substātiae. Et illa res quae est vna si dicitur q̄d est vna, per intentionē additā suae essentiae: quaeretur etiam de illa re per quam sit vna: & per quid sit vna. si igitur sit vna per intētionē additā illi: reuertitur quaestio & procedetur in infinitū. D. d. & ideo dicimus quod substātia cuiusq; vnius cōmunis est

Digressio. Opinio Auic.

Motiuum Auicē. Solutio cō.

Causa erroris. Auicen. Denominatiua significāt substantiā & accn̄s. Idē. 5. met. cō. 16. Et q̄ ibi.

D

Quod ens si est vnū per rem additā cōtra Auic.

eſt eſſe eius.i.& ideo dicimus, qđ ſubſtãtia cuiuslibet vnius per quam eſt vnũ eſt ſuum eſſe per quod eſt ens. D.d.manifeſtum eſt igitur qđ formæ vnius ſunt ſecundũ numerũ formarũ entis.i.declaratũ eſt igitur ex hoc ſermone:ꝙ formæ ꝗs ſignificat vnũ ſunt ſcđm nũerũ formarũ & naturarũ quas ſignificat ens.ſ.qđ vtrũq; ſignificat decem prædicamẽta. D.d.& vnius ſciæ eſt cõſideratio &c.i.& manifeſtũ etiã qđ vnius ſciẽtiæ eſt cõſideratio de oĩbus iſtis formis & de proprijs eis & cõſequentibus ipſas:& iam diximus prius quod vnius ſcientiæ eſt conſideratio &c.ideſt quod iſta ſcientia conſiderat de cõuenienti & de diuerſo:& ſimili & diſsimili & eodem & æquali & inæquali:& vniuerſaliter de omnibus contrarijs conſiderat:& reducit ea ad prima cõtraria. Omnia enim contraria ſunt conſequẽtia ens ſecundum quod eſt ens:& conſideratio iſtius ſciæ eſt de primis cauſis in vnaquaq; iſtarum rerum.

Speculata ſunt autẽ a nobis & in egloga contrariorũ: & tot partes ſunt phyloſophiæ quot ſubſtantiæ: quare neceſſariũ eſt aliquã primam & habitam ipſis ſtatim enim exiſtunt genera habentia ens & vnum:quapropter & ſcientia hæc ſequunť. Et enim phyloſophus vt mathematicus dictus etenim hoc partes habet:& prima quædam & ſecunda eſt ſciẽtia & aliæ cõſequẽter in mathematicis. Qm̃ aũt vnius eſt oppoſita ſpeculari:vni aũt opponitur pluralitas: negationẽ autẽ & priuationẽ vnius eſt ſpeculari propter vtroq; modo ſpeculari vnum:cuius negatio aut priuatio aut ſimpľr dicta:qa nõ ineſt illi aut alicui generi:huic quidem ergo vni differentia adeſt:propter quod in negatione illius enim abſentia negatio eſt in priuatione vero ſubiecta quædã fit natura de qua priuatio dicit. Vni aũt plurali tas opponiť: quare & oppoſita dictis diuerſumq; & diſſimile & inæquale:& quæcumq; alia dicuntur autem ſecundũ eadẽ: aut ſecundum pluralitatem & vnũ eſt dictæ cognoſcere ſcientiæ:quorum vnũ quidẽ aliquid cõtrarietas eſt:differẽtia em̃ quędam cõtrarietas eſt.differẽtia aũt diuerſitas;quare qm̃ vnũ multipliciter dicitur:& hæc multipľr quidẽ dicẽtur:attamen vnius omnia cognoſcere eſt nõ alterius enim ſi multipľr ſed ſi nec ſecundũ vnũ nec ad vnum rationes referantur alterius tunc. Qm̃ vero omnia ad primũ referuntur:vt quæcumq; vnum dicũtur ad primum vnum:ſimiliter dicendum eſt de eodem & de diuerſo & contrarijs ſe habere:ergo diuiſum quotiens dicuntur ſingulum ſic reddendum eſt primum in ſingulis prædicamentis quomodo ad illud dicitur: hoc enim in habendo illud illa:vero in faciendo.alia vero ſecundum aliquos dicentur tales modos. Palam ergo quod in dubitationibus dictum eſt: quia vnius eſt de his & de ſubſtantia ſermonem habere:hoc autem

E
Vni⁹ eſt oppoſita ſpeculari.

erat vnum eorum quæ in dubitationibus.

Et nos perscrutabimur de hac opininne cum distinguemus contraria:& diuisiões & partes philosophiæ sunt secundũ numerum substantiarum. Manifestũ est igitur quod istæ substantiæ habent vnam substantiã priorem illis & altiorem omnib⁹ necessario:cuius prima genera sunt vnũ & ens: & ideo sciẽtiæ consequunt̃ hæc genera. Physicus enim assimilatur mathematico. sciẽtia enim mathematica habet partes:& istarũ scientiarum mathematicarum. hoc est primum:& hoc est secundũ:& similiter de alijs secundũ hunc modum:& cum vna sciẽtia debet cõsiderare de substãtijs secundũ oppositionẽ æqualiter: & æquale oppositũ vni in situ est multitudo. Manifestum est, qđ vnius sciẽtiæ est cõsideratio de negatione & priuatione:consideratio eñ de vtroq; est vna & vnius:aut erit negatio: aut erit priuatio quæ dicit̃ simpliciter:quod nõ est hoc:aut alicui generi. Inter igitur vnum & negationem est differentia:quia negatio est ablatio vnius, priuatio autẽ habet naturam subiectam sibi de qua dicitur. Cum igit̃ opponatur in situ multitudo vni manifestũ est ꝙ opponet̃ in loco diuersum & nõ dissimile & nõ æquale:& alia quæ dicunt̃ hoc modo:aut modo multitudinis. Et cum scientiæ quã diximus est cognitio vnius & cõtrarietas est vnum istorum & vnum dicit̃ multis modis: manifestum est quod hæc contraria dicuntur etiã de multis speciebus & vnius sciẽtiæ est cognitio omnium sicut est cognitio vnius: quoniam si ista dicuntur de multis speciebus : tunc cognitio oĩm non est plurium scientiarum:sed cognitio eorum erit plurium sciẽtiarum:cum nõ fuerit proprium eis sicut diximus aliquid vnum:& nõ dicentur de vno. Cum igitur attribuantur omnia vni primo quod est primum eorũ. Verbi gratia, ꝙ oĩa quæ dicunt̃ vnum attribuuntur vni priori. & similiter dicim⁹ de illo quod dicĩ idẽ & diuersum & de contrarijs:oportet igit̃ determinare primo secundũ quot modos dicitur vnũquodq; istorum & attributio eorũ suis principijs:& narrare quõ attribuunt̃ eis oĩa p̃dicamẽta. quoddã eñ dicit̃ primũ:qa habet primũ quoquõ:& quoddã dicit̃ primũ:qa agit aliquã actionẽ primi quoquomodo:& quoddã dicit̃ primũ alio modo istorum modorũ. Manifestũ est igitur ꝙ oportet scire ista & declarare diffinitionẽ eorum & diffinitionẽ substãtiæ:& ista quæstio est vna earum de qb⁹ p̃scrutati fuimus in capitulo quæstionum.

Et

Et nos perscrutabimur & declarabimus qđ cognitio omniũ cõtrariorũ attribuitur huic sciẽtiæ primæ cũ distinguimus secũdũ quot modos dicũtur cõtraria. D.d.& diuisiones philosophiæ &c.id est,)& si diuisiones & partes sciẽtiæ istius quæ dicitur prima philosophia sint secundũ numerũ specierũ substãtiæ,& substãtiæ sunt)multæ: manifestũ est qđ iste substãtiæ habẽt vnã substãtiã priorẽ & altiorẽ omnibus eorũ necessario. Deinde.d.& prima genera eius sunt & vnum & ens,id est,& manifestũ est qđ genera prima istius sciẽtiæ sunt vnũ ens,& ideo cõsequũtur genera partiũ vnius sciẽtiæ eorũ genera entiũ,id est,secundum numerũ eorũ erit & cõsequũtur partes sciẽtiæ vnius earum partes entiũ quæ sunt in illa sciẽtia,& ideo numerus partiũ istius scientiæ erit secundũ numerũ specierũ substantiarum. Deinde dixit philosophus enim assimilatur mathematico &c.id est,& dispositio in partibus philosophiæ primæ est sicut est dispositio partiũ mathematicarũ:quemadmodũ enim mathematicarũ quędã est pars prima.Verbi gratia,arithmetica & geometria,& quædã secunda.Verbi gratia aspectiua & musica. 4

Hic scientias medias enumerat inter mathematicas sciẽtias,)oppositũ videtur,po. ni.2.physi. text.cõ.20.

Ita est dispositio in partibus istius sciẽtiæ.Pars enim prima eius cõsiderat de substãtijs abstractis scilicet nõ prima in doctrina:sed prima in esse.Secũda autẽ cõsiderat de substãtia sensibili,& hoc est secundum in esse,primũ autẽ in cognitione est substãtia sensibilis consideratio em de substãtia sensibili & accidẽtibus suis est prima in cognitione,consideratio autẽ in substãtia abstracta est postrema in cognitione,& prima in esse,& ideo dicitur sciẽtia metaphysica. Et cum declaratur quod ista sciẽtia cõsiderat de vno cui opponitur multitudo,& cõsideratio de oppositis est vnius sciẽtiæ:incepit declarare hoc. Et dixit,)&· cũ vnius sciẽtiæ est cõsideratio &c.id est,& cũ necesse est vt eadẽ sciẽtia cõsideret de oppositis in substãtijs,& multitudo opponitur vni: manifestum est cum ista sciẽtia cõsideret de vno:qđ debet cõsiderare de multitudine. D.d.manifestũ est igitur &c.id est,necesse est) vt cõsideratio istius sciẽtiæ sit in affirmatiuo & negatiuo:vt cõsideret etiã de vno & multitudine:quia vnũ aut significat negationẽ multitudinis aut priuationem eius scilicet priuationẽ absolutã nõ priuationẽ quæ est) alicuius in aliqua hora,& nõ in alia,& in aliquo subiecto,& nõ in alio. D.d.)inter igitur vnũ & negationẽ &c.id est,& diximus qđ vnũ & multũ: aut opponũtur secũdũ negationẽ & affirmationem:aut secundũ habitũ & priuationẽ:quia differẽtia est inter priuationẽ & negationẽ.Negatio eñ est ablatio alicuius negati simpliciter,priuatio autẽ est ablatio ei⁹ a natura terminata,& cũ illa natura fuerit disposita per priuationẽ erit illud in forma affirmationis,& hoc intẽdebat cũ dixit:de qua dicitur priuatio,& differẽtia inter generationẽ & priuationẽ declarata est in logica modus aũt secũdũ quẽ vnũ & multũ sunt opposita declarabitur in tractatu in quo loquitẽ de vno & multo & alijs cõtrarijs. D.d.cũ igitur fuerit oppositũ in situ vnũ multo manifestũ est &c. id est, & manifestũ est qđ cũ oppositũ vnius est multũ qđ idẽ opponitur diuerso,& simile opponitur dissimili,& æquale opponitur ad nõ æquale,& talia similia quæ opponũtur sibi hoc modo:aut modo vnius & multi. D.d.& cũ sciẽtiæ quã diximus est cognitio &c.id est, manifestũ est igitur qđ istius sciẽtiæ est scire vnũ & hoc nomẽ vnũ dicitur de cõtrario secundum

F

Metaphisica diuiditur in duas partes. Idẽ.12. me.cõ. j. & 29.

Vide.10. me.t.cõ.4.

dū qđ vnū dicitur cōtrariū, & vnū dicitur de multo: manifestū est qđ hoc nomē cōtrariū dicitur de multis rebus. D.d. & vnius sciētiæ est connitio omnium &c. id est, & necesse est propter omnia ista vt vnius sciētiæ sit cognitio omniū modorū cōtrariorū, & est ista sciētia, est eñ eius cognitio modorū vnius. D.d. quoniā si ista dicūtur de multis rō nibus: tūc cognitio eorū nō erit multarū scientiarū, multa eñ quæ sunt multarū sciētiarū sunt multa quæ nō attribuūtur vni, ista autē quæ attribuūtur vni sunt vnius sciētiæ: sicut prius declarauimus. D.d. cum igitur attributio omniū cōtrariorū est primo qđ est primū eorū. V.g. &c. id est, & cū omnia ista habēt primū cui attribuūtur, & fuit necesse in hac sciētia scire primū in vnoquoq;, & quomodo attribuuntur ei ea quæ cōtinētur in illo genere. V.g. qđ necesse est scire vnū cui attribuūtur omnia quæ dicūtur vnū, & similiter est dispositio de cōtrariis & de eodē & de diuerso, oportet igitur prescire secūdū quot modos istorum dicitur vnūquodq; eorū: deinde scire attributionē eorū ad sua principia, & hoc fecit in tractatu quinto, in illo eñ tractatu posuit intētiōes omniū nominū de quibus cōsiderat ista sciētia. D.d. & narrare quomodo attribuūtur &c. id est, & narrādū est quid est primū in vnoquoq; genere istarū rerū, ista eñ inueniūtur plus quā in vno tractatu. V.g. quia vnū inuenitur in quāto & in quali & in substātia, & primo querendū est primū in prædicamēto substātiæ: deinde in vnoquoq; aliorū prædicamētorū. D.d. quoddā eñ dicitur primū qđ habet primū &c. id est, & similiter oportet scire secūdū quot modos dicitur primū, quoddam enim dicitur primū: quia habet speciē specierū primi, & quoddā dicit primū: nō quia habet aliquā speciē specierū primi: sed quia habet aliquā actionē aut passionē primi, id est, aut agit aut recipit actionē aliam actionū primi. D.d. manifestū est igitur qđ oportet scire &c. id est, & cū ita sit: est manifestū qđ oportet philosophū scire diffinitiones istarū rerū & diffinitiōes substātiæ quæ est causa omniū istorū. D.d. & ista quæstio est vna earū &c. id est, & ista quæ hic declarauimus esse cōsideranda in hac scientia est vna quæstionū difficilium de quibus perscrutati fuimus in tractatu præcedenti.

G

Philosophi est de omnibus posse speculari.

Et philosophi est de omnibus posse speculari: nā si nō philosophi quis erit qui inuestigabit: si idem Socrates & Socrates sedens: aut si vnum vni cōtrarium: aut quid est contrarium: aut quotiens dicitur: similiter autem & de aliis talibus quoniā, ergo vnius inquātum est vnum, & entis inquātum est ens eædē secundum se passiones sunt: sed non inquātum vnum aut lineę aut ignis: palā quia illius sciētiæ est, & quid sunt cognoscere & accidentia ipsis, & sic non peccant qui de ipsis intendebant quasi non philosophantes: sed quia primum est substantia de qua nihil audiunt: quare substantiæ omnio obliuiscuntur: quoniā sicut sunt & numeri & inquātū numerus propriæ passiōes: vt imparitas: paritas: cōmensuratio: æqualitas: excedentia, & defectio; & hæc secundum se, & adinuicem insunt numeris. Similiter

Vnius inquātum vnū, & entis in quātū ens eædē sunt passiones.

Eiusdē sciētiæ est cōsiderare subiectū, & per

militer autem & de folido,& immobili & mobili, & leui & graui:funt alia propria:fic & enti inquantũ eft ens funt quædã ꝓpria,& ea funt de quib⁹ eft philofophi perfcrutari veritati.

Quidã autem loquentes intromittunt se ad declarandum veritatem, & quomodo scienda est veritas, sed nõ possunt hoc quia nesciunt analectica. oportet enim adiscentem verum primo scire ista, & non quærere ea, cum quęretur ab eo de eis. Manifestum est igitur ex istis princip ĳs quod philosophus debet considerare de rebus quæ sunt magis altæ omnibus substantĳs in rei veritate, & debet perscrutari de princip ĳs syllogismi, & qui habet cognitionẽ alicujus generis debet posse narrare quæ sunt principia illlus gñis permanentia in rei veritate, & ideo oportet illũ qui habet cognitionẽ entium simpliciter vt possit narrare quæ sint principia eorũ in rei veritate. Philosophus autẽ habet cognitionẽ entiũ simpl'r, & ipse põt narrare principia vera. Et verũ principium quod est magis permanẽs quam alia

principia

principia est illud in quo deceptio non est possibilis. necesse est enim vt istud principium sit valde manifestum & notũ. Homines enim non decipiuntur nisi in eo quod nesciunt, & oportet illum qui habet cognitionem alicuius entis scire primum veritatem sine anaron. hoc enim primum non habet anaron, sed de necessitate oportet concedere illud illum qui habet cognitionẽ entis. hoc enim necessariũ est ei. Manifestũ est igit̃ quod primum in rei veritate permanẽs magis quã alia principia est quod narrauimus, & paulo post narrabimus quod est primũ.

Cum declarauit ꝙ ista sciẽtia habet cõsiderare de principijs cogni-
8 tionis, vult declarare modũ cognitionis qui est possibilis principijs & modum qui est impossibilis. Et. d. quidam autem loquentes &c. id est, quidam autem loquentes in scientijs speculatiuis volunt demõstrare primas propositiones: & isti sunt quos dixit & in posterioribꝰ,
Primo posteriorum tex. cõ. 6. quibus cõtingit, aut circulo, aut demonstrationẽ ꝓcedere in infinitũ. D. d. & quõ scienda est veritas. i. quærebant quibꝰ ꝓpositionibus & quibꝰ principijs oportet scire verũ existens in primis ꝓpositionibus, et hoc nõ possunt, quia nõ inueniũt ꝓpositiones manifestiores primis, & etiã quia cõtingit eis, aut circulo, aut demonstrationẽ procedere in infinitũ. Et causa erroris eorum fuit quia nesciunt quod dictum est in analecticis de disputationibus primarum propositionum, & differẽtia illius quod est notũ per se, & illius quod est notũ per aliud. D. d. modũ qui sciẽdus est ab addiscẽte veritatẽ de istis principijs, &. d. sed oportet addiscẽtẽ &c. i. sed quærẽs veritatẽ de istis principijs debet scire modos eorũ, & in quo differũt ab alijs, & hoc erit cum fuerit parata & nota apud ipsum cũ quæsitus fuerit de eis, & nõ fuit indigens querere ea. Deinde incepit dicere ꝙ philosophꝰ debet cõsiderare de istis, &. d. manifestum est igitur ex istis &c. i. manifestum est ꝙ quẽadmodũ philosophus debet cõsiderare de prima substãtia quæ est altior õibus substãtijs, sic habet etiã cõsiderare de rebus quæ sunt magis veræ quã altæ & magis altæ. s. de principijs syllogismi, syllogismus enim est vnum entiũ de quibus cõsiderat philosophus, & philosophus debet cõsiderare, de principijs entiũ. D. incepit declarare hoc alio modo, & d. & oportet illũ qui habet cognitionẽ &c. i. et quẽadmodũ oportet habẽtẽ cognitionẽ alicuius generis vt habeat posse ad sciẽdum principia cognitionis in illo genere, & ordines eorum in cognitione. sic oportet cõsiderãtẽ in ente secũdũ ꝙ est ens habere posse ad sciẽdũ principia cognitionis in eo ꝙ est cognitio nõ principia alicuius cognitiõis. D. d. primũ ĩ rei veritate qđ est &c. i. & oportet scire primũ ex istis pricipijs quod est magis manifestũ oĩbus, & illud primũ est in quo est impossibile decipi aut errare. Et hoc ꝙ dixit manifestũ est. quẽadmodũ enim oportet philosophũ attribuere quodlibet genus generum entiũ alicui post in illo gñe, & scire quid est illud primũ, ita oportet ipsum cũ cõsiderauerit de primis propositionibus attribuere omnia quæ sunt in illo
Idẽ. 2. met. cõ. primo. genere alicui primo in eis, & scire quid est illud primũ qđ est causa fidei in omnibus. D. d. necesse est enim vt illud primũ &c. i. & descri-

plimus

primus primum in cognitiõe quod est illud in quo impossibile est decipi, quia necesse est vt illud primũ sit valde manifestum & clarum nobis magis quam alia, & quod est tale impossibile est vt aliquis decipiatur in eo. Omnes eñ hoíes nõ decipiunt nisi in eo quod nesciunt, aut in eo cuius cognitio non est valde manifesta. D.d.& oportet habentem cognitionem &c.i.& oportet illũ qui scit primum sciat verum, quia non habet contradictorium, contradictorium enim primi est falsum. D.d. sed necesse est concedere &c.i.quia ex eo acquiritur cognitio entiũ, & vniuersaliter omnis habens scientiam aut fingens se habere, necesse est ei cõcedere hoc principium esse. D.d.manifestum est igitur quod primum verum &c.i.& cum hoc declaratũ est, manifestũ est quod primum verũ quod est magis verũ oĩbus alijs debet disponi secũdũ q diximus.s. q sit impoſſe vt declaret per aliud, & vt sit manifestũ, maxime ita quod nulla deceptio accidat in eo, & post declarabitur q principium est tale.

P Hoíes non decipiuntur nisi in eo q nesciunt aut in eo, cuius cognitio nõ est valde manifesta.

Idẽ eñ simul esse, & nõ inesse eidem, & secũdũ idẽ impoſſe & quæcũq alia determinaremus vtique sicut determinata ad logicas difficultates, hoc aũt omniũ firmissimũ est principiorũ. Hæc eñ dictã determinationẽ. Impossibile nãq quæcũque idem existimare esse & non esse, queadmodũ quidem quidam putãt dicere heraclitũ. Nõ eñ est necesse quæ aliquis dicit hoc existimare. Si vero non cõtingit simul inesse eidẽ cõtraria. Determinata sint autem à nobis & huic propositioni cõsueta, contraria vero est opinio opinioni quæ contradictionis. Palã, quia impossibile simul existimare eũdem esse & nõ esse eidẽ simul eñ habebit cõtrarias opiniones qui de hoc est mentitus. Quapropter omnes demõstrantes in hãc reducũt vltimã opinionẽ. Natura nãq principium & aliarum dignitatum hæc omniũ.

Q Non est necesse quę aliqs dicit hoc existimare.

CAPVT IIII.



Vnt aũt quidam qui vt diximus dicebant cõtingere idẽ esse & nõ esse & existimare ita. Vtunt autẽ rõne hac multi eorũ qui de natura. Nos autem nũc accipimus quasi impossibile existẽte simul esse & nõ esse. Et propter hoc ostendimus quia firmissimum id principiorũ omnium est. Volunt aũt & hoc demonstrare quidam propter ineruditionem. Est eñ ineruditio non cognoscere, quorũ oportet quærere demonstrationem, & quorũ nõ oportet. Totaliter quidẽ eñ omniũ esse demonstrationẽ est impossibile, nam nõ in infinitũ procederet vt nec ita foret demrõ, si vero quorundã nõ oportet quærere demrõnẽ, quod volũt magis esse tale principiũ nõ habent dicere, est aũt demõstrare elenchice & de hoc, quia impoſſe si solũ aliquid dicit qui dubitat, si vero nihil derisio est quærere rõnem ad nullã habentẽ rõnem, inquãtũ nõ habet

R Ineruditio est non cognoscere quorũ oportet quærere demrõnem: & quorum oportet.

bet rationem similis enim plante talis inquãtum talis iam est. Elenchice autem demonstrare vtiq; videbitur parum differre & demonstrare, quia demonstrans quidem quod in principio, sed nec tali existente causa elenchus vtiq; erit & non demrõ.

Sed oportet nos distinguere primo quod impossibile est vt vnum sit in duobus insimul, & oĩ modo, & alia similia istis quæ erunt distincta à nostra indigentia in quæstionib⁹ logicis difficilibus. Hoc igitur est primũ magis firmum quam omnia principia. in eo eñ est distinctio dicta. Nullus eñ hominum posset existimare q affirmatio & negatio sunt idẽ, sicut quidã existimãt q Heraclitus dicebat. hoc eñ nõ esse necesse q illud quod aliqs dicit existimet esse verũ necessario. Quoniã si hoc esset poẽ, poẽ esset vt cõtraria essent in eodem, & ideo oportet nos primo distinguere in hac ppõne etiã q assueti sumus distinguere, qñ si cõtradictoria opponunt sibi adinuicẽ, manifestum est q impoẽ est vt aliqs existimet vt affirmatio & negatio sint insimul, cõtingit eñ peccantibus hoc peccato opinari, qa cõtrarietas est simul, & ideo oẽs q vtunt hac demrõne peruenĩũt ad hãc dignitatẽ per vltimã. Ista eñ dignitas prior est oĩbus dignitatibus vr̃ibus cõmunibus. quidã eñ sicut diximus fingũt possibile esse existimare q affirmatio & negatio sint simul, & idẽ, sicut narrauimus, & dñt hoc multi naturales. Nos aũt iam diximus q impossibile est vt affirmatio & negatio sint simul, & ideo declarauimus quod hoc principiũ est firmissimũ omniũ principiorũ, & quidã laborãt ad declarandũ hoc primũ per demonstrationẽ propter suam ignorantiam & paucitatem suæ instructionis. Est enim male instruct⁹ qui nescit in quib⁹ oportet quærere demõstrationẽ, & in quib⁹ nõ oportet, impossibile eñ est vt demonstratio sit in oĩb⁹ rebus vr̃ qñ si hoc esset possibile, tũc res essent infinitæ, & secũdum hunc modũ non erit demrõ etiam. Neq; si ex rebus esset aliquid in quo non oportet quærere demonstrationẽ, neq; põt aliqs dicere q aliud principiũ est sicut istud principiũ, sed neque aliud prius eo & possibile est vt aliquis accipiat demonstrationẽ secundũ modũ erroris q hoc est impoẽ si aliquis dicat à quo quęrit in hoc. Si aũt nihil dicit rectũ est deridere illũ quærentẽ sermonẽ à quo nullũ sermonẽ habet. Qñ q est talis, siñis est plãtis ĩ hac dispõne secũdum quã est. Et si finxerit q differẽtia est inter demonstrationẽ secundũ hũc modum erroris, & demonstrationẽ simplicem

simplicem. Quia ille qui inducit demonstrationem: si existimauerit quod inducit eam ex primo noto: causa est aliud: hoc erit error: & non erit demonstratio. Et omnia ista sunt concessio: quod sermo aut affirmat aliquid, aut negat aliquid.

CUM disposuit primū qd' est manifestius omnib⁹ dispositionibus proprijs secūdū q̄ est primū cognitione: incepit notificare quid est hoc primū. B t.d. sed oportet nos &c.i. & cū declaratū est q̄ philosophus debet considerare in principijs cognitionis: manifestū est q̄ primo debet distinguere primū q̄ si homo nō cōcesserit impoſſe est philosophari: & est quod impoſſe est vt duo opposita sint insimul: & eodē modo alia principia similia isti in cognitione. V.g. q̄ dictiones habent significationes determinatas: & q̄ diffinitiones sunt necessariæ. D.d. hoc igitur est primum quod est magis firmū omnibus principijs &c.i. & principiū dicens q̄ duo opposita nō cōgregantur simul in eadem re & eodē mō est primū & manifestius oībus principijs. illud em̄ contingit dispositionibus quibus primū disponitur. Est em̄ manifestius omni propositione: & nullus decipitur in ea: & nulla demonstratio est demonstratio nisi concedendo istā propositionē. D.d. nullus em̄ hominū &c.i. & dixit q̄ illud primum est illud primū quod posuimus: q̄a impoſſe est vt aliquis decipiatur in hoc primo. s. q̄ affirmatio & negatio sunt idē: vt dicitur q̄ Heraclitus opinabatur hoc. D.d. nō em̄ est necesse &c.i. & sermo istius hominis non est verus. Non em̄ oē quod existimatur & dicitur debet esse verum: adeo q̄ hoīes credantur in duobus in vtroq̄ cōtradictorio. Deinde. d. quoniā si hoc fuerit sic &c.i. q̄m̄ quādo aliquis existimauerit aliquid esse: & ali⁹ existimauerit illud non esse & vtrūq̄ fuerit verum: tunc negatio & affirmatio erūt simul in eodem. Deinde. d. & ideo oportet nos distinguere primo &c. i. & ideo oportet dicere in defendendo hanc propositionem illud quod assueti sumus dicere. quoniam manifestū est per se q̄ affirmatio & negatio nō congregantur insimul. D.d. contingit peccanti &c.i. contingit igitur dicenti hoc opinari q̄ duo contraria existāt simul in eodem actu. V.g. q̄ idē est calidū & frigidum simul: & ens non ens: quod est impossibile. D.d. & ideo omnes qui vtunt demōstratione &c.i. & testat huic opinioni hic q̄ oīs qui vtitur demonstratione: & vniuersaliter syllo ponit hāc dignitatē. s. contradictoriæ nō congregantur: & ideo ista dignitas est prior oībus dignitatibus: & cōis naturaliter oībus. impoſſe enim est vt disputatio aut ratiocinatio fiat sine illa. D.d. & quidā sicut diximus &c.i. & sicut diximus quidam existimāt q̄ idē est negatio: & affirmatio & negatio: & ideo declarauit q̄ hoc principiū est firmius omnibus principijs. s. q̄ si isti nō negarēt: hoc principiū nō loquerentur de eo sed q̄a destruens hoc principiū destruit philosophiā: oportet solicitari: in defendēdo ipm: & q̄a hoc nō pōt demrari sed tm̄ homo vtit in defensiōe ei⁹ sermonib⁹ veris: & valde pbabilib⁹: q̄s nullus pōt negare: & quidā errāt i hoc & existimāt ipm posse demrare: &.d. & qdā laborāt &c. i. & qdā existimāt poſſe esse demonstrare hāc ppositionē dicentē quod duo cōtraria nō cōgrrgant: & hoc cōtingit eis quia nō fuerūt instructi per dialecticā: & quia ignorāt differentiā inter ea quæ indigent demonstratio

9

S Sine primo principio impossibile est philosophari.

2

stratione: & inter ea quæ non indigent demonstratione. D.d.impośe est &c.i.&.d.ꝙ impossibile est hoc pricipiū demōstrari:qm̄ si hoc principium quod est manifestissimū omniū principiorū fuerit demonstratū, necesse est vt omnia vniuersaliter habeant demonstrationem. Et si principia demonstrationis habeant demonstrationē: & omnis demonstratio fiat ex principijs:necesse est vt oīs demōstratio habeat demonstrationē: & vt procedat hoc in infinitū:& sic nulla demonstratio erit: & ideo dixit:& secūdum hunc modū nō erit demr̄atio.i.secūdū processum in infinitū. D.d.si aūt sunt aliqua de quibus oportet quærere &c.i.si autem posuerimus qđ quædā sunt de quibus fit demr̄o: & quædā de quib⁹ impossibile est vt fiat demonstr̄o:impossibile est vt aliquis inducat demonstrationē ꝙ hoc principiū est verū nisi sit demonstratio errans si ille qui hoc dicit dicat aliqd.i.aliqđ intelligibile. Et.d.hoc:qa cū dixit aliquod intelligibile ponit hoc fundamētū.s.ꝙ duo opposita nō cōgregant insimul. D.d.& finxerūt &c.& dicit hoc:qa qui nō concedit hoc fundamentū nō potest dare fundamētū verū neq; errās.q em̄ intelligit demonstrationē errantē tm̄ errat in hoc quia accipit hoc qđ non est causa pro causa:& ideo negās hoc fundamentū nō potest facere demonstrationem neq; modo erroris:& cum ita sit:tūc inter istas duas demonstrationes nō est differentia in hoc:adeo quod aliquis finget esse possibile demonstrationem fieri de hoc fundamento secundum modum erroris: quoniam cū duo opposita fuerint vera:nullus erit omnino demonstrator.

Nō vnū significare: nihil significare est hinc sumi solet quod nō cōtingit intelligere duo vt duo. & ex hic etiam sumitur ꝙ significare sequitur intelligere. Idē. 7.met. t.cō.54.

Principium vero ad omnia talia nō velle aut esse aliqd dicere aut nō esse.Hoc enim forsan vtiq; quis opinabitur qđ à principio petere:sed significare quidē & aliquid & ipsi & alij. Hoc enim necesse est si dicat aliquid: si enim nō cū tali nō vtiq; erit sermo:nec ipsi ad seipsum:nec ad alium.Si quis autē hoc dederit erit demr̄o.Iā em̄ erit aliqd diffinitū:sed tn̄ nō demonstrās: sed sustinens.Interimens enim rationē sustinet rationē. Primū qdē igit̄ manifestū ꝙ hoc idē verū est qđ significat nomē esse: aut nō esse:quare nō vtiq; oē sic & nō sic habebit.Ampli⁹ si hō significat vnū sit hoc animal bipes. Dico aūt significare hoc: si hoc est homo:si sit aliqd homo:hoc est hominē esse. Nil aūt differt nec si plura quis dicat significare solū aūt diffinita.Ponetur enim vtiq; singulis rationib⁹ alterū nomen.Dico aūt vt si non dicat hominē vnū significare:sed multa:quorū vnius quidem vna ratio animal bipes.Sunt aūt & aliæ plures sed diffinitæ numero.Ponetur enim propriū nomē secundum vnāquāq; rationem:si aūt nō ponatur:sed infinita significare dicat:palā qa nō vtiq; erit ratio.Nam nō vnum significare nihil significare est. Non significantibus autem nominibus auferetur adinuicem disputare: secundum veritatem autem & ad seipsum. Nihil enim contingit intelligere nihil intelligentem vnum. Si au-

tem

tem contingit ponatur huic rei nomen vnum.

Primū igiť oīm istorum est cōcedere,quod sermo aut negat aliquid aut affirmat aliquid: & dignum est opinari quodlibet hoc esse primū solū manifestū. Et necesse est vt sermo loquētis sit signū de aliquo apud ipsum: & apud alium:si aliquid dicit. Quoniam si hoc non fuerit non poterit disputare:neq; secum: neq; cū alio. Si igitur aliquis concesserit hoc erit demonstratio. concedet enim aliquid esse terminatum finitū: & causa essendi hoc est inducens demonstratione. Immo ille cui contingit con cedere quia negat loquelam: & contingit ei cōcedere loquelā. Manifestum est igitur primo quod iste sermo est verus:nomen enim est signum ad affirmandum aliquid aut negandum: & si ita sit:affirmatio alicuius & negatio nō est simul. Et etiā si hoc nomen homo significat vnū : sit illud vnū animal bipedale: & dico quod hoc nomē vnū significat hanc vnā intentionē:si dicit hoc esse hominē secūdū quod est homo in rei veritate. & si aliquis dixerit quod nomē significat multa.sed illa sunt terminata:nō erit differētia inter sermonē eius:et inter primū sermonē. Impossibile em̄ est ponere multa noīa de vnaquaq; rerū nomē cōueniēs diffinitioni rei. V.g.si aliquis dixerit ꝙ hoc nomē homo nō significat vnū sed multa: & quod vnūquodq; illorum multorū habet diffinitionē & habet rationē dicentem: animal bipes: & finxerit quod hoc nomen homo significat illud quod dffinitur per hanc rationem: & alia multa quæ diffiniuntur per alias rationes: sed illa sunt terminata numero: dicemus quod possibile est ponere nomē proprium vnicuiq; istorum: secūdū quod cōtingit diffinitioni. Si aūt aliquis dixerit quod impossibile est ponere nomen propriū vnicuique istorū secundū quod cōuenit diffinitioni eius: & finxerit quod vnū nomē significat multa infinita: manifestum est ꝙ illud nomen non est diffinitio omnino. Quod enim nō significat vnū nihil significat & si nomina nihil significant destruetur sermo & loquela inter nos & in rei veritate destruetur nostra consideratio. Qui enim nō intelligit aliquid quod est vnum:impossibile est vt aliquid intelligat omnino. Si autem intellexerit aliquid esse vnū: possibile erit vt ponat vnum nomen huic alicui intellecto.

Primū &c. & dignū est existimare ꝙ hoc &c.i.sermo ꝙ negare & affirmare nō cōgregant insimul. D.d.rōnē sup hoc a q̈ aliq̈ mō nō pōt negās hoc euadere. Et d. & necesse est vt sermo loquētis &c.i.dicam⁹ igiť ꝙ necesse est hoī cōcedere ꝙ sermo dicentis.i.ꝙ sua loquela sigñat 10

illud quod est in eius aĩa apud ipm: & apud ipm cũ quo loquiť: sed ille
qui loquiť dicit aliquod intelligibile:quod si illud quod dicit non fue/
rit intelligibile apud ipsum & apud audientẽ non fit disputatio neq; ad
ipsum neq; ad alterũ. D.d.si igitur aliquis concesserit hoc &c.i.si igiť
aliquis cõcesserit q diciones habent proprias significationes,concedit
demõstrationẽ esse & hoc principiũ esse super qđ fundať demonstratio.
concedit eñ quod dictiones significant res terminatas finitas & non di/
uersas res nõ oppositas:sicut cõtingit dicenti quod affirmatio & nega/
tio sunt idem.V.g.homo & non homo. D.d.& causa essendi &c.i.&
causa fidei huius.s.hoc principiũ esse est ille qui inducit demonstrationẽ
ad negandũ ipsum: qm̃ negando demõstrationẽ contingit ipsum dicere
demonstrationem esse.D.d.sed ille cui contingit cõcedere &c.i.sed con
tingit ei concedere illud quod negauit:qui enim negat loquelam contin
git ei concedere loquelam esse.Non enim negat loquelam nisi per loque
lam.Loquela eñ nõ significat aliquid nisi concedendo quod duæ con/
tradictoriæ nõ cõgregant:& q noĩa significant res terminatas. D.d.
manifestum est igitur quod iste sermo &c.i.& si dictiones non haberent
significationes intelligibiles: necesse est vt dictio sit quæ significat affir/
2 mationẽ alicuius:& dictionẽ quæ significat negationẽ eius:& sic affirma
tio & negatio alicuius nõ erit insimul, id est,nõ significant idem. Et
quia disputatio istorũ fundatur super hoc quod dictiones habẽt signifi/
cationes terminatas ,ppter hic qđ intẽtiones sunt terminatæ:incepit de/
clarare hoc:&.d.& etiã si hoc nomẽ homo &c.i.& si hoc nomen homo
significat vnã intentionẽ & illa intẽtio habet diffinitionẽ. sit igitur illa
diffinitio aĩal bipes.& quia hoc nomẽ homo dicitur per transsumptionẽ
de homine picto.d.& dico quod nomen homo &c.i. & dico quod hoc
nomẽ homo significat vnã intẽtionẽ cũ fuerit acceptũ secũdũ verã inten
tionẽ ad quã fuit positũ.s.ad aĩal rationale cũ nõ fuerit acceptũ secundũ
trãssumptionẽ.tũc eñ significabit intẽtiones plures vna. D.d.& si ali
quis dixerit qđ hoc nomẽ &c.i.& si aliquis dixerit qđ vnũquodq; no
minum habet plures intẽtiones:sed ille intẽtiones sunt terminatæ in nu
mero:nulla erit differentia inter hunc sermonẽ:& sermonẽ dicentẽ quod
vnũquodq; oĩm significat vnã intentionẽ. qm̃ qñ aduersari⁹ cõcesserit
noĩa nõ causas esse significãtia multa:sed terminata in numero:possibi/
le erit vt vnũ nomẽ ,ppriũ significet vnũquodq; illorũ multorum. & sic
erũt noĩa quorũ vnũquodq; signat vnã intẽtionẽ cõuenientẽ suæ diffõni.
D. d. exẽplũ.&.d.V.g.&c.i.V.g.vt aliqs dicat q hoc nomen homo
significat multas intẽtiones nõ vnã.& vna aliarũ intẽtionũ diffiniť quod
est aĩal bipes:& vnaquæq; illarũ intẽtionũ quas signat hoc nomẽ homo
habet diffinitionẽ:dicem⁹ q secundũ hoc posse est ponere vnicuiq; illa/
rum intẽtionũ nomẽ secũdũ suã diffinitionẽ:& sic erũt intentiones quas
significãt noĩa & diffinitiones vnæ. D.d.si aũt aliqs dixerit &c.i.si au
tẽ aliqs dixerit qđ impossẽ est vt nomẽ significet vnã intẽtionẽ: sed infi/
nitas:manifestũ est qđ cõtingit ei dicere qđ noĩa nõ habẽt diffinitiones
oĩno. D.d.qđ eñ nõ significat vnũ nõ significat aliqd.i.qm̃ qđ signifi
cat infinitũ nõ habet naturã terminatã:& qđ est tale nõ est terminatum:
& quod non terminatur non significat aliquid. D.d.& si nomen &c.i.
& cum nos non intelligemus vnã intentionem:tũc nullũ nomen signifi/
cabit

cabit vnam intentionem,& cum nomina non significabunt vnas intentiones destruetur consideratio,& disputatio,& similiter cum non intellexerimus vnam intentionem destruetur cōsideratio inter nosmet apud cognitionem. Qui enim non intelligit aliquid esse vnum impossibile est vt intelligat aliquid omnino:aut cogitet in aliquo omnino. D.d.qui autem intelligit aliquid esse vnum &c.& hoc quod dixit manifestū est: quoniam qui ponit nomen quod significat intentionem vnam intelligit vnam intentionem esse, & qui intelligit vnam intentionem esse potest ponere nomen significans illam intentionem. Qui autem non intelligit vnam intentionem non potest ponere nomen omnino.

Sit itaq; sicut à principio dictum est significans aliquid nomen & significans vnum. Non itaq; contingit homini esse significare:quod quidem non esse homini si homo significat nō solum de vno sed & vnum. Non enim hoc significat vnū significare q de vno: qm̄ sic vtique musicum & album & homo vnum significarent:quare vnum omnia erūt. Synonyma nanq; & non erunt esse & non esse idem nisi secūdum æquiuocationem:vt si quem nos homines vocamus alij non hominem vocent. Dubitatum vero hoc non est si contingit idem esse & nō esse hominē secundū nomē sed secundū rem. Si autē nō significet alterum homo & nō homo:palam quia non esse homo:ab esse homini non erit alterū:quare erit homini esse non homini esse:vnum enim erit,hoc enim significat esse vnum: vt vestimentum & indumentū si ratio vna. Si verò erit vnum & vnū significat homini esse & non homini: sed ostensum est quod alterū significat. Necesse itaq; si verum quod est dicere:quia homo animal est bipes, hoc enim erat quod significabat homo. Sed si hoc necesse nō cōtingit nō esse hoc ipsum animal bipes.

Sit igitur nomē significans aliquid:sicut diximus primo,& sit nomē alicui vni. Et si ita sit impossibile est vt hoc nomē homo:secundū q est homo:significet non hominē. Cum hoc nomen homo non significat vnam intentionem tātum:sed significet etiā aliquod vnum:non dico quod prædicetur de vno:qm̄ secundum hunc modum significat musicus & albus & homo idem,& sic efficiuntur hæc nomina vnum insimul nō erit vnū nomen nisi rebus conuenientibus nomine, & diffinitione, & impossibile est vt vnū sit,& nō sit simul:nisi secūdū æquiuocationē. V.g. quia possibile est vt alij vocēt nō hoīem illud q nos vocamus hominem. Sed illud de quo nos modo perscrutamur non est vt nomē hominis sit & non sit simul,& in eadē dispositione. Sed perscrutamur vtrū sit possibile vt homo sit & non sit simul,& in eadē dispōne. Si igit̄ nō fuerit ita. & vnū nomē

ſignificet hominem, & non hominem: manifeſtum eſt: quod nomen quod ſignificat non hominem ſignificat hominem. Et erit ſermo dicentis hominem ſignificans non hominem, & erunt iſti duo ſermones vnum. Multa enim non ſunt vnum: niſi quando diffinitiones & rationes eorum ſunt vnum: vt tunica, & veſtis. Si igitur iſti duo ſermones ſunt vnum: tunc dicere hominem & non hominem: ſignificat vnum. Sed iam declarauimus quod iſti duo ſermones ſignificant diuerſa. Ergo neceſſe eſt vt omne quod nominatur homo in rei veritate ſit animal bipes: quia hoc nomen homo ſignificat hoc. Et cum hoc eſt neceſſarium: impoſsibile eſt vt ſit aliud ab animali bipede.

11 Cũ declarauit hoc nomẽ eſſe ſignificãs vnã intentionẽ. d. ſi igitur nomen &c. id eſt, ponamus igitur qđ nomẽ ſignificet aliquid vnum, & cũ

T hoc poſitũ fuerit impoſsibile eſt vt ponatur qđ nomina cõtradictoriorũ ſignificãt vnã intentionẽ. V.g. vt nomẽ hominis & nõ hominis ſignificet vnã intentionem. D.d. & nõ dico qđ prædicetur de vno &c. id eſt, & non intẽdimus cũ diximus qđ homo ſignificat vnũ qđ prædicatẽ de vno: nomina ẽm quæ prædicanẽ de vno & ſunt denominatiua nõ ſignificãt vnã intentionẽ. V.g. albũ & muſicũ: ſed intẽdimus ſignificationẽ nominũ nõ denominatiuorũ. D.d. qm̃ ſecũdũ hũc modũ &c. id eſt, qm̃ ſi intẽderemus cũ dicimus quod homo ſignificat vnum qđ prædicatẽ de vno: tũc ſecundũ hũc illud quod ſignificat hoc nomẽ albũ, & hoc nomẽ muſicũ eſſet vnũ: quia prædicanẽ de vno & ſic efficerenẽ illa quæ ſignificãt hic nomina vnũ & hoc intẽdebat cũ. d. iſta igitur nomina efficiunẽ vnũ nomẽ inſimul. D.d. nõ ſunt vnũ nomẽ niſi in rebus conueniẽtibus nomiue & diffinitione. i. & vnũ nomẽ nõ erit multis rebus niſi qñ illę res fuerint cõueniętes nomine & diffinitione, & ſunt illę quæ dicunẽ vniuoca. D.d. & impoſsibile &c. i. & dicere quod aliquid eſt et nõ eſt: nõ eſt verũ inſimul niſi aliqs vocet ens quod eſt nõ ens & quod eſt nõ ens, ens. Sed nos videmus quod quælibet genus ponit dictionem propriã affirmationi, & dictionẽ propriã negationi, & ſic impoſsibile eſt vt hæ duæ dictiones ſignificẽt apud eos idẽ: quia iſta perſcrutatio eſt de grãmatica. d. ſed illud de quo perſcrutatur modo nõ eſt &c. id eſt, ſed iſta perſcrutatio quã intẽdimus nõ eſt vtrũ poſsibile ſit vt nomen affirmationis & negationis ſit vnũ apud aliquã gentẽ, ſed vtrũ poſsibile ſit vt intẽtio affirmationis & negationis ſit eadẽ: adeo ꝙ idem intelligatẽ de homine & nõ homine, ſcilicet ꝙ hoc nomẽ homo & non homo ſint ſynonyma, & diffinitio hominis & nõ hominis ſit eadẽ, & hoc intẽdebat cũ. d. ſi igiẽ non fuerit ita &c. id eſt, ſi igitur illud ꝙ ſignificat homo non fuerit illud ꝙ ſignificat nõ homo: ſed potẽtia eorũ fuerit ſicut potentia vnius nominis: ſicut eſt diſpoſitio in nominibus ſynonymis: manifeſtum eſt ꝙ hoc nomẽ nõ homo & homo ſignificãt idẽ. D. incepit dicere ꝙ accidit hoc in nominibus ſcilicet vt diuerſa nomina ſignificent. idem & d. & nomina multa ſunt vnũ, id eſt, nomina multa ſignificãt vnũ quãdo ea quæ ſignificãt illa multa nomina fuerint in diffinitione vnũ. V.g. veſtis & tunica quarũ diffinitio eſt vna licet nomẽ nõ ſit vnum. D.d. ſi

Nomina denominatiua quæ prædicanẽ de vno non ſignificant vnã intentionem.

igitur

igitur isti duo sermones &c.id est, si igitur diffinitio hominis & non hominis fuerit eadẽ: tunc significatio huius nominis homo & non homo erit eadẽ, & erũt duo nomina synonyma significantia vnã intentionem.

D.d.sed iam declarauimus &c.id est, sed iam declarauimus ꝙ diffinitio quã significant homo est alia a diffinitione quã significat non homo ex eo ꝙ diximus. Quoniam si diffinitio esset vna destrueretur locutio.

D.d.necesse est igitur &c.id est, & cũ diffinitio quam significat alterũ istorum: alia est a diffinitione quam significat alterum, necesse est vt nomen hominis veri semper significet animal bipes: quod est diffinitio ei⁹, & vt non significet in aliqua hora aliud ab animali bipede.

Hoc enim significat necesse esse impossibile non esse hominem. Non igitur contingit simul verũ esse dicere idem hominem esse, & non esse hominem. Eadem autem ratio & in non esse hominem. Nam esse & nõ homini esse alterũ significat. Si quidem albũ esse & hominem esse alterũ: multũ em̃ opponitur illud magis: quare significat diuersum. Si aũt & albũ dixerit significare & vnũ ratione cũ homine & lapide idẽ dicimus quod & prius dictũ est: quia vnũ omnia sunt, & nõ solũ opposita. Si aũt hoc nõ contingit: contingit ꝙ dictũ est si respõdeatur ad interrogatũ. Si aũt opponat interrogante simpliciter & negationes nõ respondetur ad interrogatũ. Nihil enim prohibet esse idem & hominem. & albũ, & alia mille secundũ pluralitatem. Attamẽ interrogãte si verũ est dicere hominem hoc esse: aut nõ? respõdendũ est vnũ significatũ & nõ addẽdũ: quia & albũ & magnũ. Etenim impossibile, infinita entia accidentia permeare. Aut igitur omnia permeetur: aut nullum. Similiter aũt & si millies est idẽ homo & nõ homo: nõ est correspondendum interrogati: si homo est quia est simul & non homo: si non & alia quæcũq; acciderent sunt correspõdentia quæcũq; sunt: aut non sunt. Si autem hoc non fecerit: non disputat. A

Ad vnum quæsitũ vna responsio.

B

Si igitur aliquis dixerit ꝙ necesse est dicere vt hoc nomen homo significat hoc ꝙ impossibile est vt nõ sit homo. Si igiẽ ita sit impossibile est vt sit verum dicere ꝙ idem est homo & non homo insimul. Et iste sermo possibilis est etiã in sermone dicentiũ nõ hominẽ. Dicere em̃ hominẽ significat aliud ab eo ꝙ significant dicere nõ hoĩem: sicut dicere albũ significat aliud ab eo ꝙ significat hõ. Sed hæc noĩa homo & non homo sunt cõtraria in situ valde magis ꝙ̃ hęc nomina albũ & homo. Manifestũ igiẽ ꝙ vtrũq; eorũ significat aliud. Si igitur aliquis dixerit ꝙ hæc nomina albũ & homo significant idẽ: dicemus ei etiã ꝙ primo diximus. Omnia em̃ secũdũ hunc sermonẽ sunt

idem:non contraria tantū sed oīa. Si igit non fuerit hoc sic:accidit ꝙ diximus:si loquēs respōderet de eo quod quęritur ab eo. Si autē quæreretur ab eo simpliciter de negatiuis nō responderet ad quęsitum:qm̄ sic possibile est vt idem sit homo,& albū, & alia multa. Sed cū quęsitū fuerit ab aliquo vtrū sit verum dicere hoc esse hominē.aut nō esse verū:debet respondere per nomen ꝙ significet vnū eorū de quibus quærit,& non addere in suo sermone dicendo ꝙ hoc dicitur homo,& albū,& magnū. Impossibile enim est numerare omnia accidētia cū sint infinita. Et ideo;oportet ipsum aut numerare omnia infinita: aut nō dicere aliquid eorū. Et similiter:etiā si quæsitū fuerit semel:siue multotiēs:vtrū aliquid vnū sit homo,& non homo:oportet respondere si illud est homo:quod est homo:aut quod non est homo:si non est hō. Et similiter cū hoc oportet respōdere de aliis si sunt aut non sunt:qm̄ qui hoc facit non quærit naturaliter.

12 Si igitur aliquis &c. Cum igitur aduersarius concesserit ex istis quæ diximus quod necesse est vt dicere hominem significat quod impossibile est vt non sit homo:contingit ei necessario vt non sit verum dicere in eodem quod est homo & quod non est homo. D.d.& iste sermo &c. id est,& cum non fuerit verum dicere hominem & nō hominē de eodē, similiter non erit verum etiam dicere nō hominem de aliquo præter hominem. V.g. vt nō homo accipiatur pro albo:album enim nō est homo.

C D.d.differentiam inter affirmationem & negationem & alia nomina diuersa,&.d.sed hæc nomina &c.i.sed negatio & affirmatio simplices magis sunt cōtraria in situ quā negatio & affirmatio quæ sunt secundū modū infiniti. V.g. cū aliquis dixerit in aliquo præter hominē quod est nō homo:possibile enim est vt idem sit homo & albū,& nō est possibile vt sit homo & nō homo insimul. D.d.si igitur aliquis dixerit &c. qm̄ sicut cōtingit dicētibus quod affirmatio & negatio simpliciter significāt quidē esse & nō esse:idē:sic etiam cōtingit dicētibus quod affirmatio & infinitatio significent idem scilicet vt omnia entia significāt, idem nō tm̄ cōtingit hoc in rebus oppositis:sed etiā in non oppositis scilicet vt omnia sint idem. D.d.si igitur hoc nō fuerit &c.id est, si igitur hæc impossibilia nō fuerint:contingit necessario vt affirmatio & negatio diuidant verū & falsum.& necesse est vt quæstio sit per negationē & affirmationē sed dicēs vult respōdere ei per vnū sermonē de eo ꝙ quæritur.

D.d.si aūt quærit simpliciter &c.id est, si aūt quærens quæsierit per affirmationē & infinitationē: tunc nō possemus respondere ei. Infinitatio enim significat multa quæ omnia sunt cū homine. V.g. homo & non homo. Homo eīn inuenit̄ cū multis numeratis quæ vere dicunt̄ non homines. V.g. albo & pluribus rebus aliorū accidētiū. D.d.sed cū quęsitū fuerit vtrū est verū dicere de hoc quod est homo: aut quod nō est homo:nos tunc debemus respondere quod est verū:aut quod non est verū, & nō dicimus quod vere dicitur de eo quod est homo & albū & omnia existentia in eo, & quod nō est vere dicitur de eo tale & tale. Ista enim

impos

impossibile est vt numerent:sed cũ impossibile est determinare & numerare infinita oportet vt non intromittat se ad dicendum aliquod eorum, scilicet ꝙ cum aliquis quæsierit per infinitationẽ oportet quærentẽ aut numerare omnia quæ sunt diuersa a noĩe habentis aut non respondere in talibus istis quæstionibus & in huiusmodi quæstionũ. D.d.& similiter &c.i.& cum ita sit qñ aliquis quæsiuerit vtrũ hoc est homo:aut non homo:videbit respondens si fuerit homo dicet quod est homo:& si non fuerit homo dicet quod non:& non debet dicere quod est homo: & nõ homo insimul:intendendo per non homo aliquod ens de quo dicitur nõ homo:& istam actionem innuit cũ dixit qui igitur hoc facit non naturaliter quærit,id est,qui aliquod ens demonstrat per negationem.

Omnino verò destruunt qui hoc dicunt substantiã & quod quid erat esse. Omnia nanque dicere accidere eis est necesse. Et verè homini esse: aut animali:esse non esse. Nam si erit quod verè homini esse hoc non erit non homini esse:aut non esse hominis: quamuis hæ negationes huius. Vnum enim erat quod significabat & erat hoc alicuius substantia. Significare verò substantiam est:quia non aliquid aliud ipsi. Si autem erat ipsi quod verè homini esse: quod verè non homini esse: aut quod verè non esse homini: aliud erit. Quare dicere eos est necesse: quia nullius erit talis ratio:sed omnia secundum accidens. Hoc enim determinata est substantia & accidens. Album enim accidit homini:quia est albus:sed non quod verè album.

Et vniuersaliter dicentes hunc sermonem negant substantiam quam declarat diffinitio manifeste diffinitionis quæ sit: Et coguntur ad dicendum quod omnia sunt accidentia.& dicere de homine quod est homo: & de animal quod est animali &c.& quod nõ est etiam. Quoniam si aliquid fuerit hominis secundum quod est homo:hoc non erit eius:cum non fuerit homo:aut secundum quod non est homo. Negationes eñ istius sunt alia. Quoniam si significat vnũ aliquid:& illud est substãtia alicuius,& non est significans nisi aliquam substantiam,scilicet quod significat essentiam eius: & non essentiam eius. Si igitur habet quod habet essentiam hominis: ergo aliud ab eo habet quod aliud ab homine: aut quod habet essentiam eius quod nõ est homo. Necessario igitur dicitur & quod nulla est diffinitio talis:sed omnia sunt modo accidentali. Per hoc eñ differt substantia ab accidente. Quoniam albedo accidit homini:quia est album:non quia est illud quod est albedo.

Et vr̃ &c.i.& vr̃ dicentes ꝙ duo cõtradictoria congregant̃ insimul negãt substãtiã quã significat diffinitio:& declarat quę sit. D.d. &cogunt̃ &c.i.&.d.hoc quia diffinitio non inuenitur in rei veritate nisi in substantia: 12 C Diffõ in rei

veritate non substãtia: & cũ diffinitiones significantes substantiã fuerint negare oĩa
inuenif nisi erũt accidẽtia:qm̃ si nulla fuerit dispositio necessaria in re:tũc oẽs dispo
in substãtia. sitiones erũt accidẽtales:& nulla erit dispositio substantialis. D.d.&
Idẽ. 7.met. dicere de hoĩe &c.i.& illud per qđ disponif homo in eo qđ est homo:
94.17.19. & p qđ disponif illud qđ est nõ homo: differũt etiã secũdũ diffinitionẽ
ab eo per qđ disponif homo. D.d.qm̃ si aliquis:est hoĩs &c.i.& cã huius
esse impossibile est ꝙ manifestũ p se ꝙ si qd est hoĩs secũdũ ꝙ est homo
illud nõ erit ei cũ nõ fuerit homo.qđ eñ est nõ hoĩs secundũ ꝙ est
nõ homo aliud est ab eo qđ est hoĩs secundũ qđ est homo. D.d. negationes
eñ isti⁹ sunt tales.i.diffinitiones eñ rerũ cũ suis negationibus
habẽt talẽ dispositionẽ ꝙ nõ cõgreganf aliquo modo in eodẽ.D.d.qm̃
significat aliquid vnũ &c.s.qm̃ si nomẽ significat aliquid vnũ in nominato
qđ est ei necessariũ & quod est cũ nominato vnũ in numero: tunc
illud significat substantiã: & significat de re nominata aliquod non necessariũ:
neqꝫ est cũ eo vnum illud est accidẽs:& hoc intẽdebat cũ dixit
D & non significat substantiã aliquam:scilicet substantiã hominis,id est,
quia significat propositionẽ nõ mutabilẽ. D.d.scilicet quia significat
essentiam eius nõ essentiã.i.intendimus cum diximus quod nomẽ significans
aliquid vnũ est significans substantiã.i. quia significat essentiam
illius rei per quã est ens non dispositionẽ mutabilẽ: & si est econtrario
nominibus accidentium quæ significant duas essentias:quorũ vnum est
mutabile. Et cũ hoc posuit pro concesso dixit si igitur habet quod
habet essentiã hominis &c.id est,& cũ hoc significat illud quod habet
essentiã hoĩs est & essentia eius idẽ:ergo nõ homo habet essentiam eius
quod nõ est homo:aut essentiã eius quod nõ est homo:est illud quod est
non homo:vnũ etiã & nõ compositũ:& hoc declaratũ est etiã in tractatibus
substãtiæ perfectæ. D.d.necessario igif dicere &c.i. necessario
E igitur cũ nõ cõcesserint nomina esse quæ nõ significant res simplices &
vnas dicerẽt quod nulla res habet diffinitionẽ quæ significat substãtiã
eius:sed cõtingit eis vt oĩa sint accidẽtia scilicet vt oẽs dispositiones rerum
sint accidentales non essentiales. D.d.& in hoc differt substantia
ab accidente,scilicet ꝙ substantia est necessaria non est sic accidens: &
ideo substantia habet diffinitionem:& accidens non. D.d.albedo enim
est accidens &c.id est,albedo enim est accidens existẽs in homine: quia
dicitur albus & non disponitur per albedinem secundũ ꝙ res disposita
est ipsa albedo,scilicet quod homo non disponitur per albedinem:quia
substantia hominis est albedo: quoniã si ita esset:tunc albedo & homo
esset idem:& tunc idem,significaret dicere homo & albus de homine.

Si vero oĩa secundũ accidẽs dicunf nullũ primũ erit vniuer-
F sale. Si aũt semp accidẽs de subiecto aliquo significat prædica-
tionẽ: in infinitũ igif ire necesse est:sed impossibile: neqꝫ enim
plura duobus cõplectif. Accidẽs eñ nõ accidẽti accidet:nisi quia
ambo eidẽ accidũt. Dico aũt vt albũ musicũ & homo albus qa
ambo homini accidũt. Sed nõ Socrates music⁹ ita: quia ambo
accidunt alicui:alteri. Qm̃ igitur hoc quidẽ ita:illa verò modo
dicunf accidẽtia quæcũqꝫ sic dicunf vt albũ Socrati:nõ cõtingit

Accidẽs nõ accidẽti accidet:nisi qa ambo eidẽ accidunt.

infinita

infinita essei superi⁹ vt Socrati albo alterũ aliquod sit accidẽs. Non eñ fit aliquod vnũ ex oĩbus. Nec albedo itaqȝ aliqd aliud erit accidens vt musicũ. nihil eñ magis illi quã illud huic accidit. Et simul determinatũ est: quia hoc quidem ita accidũt: hæc aũt vt musicũ Socrati: quæcunqȝ verò sic nõ accidẽti accidunt: sed quæcũqȝ illo modo quare nõ oĩa secundum accidens dicuntur. Erit igitur aliquid & vt substantiam significans. Si autem hoc ostensum est: quia impossibile prædicari contradictiones.

Et si omnia dicuntur modo accidentali nihil erit primum vniuersale. Et si accidens semper prædicatur de aliquo subiecto necessario exibit hoc in infinitũ: sed hoc est impossibile: nõ igitur congregabuntur in vno. Accidens enim nõ per accidens est accidens sed vtrũqȝ accidit ei. Et hoc est sicut dico quod album est musicus: & musicus albũ: quia vtrũqȝ accidit homini. Socra. aũt non est musicus hoc modo, scilicet quia vtrũqȝ accidit eidẽ. Cum igitur quædã accidentia dicuntur secundũ hunc modũ: & quædã secundũ aliũ modũ. Omnia enim quæ dicuntur sicut album, Soc. dicitur: impossibile est autẽ vt sint infinita in superioribus sicut accidens quod accidit Soc. de albedine. Est enim aliud & non erit vnum ex omnibus: & non erit aliud accidens ex eis quæ sunt alba: sicut musicus. Hoc enim per accidens non est magis quã illud: neqȝ illud quã istud: & habent differentiã. Quędã eñ accidũt secundũ hũc modũ: & quædã accidũt sicut music⁹ Socrati. Quod igitur est secundũ hunc modũ nõ est accidens modo accidentali: sed quod est secundũ nullum modũ. Nõ igitur omnia dicunt̃ modo accidentali: sed aliquid est quod significat significationẽ substantiæ. Et cum ita sit manifestum est quod impossibile est vt contradictoria prædicentur de eodem.

Id est, & si omnia prædicabilia fuerint accidentia nullum erit vniuer 14
sale prædicabile substantiale & primum ex quibus componuntur diffinitiones. D.d. & si accidens est semper prædicabile de aliquo &c. i. si oĩa sint accidẽtia & accidẽs naturaliter habet naturã vt prędicetur de aliquo: necesse est vt accidens secundum quod est accidẽs prædicetur de accidente: & sic in infinitum: quod est impossibile. Deinde dixit, sed hoc est impossibile. i. sed impossibile est vt accidens prædicatur de accidente absqȝ eo quod congregentur in eodem subiecto per se: & quia accidens non prædicatur de accidẽte nisi per accidens quia ambo existunt in eodẽ, scilicet subiecto. V.g. dicere quod album est musicũ. Deinde dixit, accidens enim nõ per accidens est accidẽs &c. id est, accidens enim nõ existit in substantia per accidens. in alio aũt accidẽte existit per accidens: qm̃ si accidens prædicaretur de accidente non propter hoc quod ambo existunt in substantia: tunc accidens esset per accidens non essentialiter:

tialiter:& impossibile est vt aliud sit per accidens nisi per aliquid quod est essentialiter. Quod enim est essentialiter est prius eo quod est per accidens. nõ igitur existentia cuiuslibet accidentiũ essentialiter in substantia esset nisi essent quædã in quibusdã per accidẽs. Et hoc intendebat cum.d.& hoc est sicut dico &c. id est, ꝙ dicere musicum est album, est per accidens: quia ambo sunt in eodem, scilicet Sor.& non est dicere ꝙ Sor. est musicus & albus hoc modo, scilicet quod Sor. & musicus sunt ambo in eodem: sed quia vnũ eorum existit in altero essentialiter.s.quia musica existit in Sor. essentialiter. D.d.cum igitur quædam accidentia &c.id est, & cum accidentia dicantur duobus modis: quorũ vnus est essentialiter. V.g. Sor. est albus & alius accidẽtaliter. V.g. album est musicum: quæ enim sunt essentialiter impossibile est vt prædicetur in infinitum ad superius: quæ autem sunt accidentaliter possibile est de eis hoc sicut accidit Sor. vt sit musicus & albus & alia multa: & hoc intẽdebat cum dixit sicut accidẽs quod accidit Sor.&c. id est, quod vnum est eorum prædicatum de altero per accidens, scilicet albedo existens in Sor. & aliud accidens quod accidit ei. Verbi gratia, quod est medicus & musicus. Deinde dicit & non erit vnum ex omnibus.i.& non erit de subiecto & accidente vnum quid & ex accidentibus existentibus in vnoquoq; nisi dicatur vnum per accidens. D.d.& non erit accidens aliud &c.id est, & prædicatio accidentis de accidente inquantum est prædicatio accidentalis non differt a prędicatione accidentis de substantia neq; illud magis quam illud: nec econuerso. s. quantum ad hoc quod notificant de eo de quo prædicantur substantiam eius. Deinde dicit & habent differentiam &c.id est, & habent differentiam: quoniam quædam sunt accidentia essentialiter. Verbi gratia, musica in Sor.& quædam accidentia per accidens. Verbi gratia, medicinæ in musica. Deinde dicit quod igitur est secundum hunc modum non est accidentale modo accidentali: & quod est sicut albedo in musico est accidens modo accidentali. Deinde dicit non igitur musicus dicitur modo accidẽtali, scilicet quia non prædicantur de homine modo accidentali sicut album prædicatur de eo. Deinde dicit sed aliquid est quod significat substantiam significatione substantiæ: & forte dixit hoc quia prædicatio ista conuenit cũ prædicatione substantiali in hoc quod est secundum cursum naturalem scilicet accidentia prædicabilia de substantia: accidentia enim existunt in substantijs per se & attribuuntur eis essentialiter & secundum quod substantiæ disponuntur per illa sunt accidentia substantiarum: attributio autem accidentis ad accidens non est essentialis. Deinde dicit & cum ita sit manifestum est &c.id est, & cum omnia ista sint impossibilia scilicet contingentia positioni quod duo contradictoria dicuntur vere insimul de eodem: manifestum est quod impossibile est vt contradictoria prædicentur de eodem.

G Quod est essentialiter est prius eo quod est p accidẽs. idẽ 2.physi.t.c. 66. & 4. phy.cõ.43. & quæ ibi.

H Attributio accidẽtis ad accidens nõ est essentialis.

Amplius si contradictiones simul de eodem veræ sunt oẽs palã: qm̃ omnia erant vnum. Erat enim idem triremis: & murus & homo: si de omni aliquid aut affirmare aut negare cõtingit: quemadmodũ est necesse dicentibus rationem Pythagorę. Nã alicui si videtur nõ esse triremis homo, palam quia non est triremis.

triremis. Quare & est si contradictio vera, & fit vtique quod Anaxagoræ simul res omnes esse vt nihil veræ vnum sit. Indefinitum igitur videntur dicere & putantes ens dicere de non ente dicunt, nam potestate ens & non endelechia indefinitum est. At verò dicēda est ipsis de omni affirmatio aut negatio. Inconueniens enim si vnicuique sua negatio quidem inest, quæ vero alterius quod non inest ei nō inerit. Dico aūt vt si verum est dicere hominem quia nō homo palā quod & nō triremis. Ergo si affirmatio necesse & negationem. si autem non existat affirmatio negatio inerit magis quā quæ sua. ergo si & illa inest, inerit & quæ ipsius triremis. Si aūt hoc & affirmatio. Hæc ergo contingunt hanc dicentibus rationem, & quia non necesse aut dicere aut negare, nam si verum, quia homo & non homo palā quia nec homo nec nō homo erit, nam duorū duæ negatiōes, si aūt vna ex vtrisq; illi & hoc vna vtiq; erit opposita.

Et etiā manifestū est ꝙ secūdū hūc sermonem omnia erunt idē si hoc igitur nauis, & lōgitudo, & hō, & possibile est etiā vt affirmatiua dicat de oībus rebus, & similiter negatiua, sicut cogetur ad dicendū qui dicit sermonem Pythagoræ. Isti enim dicunt quod homo non existimatur esse nauis, & manifestum est quod homo nō est nauis, & si duo extrema cōtradictionis sunt vera est nauis. Vnde contingit quod dicit Anaxa. quod oīa sunt simul, & nihil est in rei veritate, & isti videntur dicere sermonē sine termino. & existimāt dicere quod est, & dicūt quod nō est. Illud em̄ quod est in potentia & non est in actu est sine termino. Quæramus igitur ab eis vtrū affirmatiua & negatiua dicant in omnibus de eodem. Nō em̄ oportet in omnibꝰ vt dicātur de eodem, sed affirmatiua dicit de aliquo, & quod non dicat de alio. Verbi gratia, ꝙ si dicere quod homo non homo fuerit verū. manifestū est etiā quod nō est nauis, qm̄ si affirmatiua est, necesse est vt negatiua sit etiā, & si negatiua non fuerit negatiua quod est eius dignior est vt sit. Si igitur illa fuerit erit etiā eius quod est nauis, & si ita fuerit erit etiā affirmatiua. Hoc em̄ accidit dicentibꝰ hūc sermonē: & accidit vt dicant ꝙ nō est necessariū vt affirmatiua & negatiua sint de oībꝰ rebꝰ, qm̄ si verū fuerit quod hō & quod nō homo est: manifestū est quod est verū ꝙ non est hō, ꝙ homo non homo, ambæ em̄ sunt negatiuæ. Si igitur vna est illa duarū, ista etiā est vna opposita in situ.

Id est, cōtinget huic positioni vt oīa sint idē. D. d. sit igit nauis &c. i. ponamus igit ꝙ hoc est nauis & lōgitudo & hō, s. intentiones diuersæ. 15

Deinde

spectu totius pars sensibilis, melius est igiẽ negare à toto quod
est in istis paucis quã affirmare in toto quod affirmatur de eis.
& manifestum est etiam quod dicẽdum est de istis quod prius
diximus in alijs, & demonstremus eis sufficienter naturã esse
immobi/

immobilem.& si accidit quod dignius est dicentibus affirmare & negare insimul dicere quod omnia sunt quiescentia quã dicere mobilia,non enim est aliquid in quo transmutetur aliquod quoniam in quolibet est quodlibet.

Et etiam contradicendi &c.id est,& contradicendum est istis hominibus postquam viderunt quædam entia pauciora,scilicet quæ sunt in generatione & corruptione in dispositione transmutabili iudicauerunt quod plura,scilicet cæli sunt huius dispositionis.Locus autem in quo est generatio & corruptio est insensibilis respectu totius, & hoc si concessum fuerit eis quod ista in quibus est generatio & corruptio non habent scientiam. D. rectius est negare a toto &c. id est.rectius igitur est non iudicare de toto illud quod iudicatur de parte insensibili, & negare ab eo toto transmutationem existentem in parte. Deinde dicit, & manifestum est &c.id est,& isti igni sunt vt sufficiamus eis per illud per quod sufficimus alijs declarando eis naturam immobilem esse. Et intendit per istam naturam species & genera & forte substantias abstractas. Deinde dicit.& si accidit dicentibus &c.id est, & licet dignius est ponentibus quod affirmatio & negatio sunt insimul in omnibus rebus vt omnia sunt quiescentia magis quam mobilia.Deinde dedit causam in hoc & dixit,non est enim aliquid &c. id est, secundum enim istos nõ distinctum est ab aliquo in quod transmutatur sed omnia sunt admixta, & quodlibet quolibet, quapropter oportet hoc vt omnia quiescentia sint. 23

De veritate aũt ꝙ non omne apparens verum p̄rimũ quidem, quia neq; sensus falsus proprij est,sed phãtasia non idem sensui.Deinde dignũ mirari si hoc dubitant vtrum tantæ sunt magnitudines & colores tales quales à remotis videntur, aut quales de prope,& vtrũ qualia sanis,aut qualia laborãtibus.Et grauiora vtrũ qualia debilibus, aut qualia robustis.Et vera vtrum qualia dormientibus,aut quali vigilantibus.Quod quidem enim non putant palam,nullus ergo,si putauerit se de nocte athenis esse ens in lybia vadit ad litium.Amplius autẽ de futuro vt & Plato dicit nequaquam sit propria medici opinio & ignorantis velut de futuro sanos fore aut non de futuro.

Sermo aũt eorũ in sensus veritate non omne quod apparet est verum.primo quia falsitas nõ appropriatur sensui, sed phãtasiæ quæ non est eadem cum sensu.Et cum hoc mirandum est de eis qui ambigunt in istis rebus,& quærunt vtrũ magnitudines & colores sint in illa dispositione in qua videntur ex remoto,aut in illa dispositione in qua videntur ex propinquo, & vtrũ sint secũdũ ꝙ sani vidẽt aut infirmi.Et in grauitate vtrũ sint secũdũ debiles aut secũdũ fortes. Et in veritate aut in

falsitate, vtrū sint secūdū quod sunt apud dormiētes aut apud vigilantes. Et manifestum est quod impossibile est hoc, nullus enim potest existimare modo album sicut Plato, & consilium medici sapientis in rei veritate non est simile consilio nescientis in eo quod sanat de infirmitate & in eo quod nō sanat.

24 Dixit, sermo autem &c.i. ꝙ omne quod apparet non est verum, est
E falsum, & hoc destruitur multis modis. Primo autem qm̄ falsitas non est propria sensui, qm̄ falsitas non accidit sensui nisi per accidens, illud autem cui falsitas est propria est imaginatio. in hac enim debet aliquis dicere, quia illud quod ex ea fit non est verum. Et dixit hoc, quia p istam virtutem imaginantur res quæ præcise vidētur impossibiles esse. Deinde dixit, mirandum est igitur, & quia sunt dispositiones in quibus opinantur sensum esse verum, & aliꝗ in quibus opinantur sensum esse falsum. Verbi gratia, sicut dispositio rerum apparentium visui ex remoto & propinquo, & in sanitate, & in infirmitate, & vigore, & debilitate, & magis in somno & vigilia, mirandum etiam vtrum de quærentibus vtrum vera qualitas corporis est quæ apparet in propinquo, aut quæ in remoto, idem enim apparet magnum in propinquo & paruū in remoto. Et similiter quærētibus vtrum verus color apparet in propinquo aut in remoto, & vtrum verus sapor comprehenditur a sanis, aut ille qui cōprehenditur ab infirmis, & vtrū verū pondus est illud qđ comprehenditur a fortibus aut quod a debilibus. Et maior quæstio est vtrum quod dormiens videns est verum aut quod vigilans. D.d. manifestum est ꝙ hoc est impossibile, nullū enim potest modo, & hic abscinditur sermo Arist. quia diminutus est. Et intentio eius est ꝙ nos habemus primam cognitionem per quā distinguimus inter illud in quo sensus falsat & in quo veridicat, qm̄ qui dubitat diuidere inter sensibilia falsa & sensibilia vera est sicut qui dubitabit in istis rebus. s. vtrum simus dormientes aut vigilantes, & vtrum simus aut nō simus, & similiter nullus dubitat ꝙ vere quantitates & veri colores sunt quia apparēt ex propinquo non ex remoto, & quod apparet sanis est verum non qđ apparet ægris, & ideo incipiūt curari. Et si oē qđ vr̄ est verum sicut qdā dicūt etiā nō esset differentia inter sermones nesciētis & sapientis. V.g. Platonis, & tunc consiliū medici sapientis esset similē cōsilio nescientis sanare aut nō sanare infirmos, & omnia ista sunt impossibilia.

Falsitas propria est imaginationi, sed sensui nō cōpetit nisi p accidens.

Amplius autem & in sensibilibus non similiter propria alicui & proprij aut propinqui, & eius quod ipsius. Sed de coloribus quidem visus non gustus. de saporibus gustus non visus quorum vnusquisque in eodem tempore circa idem nunquam dicit, simul ita & non ita habere sed nec in altero tempore circa passionem dubitauit, sed circa id cui accidit passio. dico autē puta idem quidem vinum videbitur vtique, aut mutatum, aut corpore mutato quandoqꝫ quidem esse dulce quandoque autē non esse dulce, sed quod non dulce quale est qñ fuerit nunquā mutauit, sed semper de ipso verū dicit, & est ex necessitate fu-

turũ tale dulce quãuis & hic hæ rationes omnes destruant: quẽadmodũ & substantiã nõ esse nullius: ita nec ex necessitate nihil. Necessariũ enim nõ cõtingit aliter & aliter se habere. quare: & siquidem est ex necessitate non habebit ita & non ita totaliter: quia si est sensibile solum: nihil vtiq; erit solum nõ existentibus animatis. Sensus enim nõ erit: neq; igitur sensibilia esse neq; sensationes forsan verum: sentientis enim passio hic est subiecta vero non esse quæ sensum faciunt & si non sensu impossibile. Non enim sensus suimet est: sed est aliquid alterum præter sensum quod prius est sensu est necesse. Mouens enim moto prius est natura & vtiq; si adinuicem dicuntur hæc ipsa nihil minus. Et etiam dicamus hoc in ipsis sensib⁹: quoniam sensus proprius rei non est simul in rei veritate ei qui est alterius: & non est simul sensus propinquus rei propriæ remoto alterius. visus enim est colorum nõ saporum: gustus aũt est saporũ nõ colorũ & vterq; eorũ sentit aliquid in vno tpe: & nunquam firmat aliquis sensus vt aliquid sit in sua dispositione & alia contraria insimul: neque in alia contraria etiam: neque in alio tempore etiam: rixa autem de passionibus. Verbi gratia quoniam existimatur quod transmutatio est ex eodẽ sicut vinum ex sapore: & existimatur quod transmutatio est propter diuersitatem complexionis corporis gustantis: & sic existimatur quod vinum quandoq; est dulce & quãdoq; non dulce: & rixa non est in ipso dulci cum fuerit dulce: nec quandoq; transmutatur: sed si sermo verus est in eo & erit necessario dulce illud quod erit secundum hanc dispositionẽ. Et si isti sermones negant secundum hæc omnia: & similiter negant vt nõ sit substantia etiam alicuius rei: & vt nihil sit necessario omnino. Quod enim est necessario impossibile est vt sit alio modo. Oẽ enim quod necessario est: impossibile est vt sit in hac dispositione: & in sua contraria: & alio modo. Si sensibile est relatiuũ: tunc sensibile solum non est alicuius si non est animatorum: quoniam non erit sensibile: & est verum: quemadmodum non erunt sensibilia etiam: sunt enim passiua sentientes. Et impossibile est vt subiecta facientia sensum sint si sensus nõ fuerit. Sensus enim nihil aliud recipit nisi sensum: & est prior sensu necessario. Motor enim est prior moto natura. Et si ista dicuntur relatiue: tunc neutrum eorum erit sine altero.

C Necessariũ nõ cõtingit aliter & aliter se habere.

Mouens est prius natura moto. Idẽ 3. de aia. t. c. 19.

Intendit in hoc sermone dissoluere dubitationem contingentẽ eis ex entibus. Et dicit. dicamus etiã dubitantibus in sensibus & ponẽtib⁹ 25

omnia apparentia æqualiter in veritate: quoniam iudicium alicuius sensus in proprio sensibili non est simile sui iudicio de sensibili alterius.s. cõmuni: verior enim est in proprio q̃ in sensibili cõmuni & alij. D. d. & sensus propinquus rei propriæ &c.i. & magis isto est q̃ nõ æqualis est cõprehẽsio sensibilis ꝓprij a sensu cũ fuerit ꝓpinquum cõprehẽsioni cõmuni ab eo sensu cũ fuerit remotum illud sensibile commune.

D. incœpit dicere sensibilia propria vnicuiq; sensui. & d. visus enim est colorum &c.i. visus enim est proprius coloribus in verificando de eis: & similiter gustus saporum: & auditus sonorum: & olfatus odorũ: & tactus tangibilium. D. d. & vnus quisq; eorũ &c.i. & vnusquisq; quinq; sensuum habet proprium vnum sensibile quod comprehendit vno tempore.s. subiecto. D. d. & nunquã affirmat &c.i. & nunquã vidimus q̃ aliquis sensus iudicat in suo proprio sensibili diuersas dispositiones in eodem tempore aut in duobus temporibus diuersis. Et quia accidit in hoc sermone aliquid ex hoc quod apparet in sensu gustus in sanitate & in infirmitate. d. rixa autem &c. id est dubitatio autẽ quæ accidit in passione quæ dicitur gustus. V.g. quod aliquis dicatur q̃ idẽ vnũ modo videtur dulce & alia hora amarũ. dubitatur quoniam hoc forte accidit ex transmutatione gustantis & forte ex trãsmutatiõe cõplexionis gustantis. vnde nullo modo non possumus præcise dicere hoc esse dulce in sua natura in aliqua hora. Deinde dedit responsionẽ & dixit & non est rixa in ipso dulci &c. id est & ista dubitatio non oportet vt sit dulcis naturaliter: quoniam si fuerit amarũ ex sua transmutatiõe manifestũ est quod natura dulcis transmutata est & habet naturam propriam: & quod erit dulce quando illa nam reuertetur ad illud. si aut ex transmutatione complexionis gustantis hoc erit manifestius, scilicet quod dulcedo habet naturam propriam sed ista rixa non est illa in qua eramus in primo: sed ista rixa est vtrum conuersio dulcis in amarum est ex sua transmutatione: aut ex transmutatione complexionis gustantis: & hoc intendebat cum dixit & rixa non est ipso dulci &c. id est & rixa non est in dulci cum transmutatur in amarum verum sit per suã transmutationẽ aut per transmutationẽ complexiõis gustantis: & si sit per illã trãsmutationẽ qñ transmutat: necesse est enim vt sit dulce dũ habuit istã naturã anteq̃ transmutetur: & hoc intendebat cũ dixit sed si sermo verus est &c. id est, sed si verum est dicere ipsum esse dulce in aliqua hora necessario erit dulce omne qđ fuit in illa dispositiõe aut erit. D. d. & si isti sermones &c.i. & si isti sermones sicut necessario negãt oĩa entia ita negãt vt aliqđ habeat substantiã: & ita negãt aliquid esse necessario omnino. D. d. qđ enim est necessario &c. idest, isti enim sermones faciunt vt omne sit alio modo ab eo qđ est: & q̃ est impoſſe vt sit alio modo ab eo q̃ est. D. d. si igit aliquid fuerit necessario &c. idest quoniã si aliquid fuerit necessario impossibile est vt sit in alio modo secũdum quẽ est in alio. Sensibile enim est relatiuũ cum nullam habet in se naturam nisi relatiuã. Contingit enim vt sensibilia nõ habeãt esse si aĩalia sensibilia nõ fuerint. Sensibile eñ nõ est relatiuum est aliud nisi ad sensum: & si sensus non fuerit non erunt sensibilia.

D Deinde. d. & est verum quemadmodum &c. idest & hoc quod cõtingit verum est etiã alio modo. s. cum posuerimus q̃ sensibilia sunt relatiua.

latiua. contingit enim vt fenfibile fit fenfus:& fenfus fit pafsio.idest accidens in fentiente:vnde necesse est vt fenfibile nõ fit nifi fentiens fit. Accidẽs enim impofsibile est vt fit fine fuo fubiecto. Deinde dicit.& impofsibile est vt fubstãtia &c.idest & contingit huic fermoni vt fenfibilia non fint nifi fenfus fint. Deinde dedit caufam.&.d.fenfus enim nihil aliud recipit quam fenfum.i.fenfus enim non est fenfibilium:fed alteri⁹ a fenfibilibus. D.d.& prius fenfus neceffario.idest fed fenfus est alterius qđ est prius fenfu neceffario.f.prius naturaliter. D.dedit caufam in hoc.&.d.motor enim &c.i.& caufa in hoc est ꝙ fenfibilia mouẽt fenfus:& mouens est prius naturaliter moto. D.d.& fi ifta dicuntur relatiue &c.i.& fi fenfus & fenfibilia effent relatiua:tũc fenfibilia nõ effent fine fenfibus:quemadmodum fenfus non funt fine fenfibilibus. Accidẽs impofle est vt fit fine fuo fubiecto Idẽ j.ph.14.:9. &. 7. me.t. com.2.

Capitulum Sextum.


Vnt autẽ quidã qui dubitãt hoc perfuaforum: & has rationes folum dicẽtium. Quærũt enim quis est qui iudicat fanũ & omnino circa fingula recte iudicantẽ. Tales vero dubitationes fimiles funt dubitationi vtrum dormimus nũc aut vigilam⁹. Poffunt aũt dubitationes oẽs tales idẽ. Omnium enim rationem hi dignificant effe. Principiũ enim quærunt:& hoc ꝑ demõstrationẽ accipere:quicũq; quidẽ nõ perfuafi funt & manifesti funt in actibus. Sed qđ diximus hæc ipforum paffio est. Rationẽ enim quærunt quorum nõ est ratio. Demõstrationis enim principÿ nõ est demonstratio. Hi quidem igitur facile hoc credũt. est enĩ nõ difficile fumere. In fermone aũt vim folũ quærentes impofsibile q̃runt. Cõtraria nãq; dicere dignificant statim contraria dicẽtes: fi autẽ nõ oĩa funt ad aliqd: fed quædã funt & ipfa fecundũ fe:nõ vtiq; est oẽ quod apparet. nã qđ apparet alicui apparet. Quare qui dicit oĩa quæ apparẽt effe vera:omnia quæ funt facit ad aliqd. Propter qđ & obferuandũ vim in fermone quærentibus: fimul autẽ & fustinere fermonem dignificantibus qđ nõ apparet est: fed ꝙ apparet cui apparet:& qñ apparet:& inquãtum:& vt. Si aũt fustineãt qdẽ fermonẽ:nõ fic aũt fustineãt accidit ipfis cõtraria cito dicere:cõtingit enĩ eidẽ fecundũ vifum mel apparere: gustui vero nõ. Et oculis duob⁹ existẽtib⁹ nõ eadẽ vtiq; vifui fi fint difsimiles. Qm̃ ad dicẽtes ꝑpter olim dictas caufas qđ apparet verũ effe:& ꝑpter hæc oĩa fift effe falfa:& vera. Neq; enim omnibus eadem apparere cõtingit:neq; ipfi femper eadem fed multotiens contraria fecundũ idem tẽpus. Tactus enim duo dicit in digitorum variatione:vifus autem vnum: fed non quidem idem:& fecundũ idem fenfui:& fimiliter:& in eodẽ tempore. Demõstrationis principÿ nõ est demonstratio. Qui dicit oĩa quæ apparent vera effe oĩa quæ funt facit ad aliquid.

Et quidā cōtenti sunt per ista:& dicūt istos sermones. Quærunt quis est ille qui quærit & veridicat:& scit oīa secundū veritatē. Et iste quæstiōes ambiguæ sunt siles quæstionib⁹ ambigētiū in hoc tpe in vigilia & somno:& istarū oīm quæstionū vna est. Isti em̄ dicūt quod oīa habēt causas primo em̄ quærūt quid:deinde quærunt cōprehendere hoc per demonstrationē. Qm̄ autē nō sunt cōtenti manifestū est ex suis operatiōibus. Sed infirmitas istorū est quia quærūt terminū in quo non habet terminū. Nō em̄ habet demonstrationē principiū demonstratiōis. Et facere istos quiescere facile est:& cōprehēdere hoc nō est difficile. Qui enim perscrutātur sermonē tantū & quærunt victoriā:quærunt impossibile. Volūt enim dici sermones contrarios:& illi in illa hora dicunt sermones cōtrarios. Si autem nō omnia dicūtur relatiue:sed quædam sunt per se etiam tunc non oīa quæ apparent sunt vera. Quod em̄ apparet aliqd apparet. Qui ergo dicit quod oīa apparētia sunt vera facit oīa entia relatiua & ideo præseruare oportet nos ab eis q quærunt victoriā p disputationē & cū hoc dicunt quod illud quod apparet nō apparet illud qd̄ est:sed apparet illud qd̄ est:secundū illud cui apparet & in hora ī qua apparet & existimāt aliqd dicere:sed nō est ita. Accidit em̄ eis ā ꝓpinquo dicere contrariū. Possibile em̄ est idē apparere visui esse mel & gustui nō mel. & silr oculi duo cū fuerint diuersi nō videbūt vnū. Qui igitur dixerūt istis quæ apparent causas prædictas albedinem ista apparent & nō apparent eadē secundū vnū apparere multotiens in eodē tēpore. Tactus enim & sensus existimantur duo apud mutationem digitorum:& visus idem & nō illud quod inuenitur terminatur. Et quod est per vnū sensum: & vno modo: & secūdū vnā dispositionē:& in eodē tpe:& hoc est verum.

26 Dicit quod illi qui vtuntur istis sermonibus sunt bipartiti: quidam enim quærunt per illos victoriam & dominium: & quidam ambigunt ex dubitationibus contingentibus istis rebus:& quærunt scire distinguere quis iudicat vere apud comprehensiones contrarias: & medicina istorum sicut post dicet ab hac infirmitate est facile. Deinde dixit & iste quæstiones ambiguæ &c. id est qui ambigit in similibus quæstionibus & dubitat vtrum illud quod sani comprehendunt est verum: aut illud quod infirmi comprehendunt:& etiam illud quod apparet ex remoto aut illud quod apparet ex propinquo similis est dubitanti vtrū nos cum dicimus hoc simus in somno: aut in vigilia. Deinde dixit, & vis omnium istarum &c. id est & vis omnium istarum quæstionū in eo quod dant de dubitatione & ambiguitate est eadē. Causas em̄ ambiguitatis earum est eadem, scilicet quia opinantur oīa habere causas ex quibus

quibus cognoscũtur,& quærũt principia ex quibus demonstrẽtur,& si distinxerint quod est cognitũ per se:ab eo qđ nõ est:tũc iste error aufe retur ab eis. D.d.quoniã autẽ nõ sunt cõtenti &c.id est,quoniã iste modus hominũ nõ negat ista proteruiẽdo & propter gloriã, sicut faciũt logici,sed quia accidit eis nõ habere certitudinẽ:hoc enim manifestũ est ex sermonibus istorũ hominũ:sed infirmitas eorũ est quia quærunt ter/minũ in eo quod non habet terminũ & demonstrationẽ in principio de monstrationis. D.d.& medicinatio istorũ est facilis, id est, quia non quærunt ista intendendo victoriã,& ideo quæstione dissoluta abscin/detur illa dubitatio ab eis. D.d.illi autem qui querunt &c. id est,illi qui dubitant in istis & quærunt nõ ad aliud nisi ad vincendũ aduersa/rios quærunt impossibile,& qđ nõ possunt facere,quærũt deinde fa/cere vt contingant illis sermones cõtrarij,& cũ laborant in hoc statim inducũt sermones cõtrarios,& ideo cõtingit eis cõclusio quã volebãt inducere super aduersarios. Deinde dicit si autẽ non omnia dicuntur relatiue &c.id est,sed manifestũ est quod si non omnia cõprehensibilia per sensus sunt relatiua:sed quædã eorũ sunt per se non in respectu ad sensum tunc non omnia apparentia erunt vera sicut isti opinabantur.

Contra so/phistas.

Deinde dicit quod enim diximus qđ omnia &c.id est,cõtingit enim dicẽtibus qđ omne quod apparet cuilibet hominũ est verum vt omnia entia apud ipsum sint relatiua.D.d.& ideo oportet præseruare &c.id est & propter corruptionẽ istius hominis,& quia multũ nocet in philoso/phia oportet nos præseruari ab istis quærentibus intẽtione victoriã & dominiũ in cõtradictione,contradicunt enim sibi:quoniã dicũt qđ il/lud qđ apparet res nõ est illud quod est:sed illud qđ est secũdũ vidẽtem & in eo tẽpore in quo apparet,& sic negant vt res extra animã esse ha/beant omnino. D.d.& existimãt aliquid &c.id est,& accidit eis cũ voluerũt dicere in aliquo quid sit vt dicãt statim in eo qđ nõ est. Dein/de declarauit quomodo cõtingit hoc in eis &.d. possibile enim est vt idem apparet &c.id est,cõtingit enim istis iudicare idẽ esse mel per vi/sum & nõ esse per gustũ,& sic cõtradicẽt sibi.D.d.& similiter duo ocu li &c.id est,quãdo alter oculorũ fuerit diuersus ab altero in situ:tunc enim accidit eis idẽ apparere duo quãdo exprimitur oculus intãtũ qđ situs sit diuersus.D.d.illi igitur qui dixerunt causas prędictas hoc ab/scinditur sermo Aris. Et potest intelligi sic.declaratũ est igitur ꝙ illi qui dixerũt in istis rebus illas causas prædictas & illas rationes:accidit eis vt duo cõtradictoria vera sint insimul nõ secundũ diuersos homines tantũ:sed secundũ eundẽ hominẽ.Isti enim vt reputo nõ concedunt qđ cõtraria apparẽt eidẽ homini in eodẽ tẽpore & in eadẽ dispositione,& ideo dixit ista apparẽt & nõ apparẽt in eodẽ.Fingũt enim qđ cõtraria ap parẽt insimul:sed nõ eidẽ homini & in eodẽ instanti:sed duobus homi/nibus in duobus tẽporibus. D.d.sed apparẽt cõtraria multotiens in eodẽ tẽpore &c.idest,sed contingit eis vt cõtraria appareãt multotiens in eodẽ tẽpore & eidẽ homini.Deinde dicit sensus enim existimatur apud intẽtionẽ &c.id est,& causa erroris in hoc licet sensus sit idẽ &, sensa/tũ idẽ est:qa'qñ visus videt vnã rẽ,& quãdo videt illa duo nõ est in ea dem dispositiõe,cũ autẽ senserit rem eandẽ in dispositione eadem & eo dem sensu tũc erit vnũ,& hoc intendebat cum.d.& nõ quod termina/

Cõprehen/sio quæ fit vno sensu & vno mo/do sensus & in eadem di/spositiõe est vera semp.

tur &c.id est, comprehẽsio autẽ quæ fit vno sensu & vno modo, sensus &c. in eadẽ dispositione est vera semper & nũquã diuersatur.

Quare hæc vtiq; erit verũ: sed forsan propter hoc necesse dicere his qui nõ propter dubitationẽ: sed orationis causa dicentibus quod hoc est verũ sed huic verũ, & sicut prius dictũ est necesse ad aliquid facere omnia, & ad opinionẽ, & sensum quare nõ factũ est: nec erit nihil: nullo preopinãte. Si vero factũ est aut erit palã quia non erũt omnia ad opinionẽ. Amplius si vnũ ad vnũ aut ad terminatũ, & si idem & dimidiũ, & æquale: sed nõ æquale ad duplũ neque dimidiũ adæquale ad opinans itaque si idẽ est homo, & opinatũ nõ est homo opinans: sed opinatũ. Si vero vnũquodq; fuerit ad opinãs: ad infinita erit specie opinans. Quod quidẽ igitur firmissima opinio omniũ nõ esse simul veras oppositas dictiones, & quid accidit ita dicẽtibus, & quare ita dicant: tot sunt dicta.

E Contraria nõ possunt eidẽ simul inesse. Contrariorũ alterũ est priuatio.

Quoniã autẽ impossibile est cõtradictionẽ simul esse verã de eodẽ. Palã quia nec cõtraria simili inesse eidem contingit. Contrariorum enim alter um est priuatio nõ minus: substãtiæ autem priuatio negatio est ab aliquo determinato genere. Si igitur impossibile est simul affirmare & negare vere: impossibile & cõtraria simul inesse nisi aut aliqua ex parte ambo: aut alterũ quidẽ aliqua ex parte: alterum vero simpliciter.

CAPVT. VII.

At vero nec cõtradictionis mediũ esse contingit: sed necessariũ: aut dicere aut negare vnũ de vno quoque. Palã autem primũ diffiniẽtibus quid verũ & quid falsum. Dicere nãque ens nõ esse aut nõ ens esse falsum: ens autem esse, & non ens non esse verũ. Quare & dicens esse, aut nõ esse verũ dicet aut mentietur: sed neque dicit ens nõ esse aut esse: neque nõ ens. Amplius autem mediũ erit cõtradictionis quemadmodũ pallidũ albi & nigri: aut quemadmodum neutrũ hominis & equi. Siquidẽ igitur sic nõ permutabitur nã ex non bono in bonũ: permutatur autẽ ex bono in nõ bonũ: nunc autẽ nõ semper videtur. Non est enim permutatio nisi in cõtraria & media. Si autẽ est mediũ, & sic vtique erit aliqua in albũ non ex non albo generatio: nũc autẽ non videtur. Amplius autẽ omne intellectuale & intelligibile mens aut affirmat aut negat: hoc autẽ ex diffinitione palã est: cum verum dicit aut mẽtitur. Quãdo autẽ sic cõponit dicens aut negans verũ dicit. Quãdo autẽ nõ sic mentitur. Amplius præter omnes

F Nõ est permutatio nisi in contraria & media.

oportet

oportet eſſe cõtradictiones niſi orationis cauſa dicatur. Quare & nec verũ dicet aliquis:nec nõ verũ dicet,& præter ens & nõ ens erit:quare & præter generationẽ & corruptionẽ trãſmutatio quædã erit. Amplius in quibuſcũque generib⁹ negatio, & contrariũ inſunt,& in his erit vt in numeris:neque impar neque nõ impar numerus erit:ſed impoſsibile:ex diffinitiõe vero palã. Amplius in infinitũ vadet & non ſolũ emologia quæ ſunt erũt ſed plura. Iterũ enim eſt hoc negare ad dictonẽ & negationẽ,& hoc erit aliquid:nã ſubſtãtia eſt quædã ipſius alia. Amplius interrogãte ſi eſt albũ:dicit quia nõ:nihil aliud negauit quã ipſum eſſe. Negatio vero eſt quæ nõ eſſe.

Et dignũ eſt vt cogantur ad dicẽdum hoc qui nõ dicunt ambigẽdo:ſed diſputãdo tantũ:quod hoc nõ eſt verũ:ſed verum per hoc. Et ſicut prius fuit dictũ:neceſſe eſt vt dicens hoc faciat omnia relatiua ad exiſtimationẽ & ſenſum eſſe: ergo non fuit aliquid nec erit ſi aliquis prius nõ exiſtimauerit, & ſi res generatæ ſunt:aut erunt. manifeſtũ eſt ꝙ nõ omnia referũtur ad exiſtimationẽ & etiã aut referrĩ vnũ ad vnũ,& ad terminatũ,& ad idẽ & ſimilirer duplũ & æquale,& nõ refertur æquale:ad duplũ. Et cũ hoc ſi refertur homo & exiſtimãt per illum ad ſuã exiſtimationẽ ad illud quod exiſtimatur, & finxerunt ambo idẽ:tũc illud quod exiſtimat nõ eſt homo:ſed exiſtimatur per illũ etiã. Et ſi vnaquaque rerum refertur ad illud quod exiſtimatur:tunc illud quod exiſtimatur refertur etiã ad res infinitas in forma. Iſte igitur eſt ſermo noſter in iſtis ſermõibus ſuis,& quare ſermo eorũ ẽ hmõi. Et ſi eſt impoſsibile vt duo cõtradictoria vera inſimul ſint in eodẽ:manifeſtum eſt quod ſi impoſsibile vt cõtraria ſint inſimul in eodẽ etiã,alterũ enim eorũ eſt nõ eſſe,& nõ eſſe nõ eſt minus ſubſtãtia,& nõ eſſe eſt negatiuũ de aliquo genere terminato. Si igiĩ ĩpoſsibile eſt dicere ꝙ affirmatiua & negatiua ſunt inſimul:rectũ videtur vt ſit impoſsibile vt cõtraria ſint inſimul. Sed forte dicetur aliquid ex vtroque,& forte dicetur alterũ eorũ modo ſimplici,& etiã impoſsibile eſt vt aliquid ſit inter duo cõtradictoria: ſed neceſſario aut affirmatiua:aut negatiua altera eorũ erit de aliquo vno:poſtquã verũ & falſum prius determinantur. Dicere enim quod ens nõ eſt:aut illud quod nõ eſt:eſt falſum, & dicere quod illud quod nõ eſt:eſt verũ:ergo dicens quod hoc eſt, & nõ eſt, veridicat & falſat, & ꝙ dicẽs hũc ſermonẽ nõ dicit

quod ens non est neque illud quod non est,& etiam si aliquid est inter contraria. V.g.pallidū inter album & nigrum,& hoc erit verū in homine. Non enim secundum hāc dispositionem erit transmutatio & videtur quod illud quod nō trāsmutatur in bonum aut hoc in eo quod non est bonum,& hoc nō est manifestū modo:quoniā nō est transmutatio nisi ad res oppositas in situ,& media etiam,& si mediū fuerit secundum hāc dispositionē:tunc erit aliquod quod trāsmutatur in albū ex nō albo: & hoc nō videtur modo,& etiā omne cogitatū & intellectū aut affirmatur aut negatur,& hoc manifestum est ex diffinitione vtrum sit verū aut falsum. Cū enim cōuenit aut affirmatiue aut negatiue erit verū:cum autē non conuenit erit falsum, & etiam oportet vt sit hoc in omnibus, cōtradictorijs si non fuerit dictus sermo tantū. Si igitur cōtinget vt aliquis non veridicet:neque credatur etiā,& erit hoc in ente & nō ente etiam,& erit trāsmutatio nostra alia à generatione & transmutatione, & etiā oportet vt hoc sit in omnibus generibus in quibus accidit contrarium ex negatiua. V.g.in numeris,& vt in eis sit numerus neque par:neque impar:quod est impossibile. Et manifestū est ꝙ de numero proceditur in infinitū,& erūt res neque totum:neque medietas tantum:albū cum queritur si est, albū, & dicit quod non est aliud cum dicet negatiua non quia est negatiua aut quæ non est.

27 Dicit & rectū est vt qui non dicit hunc sermonem propter dubitationes contingentes ei & ambiguitatem:sed dicit proteruiendo & cōtradicendo:scilicet hoc non esse verum vt cogatur ad dicendum impossibile cōtingens ei prius. D.dedit illud impossibile. Et.d.,& sicut prius fuit dictum &c.id est, contingit enim dicenti hoc:vt omnia entia sint relata ad sensū & ad cognitionē,& hoc intēdebat cū.d.ad existimationē.

D.d.ergo non erit aliquid &c.id est,& contingit huic sermoni hoc scilicet quod nunquā fuit aliquid & nunquam erit si aliquis prius non existimauerit illud. Et dicit hoc:quia entia secundum opinionē hanc non erūt præter existimationes hominū. Deinde dicit &,si res sunt iā generatæ &c.id est, sed quia manifestum est aliqua generata esse & existentia extra animam:licet aliquis nunquam existimauerit in eis aliqua existimatione:manifestum est quod entia non sunt existimationes:tunc enim nulla generatio esset omnino,& tunc loquens loquendo si aliquis non existimaret ipsum esse non esset. Deinde dicit quoniam autem refertur vnum ad vnum &c.id est,& etiam si omnia entia sunt relatiua ad existimationes hominum,& relatiuum refertur ad aliquid terminatum: necesse est vt homo ad cuius existimationem referuntur entia sit ens per se:& non relatiuum omnino. Deinde dicit & cum hoc &c. id est, si igitur homo existimans non est ens per se:sed relatiuum ad suam existimatio

mationem: tunc etiam existimatio erit relata ad aliquam existimationē & procedit in infinitum: & hoc intendebat cum dicebat & si vnaquęq; rerum refertur &c. Deinde dicit iste igitur est sermo &c. id est istis igitur sermonibus contradicemus & demonstrabimus causas erroris eorum. Deinde dicit, & si est impossibile &c. id est cum manifestum est per se & concessum apud negantes illud per istos sermones prædictos: manifestum est quod impossibile est quod affirmatiua & negatiua congregentur in eodem: ergo & impossibile est vt duo contraria cōgregentur in eodem. Et causa in hoc est: quia alterum duorum contrariorum est priuatio alterius: & istud inquantum est oppositum enti non est minus quā non esse quod opponitur substantię. Et in alia translatione loco huius dicit: contrariorum autem alterum est non esse nō contradictoriorum non esse enim substantia. Deinde dixit, & non esse est negatiuum de aliquo genere terminato. i. & causa in hoc quod istud nō esse est æquale ad non esse quod est in substantia in hoc quod impossibile est vt sit cum illo cuius est. D.d. & si impossibile est vt affirmatio & negatio &c. id est quia contrarium est negatio propria alicuius generis: sicut est dispositio in priuatione substātiæ. quoniam quicquid negatur a specie, scilicet negatione simplici negabitur a specie, scilicet negatione propria. Deinde dixit, & forte &c. id est sed forte vtraq; inuenietur in eodem: & hoc erit in contrarijs habentibus medium: sed in potentia sicut albedo & nigredo inueniuntur in pallore: sed non in actu nec perfecte. D.d. & forte alterū dicetur modo simplici, id est & forte alterum inuenietur in re simpliciter, id est perfecte: & tunc non inuenietur in eo alterum nisi in diuersis temporib⁹. Et in alia translatione loco totius istius est aliud manifestius sic: & si impossibile est insimul negetur & affirmet: impossibile est enim vt cōtraria sint insimul: sed quandoq; hoc & quandoq; hoc. D.d. & etiam impossibile est vt aliquid sit inter duo contradictoria postq; inuenitur verū & falsum. i. quia diffinitio veri est illud quod non est falsum: & diffinitio falsi est illud quod non est verum: vnde manifestum est ex hoc quod cōgregentur in eodem est impossibile. D.d. dicere enim quod ens non est &c. i. & cū declaratū est qd' diffinitio veri est diuersa a diffinitione falsi: tūc qui dicit in eo quod est ꝙ non est falsat: & qui dicit in eo quod nō est, qd' est falsat etiā. Et intendit per verū esse siue affirmatiuū siue negatiuum est illud quod est extra animam secundū quod est in anima: falsum autē si ecōuerso. D.d. dicens igitur quod hoc est & nō est veridicat & falsat. i. cū impossibile est qd' verū & falsum cōgregent̄ in eodē: tūc dicēs in aliquo ꝙ est hoc: aut nō est hoc necessario aut veridicat aut falsat: qm̄ si illud qd' veridicauerit fuerit secūdū id qd' est extra aīam siue esse siue nō esse erit verū: si nā ūt falsum. D.d. & dicens hoc non erit &c. id est & qui hoc opinatur non opinatur ꝙ ens est non ens: & neq; ꝙ non ens est ens. D.d. & etiā si aliquid est inter cōtraria sicut pallidum &c. id est & si contraria habent medium, tunc inter hominem & nō hominē erit mediū. D.d. qm̄ secundū hanc dispositionē erit transmutatio &c. id est & si inter hominem & eius priuationem est medium & opposita inter quæ est medium sunt illa quæ transmutantur adinuicem: tunc erit trāsmutatio ex nō esse in esse. Verbi grā, vt sit trāsmutatio ex non bono ad bonum.

G

Alterū duorū cōtrariorū est priuatio. Idem. 2. phys. cō. 15. & quæ ibi.

Vide. 5. ph. 6. 19. 52. & 6. phy. 32.

a Cognitũ est primũ ꝙ trãsmutatio est ex oppositis: aut ex medijs inter ipsa. Idẽ primo physi.a.43.vsq; ad 50. Idẽ primo de generã.50. Idem 10.met.23. & 2.de aĩa. com.44.5. physi.6.& 12.meta.t.com.6.

Quod iueni tur ĩ aliquo naturaliter non inuenit in quodam ei⁹ & quodã non. Idẽ 2.ce.cõ.59. & prio poste.t.c.8.

Documentum.

bonũ. D.d.& hoc nõ est manifestũ &c.i.qm̃ cognitũ a est primũ ꝙ trãsmutatio est ex oppositis quorũ vtrũq; est ens:& quæ maxime distãt in esse:aut ex medijs quæ sunt inter illa. D.d.si igitur mediũ fuerit secundũ hãc dispositionẽ &c.i.si igit mediũ fuerit inter affirmationẽ & negationẽ:tunc mutatio eius quod mutatur ad album nõ erit ex albo:sed ex nigro:& ex priuatiõe albi: & hoc est impossibile scilicet vt nõ esse alteretur in esse:& esse in nõ esse. D.d. & etiã omne cogitatũ &c.i.& etiã manifestũ est quod omne imaginatũ aut affirmat de eo aliquid:aut negat de eo aliqd:aut ipsum affirmabit aut negabitur. D.d.& hoc manifestũ est ex diffinitiõe &c.i.& manifestabit ex diffinitiõe veri & falsi ꝙ nõ habent mediũ:qm̃ cũ conuenerit &c.i. qm̃ cũ cõuenerint affirmatiue:aut negatiue illud quod est extra animã erit verum:& si nõ conuenerit erit falsum. D.d.& etiã oportet vt illud sit in omnibus &c.id est & etiã si fuerit necesse vt inter cõtradictoria secundũ affirmatione & negationẽ sit mediũ:oportet vt hoc sit in omnibus cõtradictorijs:quod enim inuenitur in aliquo naturaliter:non inuenitur in quodã eius:& quodã nõ:nisi hoc sit verbis tm̃:non ratiõe. D.d.& si hoc cõtingit vt aliquis nõ verificet &c.i.& sic cõtradictoria habeãt mediũ cõtinget vt nullus homo veridicet in altero contradictoriorũ & falset in altero:sed põt falsare in ambob⁹:sicut in duob⁹ oppositis:q̃ habẽt mediũ.D.d.& erit trãsmutatio alia a generatiõe & corruptiõe.i.& cõtingit secũdũ hoc vt alia trãsmutatio sit a trãsmutatiõe quæ dicit gñatio: & vniuersaliter alijs quatuor trãsmutationib⁹. Et in alia trãslatiõe est inter generationẽ & corruptionẽ. D.d.& oportet etiã vt hoc sit in oĩb⁹ generib⁹ &c.i.& cõtingit secundũ hãc dispositionẽ vt inueniat inter cõtraria quorũ vnũ est vis affirmatiue & negatiue: adeo qđ inter parẽ & imparẽ sit numerus neuter. D.d.& est manifestũ &c.i. & hoc est impossibile: quoniam si inter parem & imparem fuerit numerus: tunc ille numerus diuidetur in parem & imparẽ: inter quos erit numerus neuter.& sic ille neuter diuidet:& sic in infinitũ. D.d.& erũt res nõ totũ neq; medietas tm̃ & in alia translatiõe: sic.& nõ erit numerus medietas toti⁹ tm̃:nec alij modi etiã:& iste sermo est difficilis ad intelligẽdũ:& p hoc intẽdit vt mihi videt ꝙ secũdũ hũc sermonẽ cõtingit vt natura numeri diuidat in infinitũ sicut q̃titas cõtinua diuidit in medietatẽ.s.ꝙ compositũ fuerit aliqđ totũ cõtinuũ diuidet in duo media.& vtraq; medietas illarũ diuidet etiã in duo media:& sic in infinitũ.& est manifestũ ꝙ numerus nõ diuidit sic semp:hoc eñ nõ inuenit nisi in cõtinuo. D.d.cũ quærit si est albũ &c.i. & ille a quo quærit in aliquo qđ est albũ:& dixerit qđ nõ est aliud cõcedit qđ nõ est aliud ab albo: & ista est concessio quod affirmatiua & negatiua non habent medium.

Venit aũt hæc opinio quibusdã sicut & aliæ inopinabiliũ. Qñ eñ soluere nõ possunt oratiões cõtẽtiosas:annuẽtes orõni confirmãt verũ esse qđ est syllogizatũ. Hi qdẽ igit ꝓpter talẽ cãm dicũt. Illi vo ꝓpter oĩm rõnẽ inquirere. Principiũ aũt ad hos oẽs ex diffinitiõe. Diffinitiõe verò fit ex ipõ significare ad necessariũ esse. Ratio nãque cuius nomẽ est signũ diffinitio fit.

Videt

Videt aūt Heracliti quidē ratio dicēs oīa esse:& nō esse oīa vera facere. Quæ verò Anaxagore esse aliquid mediū cōtradictio-nis.quare oīa falsa. Nā quādo miscentur nec bonū nec nō bonū est mixtum:quare nihil dicitur verum.

H

Ratio quam significat nomen est diffinitio.

CAP. VIII.



Eterminatis aūt his palā quod vno modo dicta:& de oībus:impossibile est esse sicut quidā dicunt. Hi quidē nihil dicētes verū esse: nihil em̄ phibere di-cūt sic oīa esse:sicut diametrū cōmēsurabilē esse. Illi verò oīa vera fere nāq; ipsis ratiões eędē Heraclito. Nā qui di-cit quod omnia suut vera:& oīa falsa:& seorsum dicit ratione vtrāq;.quare si sunt impossibilia:& hoc impossribile est. Am-pli⁹ aūt euidēter cōtradictiōes sunt:quas nō est possibile simul esse veras nec falsas oēs:& hoc quidē putabit magis cōtingere ex dictis. Sed ad oēs tales oratiōes oportet quærere quēadmo-dū in superiorib⁹ sermonibus dictū est:aut esse aliquid:aut nō esse:sed significare aliquid. Quare ex diffinitione disputandū: accipientes quid significat esse verum aut falsum. Et contin git ista existimatio hominibus sicut aliæ opiniones mirabi-les:quia non potuerūt dissoluere sermones aduersariorum : & ideo dixerunt sermones illorum : & verificauerunt argumen-tationes illorū. Quidam igitur dicunt istos sermones propter istam causam:& quidam qui quærunt ratione in omnibus re-bus:& principiū in oībus istis rebus erit ex diffinitiōe. Et diffi nitio est illa quæ significat rem necessario. Ratio enim quā no men significat est diffinitio. Et videtur quod sermo Heracliti affirmat quod omnia sunt vera:& quod non omnia sunt vera. Sermo aūt Anaxa. affirmat aliquid esse inter duo extra contra-dictoria:sunt igitur omnia falsa:qm̄ cū admiscentur mixtum nō erit bonū neq; nō bonū. Ergo impossibile est vt aliquid di-catur vere. & cum igitur distincta sunt ista:declaratum est quā impossibile est vt res sint illa quæ dicuntur eodē modo:& ne-que quæ dicuntur de omni:sicut quidā dixerunt. Quidā enim dixerunt quod nihil est verū: & nullū albū nigro. In greco isti sermones sunt sicut sermones Heracliti. Qui enim dicit eos esse veros & falsos:non diuidit inter istos duos sermones : & dicit vtrūque esse. Illa igitur impossibile est vt sint ista : & manife-stum est quod impossibile est:& hoc declarabitur etiā ex hoc qđ contradictoria sunt illa quæ impossibile est vt sint insimul vera:aut falsa oīa:& si existimet ex prædictis hoc esse impossi-

bile

bile: sed oportet vt sint contradictiones super omnes qui sunt: sicut isti secundũ ꝙ prædictũ fuit in sermonibus prædictis aliquid esse & nõ esse: sed significat aliquid. Et tũc disputabimus cum eis ex diffinitione cum inuenerimus quod significat verũ.

28 Idest: & accidit ista existimatio mirabilis quibusdam hominibus sicut accidunt aliæ opiniones mirabiles quæ nõ existimantur dici ab aliquo homine: & ex hoc quia nõ potuerunt dissoluere quæstiones hominum quærentium & dicẽtium hanc opinionem esse: & ideo dixerũt sermones eorũ.i. & ideo opinati sunt hanc opinionẽ & studuerunt in cõfirmando & verificãdo argumẽtationes eorũ. D.d. quidã igitur dicunt &c.i. quidã igit̃ dicebãt istos sermones propter dubitationes contingẽtes eis: & quidã propter hoc opinabantur ꝙ necesse est verũ sit vt oĩa habeãt diffinitiones naturales: & cũ viderũt ꝙ sensibilia nõ habent diffinitiones naturales negãt sciẽtiã: & innuit Heraclitũ. D.d. & principiũ in omnibus istis rebus erit ex diffinitione.i. & principiũ disputationis cũ istis in omnibus istis sermonibus erit ex verificatione diffinitionũ secũdum qđ res diuersæ habent diuersas diffinitiones: qm̃ si hoc cõcesserint destruentur sermones eorũ: & si hoc nõ concesserint disputatio cũ eis destruetur: qm̃ si diffinitiones nõ sunt nomina nõ erũt: & sic auferretur sermo. D.d. & diffinitio est illa &c.i. & diffinitio est illa quæ significat illud qđ nomẽ significat. Sermo enim qui significat illud est diffinitio necessario: & hoc est in speciebus & nõ in indiuiduis. Et d. hoc ad declarandũ ꝙ cũ fuerit cõcessum ꝙ species habẽt nomina propria ꝙ cõtinget vt habeat diffinitiones proprias & necessarias & cũ ita fuerit diffinitio affirmatiuæ erit alia a diffinitione negatiuæ: & ideo impossibile est vt affirmatiua & negatiua sint idẽ & vt q̃dlibet sit in quolibet. quemadmodũ impossibile est etiã vt oẽs sciẽtiæ sint falsæ. nõ enim oĩa sunt semper in transmutatione: sicut finxerunt existimantes ꝙ nulla res habet diffinitionẽ necessariã propter hoc ꝙ semper sunt in trãsmutatione. D.d. & videt̃ ꝙ sermo Heracliti &c.i. & videt̃ ꝙ sequit̃ ex sermone Heracliti in quo dixit ꝙ oĩa sunt semper in trãsmutatione: q̃a oẽs sermones sunt veri. & oẽs etiã sunt falsi. nõ tñ ꝙ oẽs sunt falsi sicut fingebat Heraclit⁹. Trãsmutatio enĩ media est inter esse & nõ esse: & ideo trãsmutatum potest dici ens & nõ ens: & erit ens & nõ ens insimul. Motus enim componitur ex esse & nõ esse. & ideo describitur sic motus: est pfectio eius quod est in potẽtia in eo quod est in potentia. Deinde. d. sermo aũt Anaxagoræ &c.i. quia mediũ est neutrum extremorum: & Anaxagoras dicebat mixtum esse quod non est ens neq; nõ ens videbatur dicere medium inter ens & non ens. Deinde dicit. omnia igitur sunt falsa &c. idest quoniam affirmatiua & negatiua falsant insimul in mixto: quapropter omnes existimationes erunt falsæ. Deinde dicit & cum ista sunt distincta &c. idest declaratũ est igitur ꝙ impossibile est vt res sint particulares aut vniuersales: sicut quidã dicebant ꝙ nullũ eorũ est verũ, & quod omnia sunt falsa. Et inuenimus in vno loco aliter in alia trãslatione sic illa autem omnia sunt vera.i. declaratũ est igitur ꝙ sermo dicentis quod omnia sunt falsa est falsus: & similiter sermo dicẽtis ꝙ oĩa sunt vera. Et videtur mihi ꝙ diminuit̃ etiã a libro hoc.s. ꝙ cũ falsum est

I Transmutatio est media iter esse & non esse. Motus cõponitur ex esse & non esse. 3. physi. t.c. 6.

est omnia esse falsa, & oīa esse vera, ergo falsum est dicere omnia esse falsa & vera insimul sicut sermo Heracliti. Deinde dicit, qui enim dicit &c. id est, qui enim dicit hôc congregat duos sermones, & non reputat eos esse contrarios. D. d. cum illa impossibile est &c. i. impossibile est vt vera sint falsa vel econtra. D. d. & hoc declarabitur etiam &c. i. & dicere in eis quæ sunt verà & falsa insimul declarabitur ex hôc quod diximus & declarauimus ꝙ duo cōtradictoria diuidūt verū & falsum, & ꝙ necesse est vt altera sit verū & alterum sit falsum, licet existimetur de prædictis dubitationibus hoc esse possibile. s. ex dubitationibus dicentiū quod omnia contradictoria sunt vera. D. d. sed oportet vt sint &c. i. sed oportet cū voluerimus disputare cum istis in istis tribus opinionibus ponere cum eis pacta quæ aut negabunt aut sustinebunt sicut fecimus prius quærendo ab eis, vtrum dicere in aliquo quod est & qđ non est vtrum. s. alterum istorum dicere significet intentionem quæ habet diffinitionem aliam a diffinitione intentionis quam significat alterum, aut neutrum significet secundum intentionem. Si igitur concesserint quod significat aliam intentionem quæremus ab eis de illa intentione & disputabimus cum eis. & ideo dixit, sed significat aliquid &c. id est, cū igitur cōcesserint ꝙ dictiones significāt res terminatas disputabimus cum eis de diffinitionibus. s. de diffinitionibus veri & falsi.

Si autem nihil aliud verum dicere quā negare falsum, impossibile omnia falsa esse. Est enim necesse contradictionis partem alteram esse veram. Amplius si omne, aut dicere, aut negare est necesse, vtraque falsa esse impossibile est, altera namque pars contradictionis est falsa. Accidit itaque & quod famatū est de om̄ibus talibus orationibus ipsa seipsas destruere. Nam qui omnia vera dicit orationis suæ contrariam veram facit, quare & suam non veram. Contraria enim nō dicit ipsam esse veram. Qui vero omnia falsa & ipse seipsum. si autē accipiat, hic quidem contrariam quod non vera sola est, ille vero suam propriam quod nō falsa, nihilominus infinitas accidit ipsis petere orationes veras & falsas. Nam qui dicit veram orationem verus est, hoc autem in infinitum vadet. Palam autem hoc, quia nec qui omnia quiescere dicunt, uera dicūt, nec qui omnia moueri. Nam si quiescunt omnia semper hæc uera & falsa erunt. Videtur autem hoc transmutatum, nam qui dici aliquādo ipse non erat, & iterum non erit. si uera omnia mouentur nihil erit uerum, ergo omnia falsa, sed hoc ostensum est, quia impossibile est. Amplius ens permutari est necesse, nam ex aliquo in aliquid est permutatio. At uero nec omnia quiescunt, aut mouentur aliquādo semper autē nihil. Etenim est aliquid quod semp mouet quæ mouentur, & primum mouēs immobile ipsum.

C Si vna oratio vera cōtingit infinitas veras eē.

Dicamus igiť ꝙ non est uerū aliud nisi ꝙ cū affirmatiua sit

uera

vera,& negatiua sit falsa,ergo impossibile est vt omnia falsa, qm̃ necesse est vt alterũ duorũ extremorũ & cõtradictionis sit verum.Et etiã si affirmatiua & negatiua dicuntur de oĩbus rebus necessario,necesse est vt non omnia sint vera. Quoniam alterum duorum extremorum contradictorie est falsum, ablatio in græco,& in alia translatione inuenitur loco huius diminuti sic,sed qui dicit contraria esse existimat quod omne quod dicit est verum,& quæ sunt contrariorum omnia sunt falsa,& ipse veridicat se.Si igitur destruunt sermones contrarios necesse est sermonem non esse,et ipse affirmat suum sermonem qui non est falsus.Et quod accidit non est diminutũ si fuerit quæsitum ab eis omnia infinita vera & falsa.Et qui dicit in sermone quod est verus illud quod dicit est verũ,& hoc procedit in infinitũ.Manifestũ est igiẽ quod neq; qui dicit quod oĩa sunt vera dicit verũ,neq; qui dicit ꝙ omnia mouentur.Quoniã si oĩa mouentur & semper sunt idẽ quia videntur ab isto trãsmutari.& ille q̃ dicit ꝙ nõ,& impossibile est qui dicit ꝙ oĩa & nihil est verũ.Oĩa igitur sunt falsa.Et etiã declaratũ est hoc esse impossibile,necesse est eim̃ ens transmutari,& trãsmutatio est ex aliquo,neque si etiam quiescant & mouentur,& post albũ.


29 Dicit.& cum conuenerint cum nobis in hoc quod nomen contrariorum significat aliquid terminatum, & est quod verum sit illud cui opponitur falsum,dicemus eis nihil aliud verũ nisi quod cum affirmatiua fuerit vera,negatiua erit falsa,qm̃ impossibile est esse alicuius, & nõ esse congregari insimul in eodem tempore. D.d. impossibile est igitur vt omnia sint falsa &c. id est, impossibile est igitur dicere quod omnes sermones sunt falsi,alterum enim extremorum cõtradictorij necesse est vt sit verum.Deinde dicit,etiam si affirmatiua & negatiua &c. id est,sed qui opinatur quod omnia opposita sunt vera, opinatur cum hoc quod cõtradictorium istius est falsum, & cum hoc etiam creditur quod omnia opposita sunt vera,ergo contradicit sibi in sermone dicenti quod omnia opposita sunt vera.oppositum enim istius non est verũ apud ipsum.Deinde dicit,si ergo destruunt &c. id est, si ergo dicentes quod omnia opposita sunt vera destruunt sermonem oppositum isti,& est quod nihil est verum,manifestum est quo sermo dicens.quod omnia sunt vera non est verus,dicens enim quod omnia opposita sunt vera aut falsa non confirmat suum sermonem nisi per hoc quod sermo opposit⁹ isti est falsus. Et hoc intendebat cum.d. quoniam qui affirmat suum sermonem secundum quod est non falsus,id est, quoniam qui verificat suum sermonem non verificat illum nisi per hoc quod est falsus,qui eñ ponit quod omnia opposita sunt vera accidit ei vt non omnia sint vera.& qui ponit quod omnia sunt falsa accidit ei vt non omnia sint falsa. Deinde dicit,& hoc quod accidit non est diminuens &c.id est,& quod accidit istis hominibus de hoc quod concedũt cõtradictoriũ eius

quod

quod posuerunt non prohibet. cum quæsitũ fuerit ab eis de diffinitione veri vt concedãt sermones oppositos esse veros & falsos infinitos. D. declarauit quomodo contingit eis hoc de diffinitione veri, &. d. quo dicit in sermone &c. i. qm̃ qui opinatur in aliquo sermone ꝙ est verus: opinatur ꝙ ista opinio est vera, & opinatur ista secũda opinione ꝙ est vera, & sic in infinitũ, & vnaquæꝗ istarũ opinionũ ꝙ est vera, & quod oppositũ vniuscuiusꝗ est falsum. Opinatur eñ sermones falsos esse infinitos, cũ hoc quod opinatur ꝙ oẽs sermones sunt veri, & hoc est valde improbabile & impossibile. D. d. manifestũ est igitur &c. id est, & manifestũ est quod neꝗ dicẽs ꝙ omnia opposita sunt vera, quia omnia entia sunt quiescentia dicit verum: neꝗ dicens quod omnia sunt falsa, quia omnia mouentur dicit etiam verũ. D. d. qm̃ si omnia mouentur & semp sunt idẽ, id est, & qui dicit quod entia sunt semper nõ est verum, dicens quod oĩa sunt vera, qm̃ entia semper videntur quandoꝗ vera cum fuerint in aliqua dispositione, & quãdoꝗ falsa cum fuerint in alia dispositione. D. dedit causam in hoc, &. d. qm̃ videtur hoc transmutari, id est, qm̃ istæ res particulares transmutantur semper ab vna dispositione in aliam. D. d. quia dicimus quod non est erit, id est, quia videmus multa in quibus dicimus aliquando quod non sunt, deinde tamen erunt. D. d. & etiam impossibile est etiã. i. & neꝗ est etiã vetus sermo dicẽtis ꝙ omnia opposita sunt falsa, quia oĩa sint mota. D. d. & declaratum est ꝙ hoc est impossibile. i. & causa in hoc est. s. impossibile vt cĩa sunt mota, qa transmutatio erit ex aliquo quiescẽte & in aliquod quiescẽs. s. transmutatio recta. D. d. neꝗ si etiã quiescant & mouentur, neꝗ est verũ etiam vt omnia entia moueantur qñꝗ & quiescãt qñꝗ, & intẽdit ꝙ quædã sunt talia, & quædã quiescentia semper, & quædã mouentur semper: & hoc manifestũ est in scientia naturali, & sic completus est quartus tractatus.

Aristo. Liber Quintus Primæ philosophiæ incipit. 8. physi. a. t. cõ. 21. vsꝗ ad. 27.

In quinto Mathematicæ secundum Auer. sunt quatuor summæ.
In prima distinguit nomina significantia causas a tex. primo vsꝗ ad. 6.
In secunda distinguit quoddam nomẽ quod sequitur ad causam, sed necessarium quæ habetur in sexto textu.
Tertia summa ponit distinctiones illorum nominũ quæ significãt subiectum huius scientiæ vel partes eius quæ est in. 7. vsꝗ ad. 21.
Quarta determinat distinctiones nominum quæ significant ens inquantum ens a. 21. vsꝗ in finem.



Rincipiũ dicitẽ aliud quidẽ vnde vtiꝗ aliquid rei mouebitur primum, vt lõgitudinis, & viæ. Hinc quidẽ hoc principiũ. ex opposito aũt alterũ aliud. Vnde vtiꝗ optime fiet vnumquodꝗ, vt doctrinæ nõ à primo rei principio aliqñ inchoandũ est, sed vnde facillime addiscet. Aliud vnde primũ generatur in existente, vt nauis sedile, & domus fundamentũ, & animalium alĩ cor, alĩ cerebrum, alĩ quodcũque sortiantur tale putant. Aliud vnde fit primum non inexistente, A B

A Quot modis dicitur principium.

Non a. ĩ. rei prĩcipio aliqñ inchoandum est, sed

vnde facilli me addiscet
Omis causa principium est.
Oim princi piorū commune est primum esse.

stente, & vnde principium motus natus initiari & permutatio, vt puer ex patre & matre, & bellum ex conuicio. Aliud secundum cuius voluntatem mouentur quæ mouentur, & mutantur quæ mutantur, vt secūdum ciuitates principatus, & potestates, imperia, & tyrannides. Principia dicuntur & artes & C harum architectonice maxime, amplius vnde cognoscibilis res primum, & hoc dicitur principium rei vt demonstrationum suppositiones. totiens autem & causæ dicuntur. Omnes enim causæ principia. Omnium igitur principiorum commune est primum esse vnde, aut est, aut fit, aut cognoscitur. Horum D autem, hæc quidem inexistentia sunt, illa vero extra. Quapropter & natura principium, & elementum, & mens, & voluntas, & substantia, & quod cuius causa, multorum enim & cognitionis, & motus principium est bonum & malum.



Nitium dicit̄ illud ex quo pri⁹ moueť aliquid. V.g. principiū lōgitudinis, et dicit̄ etiā illud ex quo melius est aliquid fieri. V.g. doctrinā, qm̄ forte non recipitur de principio rei, sed de illo de quo facilior est disciplina, & dicitur etiā illud ex quo prius fit res, & est in re. V.g. fundamentum nauis, & domus, & sicut quidā dn̄t cor in animali, & quidā cerebrū, & quidā aliud secūdū existimationem vniuscuiusq;. Et dicitur etiā illud ex quo fit res prius & non est in eo ex quo fit initium motus, & transmutationis. V.g. filius ā parentibus, & lis ab odio. Et dicitur etiā illud ꝓpter cuius voluntatē moueť quod moueť, & transmutať quod transmutatur. V.g. dominiū in ciuitatibus & regnum quæ dicuntur esse principia, & similiter in artificialibus & maxime in principijs artificiorū. Et dicit̄ etiā illud ex quo res scitur primo. V.g. ꝓpositiones in demonstrationem, & similiter dicuntur causæ etiam. Omnes em̄ causæ sunt principia, & oīa principia habent aliquid cōmune quod est primū, quod sciēdū, & qūo est, & qūo erit, & quædam principia sunt in rebus, & quædā extra res. Et similiter natura est principiū & elementum etiā, & cogitatio, & voluntas, & substantia illud propter qd, & bonū. at largum est principium plurium & cognitio & motus etiā.

Intentio. Quod ordo positus ab Aris. in faciēdo tractatū per se de nominibus sit

I INtendit in hoc tractatu distinguere significationes nominum secundum intentiones considerandas in hac scientia, & omnia ista nomina dicuntur secundum relationem ad vnū quid modis diuersis. & ideo expositio istorum nominum est pars istius scientiæ per se non sicut consuetudo est in scientia naturali, scilicet exponere nomina in quæstione ad quam hoc pertinet, quoniam distinctio nominum fuit illic solummodo

modo ad distinguẽdũ intẽtionẽ quæsitã ab alia intẽtione. hic autẽ est ad numerandũ ea de quibus cõsiderat ista sciẽtia. Cõsideratio igitur de nominibus est de genere cõsiderationis in modis subiecti in quo cõsiderat ista sciẽtia:& ideo oportet poni per se. Et cũ hoc latuit Nicolaum:vidֹebit ꝙ melior ordo est in hac sciẽtia exponere nomẽ apud cõsiderationẽ de intẽtione illius nominis nõ vt ponaŧ pars isti⁹ sciẽtiæ per se sicut latuit illũ dispositio & ordo sermonũ logicorũ in hac sciẽtia sicut diximus in tractatu tertio. a Et qa ista sciẽtia primo & principaliter cõsiderat de principijs entis secundũ ꝙ est ens incepit distinguere secũdũ quot modos dicitur principiũ vt sit declaratũ ei primũ a quo deriuatur hoc nomẽ ad alias:& quia initiũ est ex principio diuisit initiũ loco principij.&.d.initiũ dicitur &c.i.& illud ex quo fit initiũ trãsmutationis qđ dicitur principium dicitur multis modis dicitur enim illud ex quo fit initiũ motus localis in lõgitudine:& sicut dicitur ꝙ initiũ motus augmẽti prius erit ex magnitudine in longitudinẽ: deinde in latitudinẽ:deinde in profundo.D.d.& dicitur etiã &c.i.& initiũ trãsmutationis ex quo fit nõ erit ex illo quod est principiũ illius rei: sed ex illo ex quo fit facilius.V.g. principiũ b doctrinæ est enim in scientijs aliud ab eo quod est in rei veritate principiũ: sicut Arist.fecit in multis libris. D.d.& dicitur etiã &c.i.& dicitur initiũ prima pars gñata in aliquo eorũ quæ gñanŧ ex patribus diuersis.V.g.qm̃ initiũ parietis est fundamẽtũ: & initiũ nauis est lignũ curuatũ:& principiũ animalis est primũ mẽbrũ generatũ in eo.V.g. cor aut cerebrũ aut aliud:& cõmune est huic principio hic qđ est principiũ secũdũ elemẽtũ.s.illud ex quo fit principiũ rei: & primum ex quo fit principiũ trãsmutationis.s. motus localis:& cremẽti:& alterationis.

Et cum induxit modos principiorum ex quibus est res in substantia & accidente: incepit dicere modos principiorum agentium: & dixit:& dicitur etiam &c.i.& dicitur principium generans & agens:& est illud a quo fit initium generationis rei quousꝗ generatio perficiatur. V.g.generatio filij a parentibus:& litis a diuersitate opinionum: & vniuersaliter ista causa est agens & mouens. Et in exemplari inuenitur & est in re:& videtur mihi quod est error scriptoris: & debet legi & non est in re. Et si non est hic error tunc forte dixit hoc quia est dispositio istius causæ c in rebus naturalibus,scilicet ꝙ non est extrinseca ab eis.V.g. semen maris & fœminæ in speciebus generabilibus: in artificialibus autem & volũtarijs extra rem:sed vniuersaliter pater & mater sunt causæ extrinsecæ remotæ.pater d tanquam agens:& mater tanquam materia. D.d.& dicitur etiam illud &c.id est,& dicitur etiam principiũ causa finalis:& ista causa etiã est in natura:& est illud propter quod fit gñatio:& descripsit ipsum in rebus voluntarijs:quia in eis manifesta est magis quã in naturalibus. D.d.& similiter in artificijs &c.i. & istud principiũ quæsitum est in artificijs: & maxime in inito introitus in artẽ: quoniam illud quod homo inuenit apud introitum in artificio non inuenit ipsum primo nisi propter finem. Deinde illud quod post inuenietur non inuenietur:nisi propter illud quod primo fuit inuentum propter finem.Illud igitur principiũ est principiũ inuentionis & gñationis in rebus artificialibus & naturalibus. D.d.& dicitur initiũ &c.i.& hoc nomẽ principiũ etiã dicitur de principio doctrinæ. V.g. de ꝓpositionib⁹ in demon/

Couenictier illo quẽ posuit Nicolaus perипatheticus.

a 3.me.cõ. primo.

2 D Quare incepit a diffinitione principij.

b Principium doctrinæ in scientijs est aliud ab eo quod est pricipiũ in rei veritate.Idem pri. phyſi.cõ.8.

3.

c Causa agens nõ est extrinseca i rebus natu/ralib⁹ sed artificialibus.

d Pater est causa agens

B & mater est tanquã materia.

4 Vide calcẽ cõ.21.et ph

5 demonstratione:& istud est aliud a principio qđ est principiũ doctrinę.

In quibusdam artibus accidit vt principium essendi sit idẽ cũ principio doctrine. vide pri. ph. cõ. 8. vel etiam vide c. 2. primi phy.

Istud enim est principiũ scientiarũ quæsitarũ in arte:prædictum autẽ est principiũ disciplinæ artis secundũ ꝙ addiscit: & vl'r omne principiũ aut est principium in arte:aut est principium in esse:& in quibusdam artibus accidit:vt principium essendi sit idem cũ principijs doctrinæ:& in quibusdam non:vt determinatum est in alijs locis. Deinde dicit. & similiter dicuntur &c.id est,& similiter hoc nomẽ causa dicitur de omnibus rebus in quibus diximus quod hoc nomen principiũ dicitur de eis. Deinde dicit.& omnia principia &c.i.& omnia quæ dicũtur de principio dicuntur secundũ comparationẽ ad aliquod principiũ in eis quod est dignius dici principiũ quã ista:sed comparatio ad illud principiũ est modis diuersis secundũ propinquum & remotum: sicut est dispositio in hoc nomine ens. D.d.& sciẽdũ est quomodo est:& qũo erit.i.& istud
6 principiũ intẽditur ad sciendũ in hac sciẽtia qũo est in se:& qũo est pri-
F mum:& istud principiũ est causa finalis.Oẽs enim causæ nõ sunt principia nisi propter istud primũ. D.d.& quædam principia sunt in rebus &c.i.& principiorũ quædã sunt in re.V.g.vt forma & materia & quodam extra rem:vt agens & finis. D.d.& cogitatio & voluntas &c. id est,& omnia ista sunt principia eorum quorum sunt principia extrinseca ab eis:& intendit per substantiam formã generatiuã sibi similem in specie:& intẽdit per largitatem & bonũ et per illud propter quid idem, id est,principium finale:sed tamen non sunt synonyma simpliciter.

Oẽs causæ nõ sunt principia:nisi ꝓpter primũ principium idem. 2. me. com. 16.

G

CAPVT II.



Causa verò dicitur vno:quidem modo ex quo fit aliquid in existente:vt ęs statuæ:& argentum phialæ: & horum genera. Alio vero modo species & exẽplar: hæc autem est ratio ipsius quod quid erat esse: & huius genera vt eius ꝙ diapason duo ad vnum: & totaliter numerus & partes quæ in ratione. Amplius vnde principium permutationis primum:aut quietis:vt consiliator & pater pueri: & omnino efficiens facti:& permutans permutati. Amplius vt finis:hoc autem quod est cuius causa: vt ambulãdi sanitas:nam propter quid ambulat vt sanetur: & dicentes ita putamus reddidisse causam.Et quæcumq; mouentæ: alio inter media fiunt finit:vt sanitatis attenuatio:aut purgatio aut pharmaca:aut organa:hæc namq; omnia finis gratia sunt. Differunt autem abinuicem tanquam entia:hæc quidem vt organa:illa vero vt opera.Ergo causæ ferre totiẽs dicuntur. Accidit autem multotiens dictis causis: & multas eiusdẽ esse causas non secundum accidens:vt statuæ statuæ factiua & ęs:nõ secũdum aliquid aliud.Sed inquatũ statua: verũ nõ eodẽ modo. Sed hoc quidẽ vt materia:illud vero vt vnde motus. Et adinuicem causæ sunt:vt laborare causa est euechiæ; & hæc laborandi:

Causæ sunt sibi inuicẽ causæ.

di:sed nō eodem mō:verū hoc quidē vt finis:illud vero vt principiū motus. Amplius aūt & idē quādoq; cōtrariū est causa: quod eñ præsens huius causa est:hæc absens causa videt quandoq; de cōtrario. Vt absentia gubernatoris deperditionis:cuius erat præsentia causa salutis. Vtraq; vero præsentia & priuatio causæ sunt vt mouentes. Causa dicit secundū vnū modū illud ex quo fit aliquid:& est in eo:vt cuprum in idolo:& argentū in annulo. Et dicit alio modo forma & exēplar:& hoc est quod significat alicuius esse:& genera eius:sicut ꝓportio duorū ad vnū attribuitur ad diapason: & similiter oēs numeri: & partes diffinitionis:& etiā dicit alio modo secundū ꝙ est principiū trāsmutatiōis & quietis primo: vt dicitur ꝙ ambulatio est causa sanitatis:& pater filij: & vl'r agēs acti. & transmutans trāsmutati. Et etiā dicit alio modo tanq; cōplemētū: & hoc est ꝓpter qd fit aliquid. V.g. ꝙ sanitas est causa ambulationis. Si igitur quæsitū fuerit à nobis quare ambulemus: dicemus vt sanemur:& hoc dicto videmus nos reddere causam. Et similiter alia per quæ fit cōplementū per motū alterius:& est mediū sicut dicitur quod causa sanitatis est dieta:& ieiuniū:aut medicina:aut instrumēta:oīa eñ ista annumerant ad quærendū cōplementum & differunt qm̄ quædam sunt tanquam instrumenta:& quædam tanquam actiones. Causæ dicuntur igitur in maiori parte de istis modis. Quia igitur causæ dicuntur multis modis accidit vt plures ea id sunt eiusdē:sed modo accidentali. Ars enim idolorum est causa:& cuprum etiam:& non est aliud nisi per hoc quod est idolum : sed non eodem modo: sed alterum est illud ex quo fit motus:& exercitium: & sanitas suījpsius adinuicem. Exercitium enim est causas sanitatis:& sanitas est causa exercitij.sed non eodem modo : sed hoc tāquam complementum:& hoc tanquam principium motus. Et etiā eadem causa erit rerum contrariarum. Verbi gratia,illud quod cum fuerit præsens causa alicuius: & cum fuerit absens illud idem forte erit causa contrarij. Verbi gratia,quoniam absentia gubernatoris nauis forte erit causa destructionis nauis: & præsentia eius causa saluationis illius. Et hæc ambo scilicet præsentia & absentia sunt causæ tanquam motus.

H Idem qñq; contrariorū causa est.

Ambulatio est causa sanitatis tāq; agēs sanitas tāquā finis.

Dicit.ꝙ causa dicit de materia sicut dicit ꝙ cuprū est causa idoli: & dicit de forma & exēplari.D.d.& hoc sigñat esse alicui⁹ & gña illi⁹.i.et ista causa est quæ significat formā propriā rei & formā suorū generum. D.induxit exemplū formæ quæ est genus,& .d.sicut proportio &c.i.et 2
Vide,2.ph. 28.

forma quæ est forma generis sicut ꝓportio duorũ ad vnum:est enim tan quã genus ad diapason.vt declaratũ est in musica. D.d.similiter oẽs nu/meri &c.i.& sicr numerus est forma vniuersalis partiũ numerorũ:& sicr diffinitio est gñatio specierũ diffinitionũ. D.d.& etiã dicit alio mo/do &c.& intendit causam agẽtẽ.s.ex qua primo fit gñatio rei. D.d.sicut dicit ꝙ ambulatio est causa agẽs sanitatẽ:& cũ induxit causas secũdum materiã & formã & agẽs.d.et etiã alio mõ dicit tãquã cõplemẽtũ &c.i. & dicit etiã causa mõ quarto.s.cõplemẽtũ qđ intẽdit agẽs. V.g. sanitas ꝓpter quã fit ambulatio & exercitiũ. Et signũ eius est : qm̃ si aliquis quæsiuerit quare exercitam⁹ dicem⁹ ꝓpter sanitatẽ.D.d.& sicr alia &c. id est & rerũ quarũ actio est ꝓpter finẽ: quædã faciũt finẽ & cõplemẽtũ primo & per se:& quædã mediãtib⁹ alijs. V. g. ꝙ sanitas fit ex dieta &

Agẽs præparã; ꝑficiens. 2.phy.29. inanitione:inanitio eñ abstrahit humorẽ corruptũ:dieta aũt & abstinẽ/tia rectificat ipsum:ex quo sequit sanitatẽ esse.& sicr est de medicinis & instrumẽtis.s.ꝙ nõ faciũt sanitatẽ nisi mediãtib⁹ alijs.& similiter exer/citiũ. D.d.& differũt qm̃ quædã sunt quasi instrumẽta &c. & oĩa ista conueniũt in inueniẽdo finem.s.sanitatẽ: sed differunt eo ꝙ quædã sunt actiões.s.ambulatio:& quædã instrumẽta.s.præparatiões & vẽtosæ.D. d.& causa dicit in maiori parte &c.i.& hoc nomẽ causa dicit in maio/ri parte:& famosius de istis quatuor causis:&.d.hoc qa etiã dicunt cau/sæ cõsequentia istorũ & accidẽtia eorũ. D.d.qa igit esse etiã &c. i.& qa causæ sunt diuersis modis accidit vt idem habeat plures causas:&.d.

3 qa accidit ꝙ quædã sunt quæ nõ habẽt nisi quasdã causas.s.quædam ge nera causarũ. D.dedit exemplũ famosum in suo tpe:&.d.V.g.idolum &c.i.V.g.ꝙ ars idolificandi est causa idoli:& similiter cuprũ est causa idoli:sed duobus modis:cuprum eñ est causa materialis.ars aũt idolifi/candi est causa mouens & generãs. D.d.& exercitiũ & sanitas &c.i. & causæ quæ sunt in eadẽ re sunt causæ sui ipsius adinuicem:ambulatio

Idẽ.2.phy.30. eñ est causa sanitatis tanquã agẽs.sanitas autem est causa ambulationis tanquã finis.& cũ numerauit causas in modo secũdo: incepit dicere dis/positiones earum. V.g.quoniã accidit eis vt sint causæ eiusdem rei :'& quod accidit ꝙ quædã sunt causæ quarundam:incepit etiã dicere aliam

Idem diuersis modis potest esse causa cõtrariorũ. Idem.2.phy.t.c.30. dispositionẽ.&.d.& etiam erit eadem &c.id est,& contraria habẽt cau sas contrarias:sed qñꝗ accidit vt idem sit causa contrariorũ duorũ:non tamẽ eodem modo:sed diuersis modis. V.g.ꝙ gubernator cum absit est causa destructionis nauis: & cum adest est causa saluationis illius. D.

I d.& hic ambo &c.id est,& hæ duæ dispositiones sunt causæ saluatio/nis:aut destructionis nauis de genere causarum mouentiũ & agentium.

Quod cui⁹ causa optimũ & finis aliorũ vult esse. Idẽ.2.phy.t.com.31.&.2.me.t.cõ.8. Omnes verò causæ dictæ in quatuor cadunt modos mani/festissimos, Nam elementa syllabarum materia factorum: vt & ignis:& terra & talia omnium corporũ & partes totius: & suppositiones cõclusionis vt ex quo causæ sunt.Horũ autẽ hæc quidem quasi subiectum vt partes:illa verò vt quod quid erat esse: vt totũ & compositio & species. Sperma verò medicus: & consiliator,& omnino efficiens oĩa sunt causæ vnde princi/

L pium permutationis aut status;alia verò vt finis: & bonum aliorum.

aliorũ. Nã ꝙ cuius causa optimũ & finis aliorũ vult esse. Nihil aũt differt dicere: siue bonũ: siue apparentes bonũ. Causæ quidẽ igit hæ & tot sunt specie. Modi vero causarũ, numero qdẽ mul ti sunt capitulati verò & hi pauciores. Dicunt em̃ causæ multi pliciter, & ipsarũ speciei eiusdẽ prius & posterius alia ꝙ alia, vt sanitatis medicus, & artifex, & eis ꝙ est diapason duplũ & numerus, & semper cõtinẽtia quæcũq; singulariũ. Ampli⁹ aũt vt accidẽs & horum genera: veluti statuæ aliter polycletus, & aliter statuæ factor: quia accidit statuæ factori polycletũ esse. Et cõtinentia accidẽs vt homo causa statuæ: aut totaliter aĩal quia Polycletus homo & animal. Sunt aũt & accidẽtiũ alia aliĵs remotius & propinquius: vt si albus & musicus causa dicãtur statuæ, & nõ solũ Polycletus aut homo. Præter omnia autẽ & proprie dicta, & secundũ accidens: hæc quidẽ vt potẽtia di= cuntur: illa vero vt agẽtia vt ipsius ædificari ædificator: aut ædi ficans ædificator. Similiter autẽ dicuntur & in quibus causæ sunt causæ dictis: vt huius statuæ aut statuæ & omnino imagi nis: aut eris huius: aut eris: aut omnino materiæ, & in accidenti bus similiter. Amplius autẽ cõplexa hæc & illa dicuntur: vt nec polycletus nec statuæ factor: sed polycletus statuæ factor. M Attamẽ omnia hæc sunt pluraliter sex: dupliciter aũt dicta: aut em̃ vt singulare: aut vt genus, & ipsius secundũ se: aut secundũ accidẽs: aut vt genus accidẽtis: aut vt cõplexa hæc: aut vt simpli citer dicta. Amplius vt agentia: aut secundũ potẽtiã. Differũt aũt intãtũ ꝙ agẽtia quidẽ & singularia simul sunt, & nõ sunt & ipsa & quorũ causæ: vt hic medẽs: cũ hoc cõualescẽte, & hic ædificator cũ hoc ædificio. Quæ aũt est secũdũ potestatem non semper. Corrumpuntur enim nõ simul domus & ædificator.

Causa in actu simul est cũ causato.

Omnes igitur causæ quæ modo fuerunt dictæ cadunt super quatuor modos famosos valde. Literæ enim syllabarũ & ma= teria artificialiũ, & terra, & oĩa corpora similia, & partes totius & propositiones cõclusionis sunt tanquã causæ quæ sunt ex ali quo, & quædã istorũ sunt quasi subiectum, & quædam quasi partes, & quædã quasi illud quod significat alicuius esse: sicut totũ, & compositio, & forma. Semẽ autem & medicus, & am bulatio, & omne quod agit aliquã actionẽ sunt secũdũ princi= piũ trãsmutatiõis & quietis. Et quædã sunt tãquã cõplementũ & largitas aliĵs: Illud em̃ ꝓpter quod fit largitas aliĵs: vult etiã esse complementũ. Et nõ differentia inter dicere hoc esse largũ

&hoc videri largũ. Cauſæ igitur ſunt iſtæ, & numerus ſuarũ formarũ eſt iſte numerus. Et modi cauſarũ ſunt plures ſed cũ referũtur fiunt pauciores etiã. Dicuntur enim cauſæ multoties ea quæ cõueniunt in formã,& dicuntur quædam ante,& quædã poſt. Sicut dicitur quod cauſas ſanitatis eſt medicus peritus & ars,& duplũ eſt cauſa ad diapaſon, & numerus etiam. Et ſimiliter etiã illud quod cõtinet aliquid particulariũ & etiã tãquã accidens & genera eius. V.g.idolũ. Cauſa enim eſt idoli artifex idolorum ſcilicet polycletus: ſed diuerſis modis, accidit enim vt nomẽ artificis eſſet polycletus. Et ſimiliter ea etiã quæ cõtinẽt accidẽs:ſicut homo cum fuerit cauſa idoli, aut aliquod aliud & quædã accidentia ſunt remotiora quibuſdã & quædã propinquiora. V.g.cũ dicimus ꝙ albũ & muſicũ eſt cauſa idoli,& nõ polycletus tantũ aut homo. Et dicũtur cauſæ aliter ab omnibus iſtis proprie,& vniuerſaliter,& potẽtia,& actu. V.g. ædificator rei ædificãdæ: aut ædificator qui ædificat. Et dicũtur huiuſmodi ſermones in rebus quare cauſæ habeant' cauſas. Et etiã ſicut cauſa illius idoli quod eſt idolũ: aut quod eſt alia forma,& cuprũ,& cauſa cupri eſt alia materia, & ſimiliter in accidentibus. Et etiã dicũtur iſta & alia ſecũdũ cõpoſitionem. V.g. non polycletus:neque artifex idoli ſed polycletus artifex idoli ſed multitudo iſtorũ omniũ eſt ſenarius. Et dicũtur duobus modis:aut tanquã genus:aut tãquã totũ ablatio in romano,& differũt quod agentia & particularia ſunt,& non ſunt inſimul, & quæ habent cauſas etiã. V.g. ſanans iſte, & ædificator iſtius ædificati. Quæ autẽ ſunt in potẽtia nõ ſunt ſemper inſimul: domus enim & ædificator non corrumpuntur inſimul.

3 Et cũ dixit genera cauſarũ famoſa ſcilicet quatuor, & diſpoſitiones earũ famoſas, vult in hoc ca. dicere duo. Quorũ vnũ eſt qđ omnes cauſæ reducũtur ad hæc quatuor genera. Secundũ autẽ eſt cognoſcere ſuos modos. Et.d.omnes igitur cauſæ &c. D.d.literæ enim &c.id eſt, contingit literas eſſe cauſas ſyllabarũ & materias artificialiũ cauſas artificialiũ & naturaliũ cauſas naturaliũ. V.g. terre & aliorũ corporũ quæ ſunt materiæ corporũ cõſimiliũ partiũ, & corporũ cõſimiliũ partium quæ ſunt materiæ organicorũ,& illa quæ ſunt partes rei & quæ ꝓpoſitiones eſſe cauſas cõcluſionũ. Hoc tamẽ reducitur ad vnũ genus illorũ quatuor generũ ſcilicet materiale quod demõſtratur ex hac propoſitione ex,cũ dicimus qđ omne generatũ generatur ex aliquo,& hoc intẽdebat cum.d. ſic cauſæ quæ ſunt ex aliquo. D.incepit declarare etiã modos cauſarũ formaliũ &.d.quædã iſtarũ ſunt ſubiectũ &c.id eſt, & quædã iſtarũ cauſarũ rerũ quas numerauimus eſt materia elementũ: ſicut diximus, & quædã ſicut totũ & partes, Totũ enim eſt forma & partes materia,& ſimiliter

Oppoſitum pri.phyſi.c. 58. vbi. d. nõ dicimus fieri ex hoc. Totũ eſt forma & ptes ſũt materia. vide. 7. me. cõ.25.&.4. phy.cõ.49. &.2. ph.31.

militer litere, & syllabæ & elemẽta. Compositio enim in omnibus istis est tãquã forma, & quasi intẽdebat notificare quod queadmodũ dicitur multis modis sic forma. D.d. semẽ autẽ &c. id est, causæ aũt quæ sunt semẽ & mendicus & ambulatio, & omne agẽs aliquid reducitur ad causam quæ est principiũ trãsmutationis post quietem quæ dicitur motus. D.d. & quædã sunt sicut cõplementũ &c. id est, cõplementũ enim & bonũ & largitas nõ inueniũtur in rebus nisi per causam finalem, & ideo qđ caret causa finali caret bono. D.d. causæ igitur sunt istę &c. id est, & genera igitur causarũ sunt ista quatuor, & species causarũ sunt tales quales numerauimus. D.d. & modi enim causarũ &c. id est, & modi causarũ sunt plures: sed cũ referũtur ad inuicẽ secundũ oppositionẽ scilicet cũ diuidunẽ in opposita tũc determinabunẽ. D. incepit eas determinare, & d. dicũtur eñ causæ &c. id est, causarũ enim cõuenientiũ in forma scilicet quæ sunt vnius generis: quædã sunt ante quasdã in essendo causam alicuius & secundũ hoc causarũ aliæ sunt propinquæ: alię remotę.

D. dedit exẽplũ &c. d. sicut dicitur qđ causa sanitatis &c. id est. V.g. in causis agẽtibus medicus & ars vtrũq; enim est causa sanitatis sed ars causa remota, & medicus propinqua. In formalibus autẽ duplũ & numerus: vtrũq; enim est forma ad diapason quæ est in proportione dupla: sed numerus est forma remota, & duplũ forma propinqua. D.d. & similiter illud quod cõtinet aliquod particulariũ est talis, id est, et istę formę sunt remotiores ab inuicẽ: quia quædã continent quasdam, & ideo dispositio in eis quæ continẽt alia particularia est talis scilicet qđ quędã sunt propinquiora quibusdã, & quædam remotiora, & iste modus etiã scilicet ꝓpinquitas & remotio: inuenitẽ etiã in causa finali & materiali. Et cũ dedit istos duos modos oppositos: dedit etiã aliũ modũ oppositũ, &. d. & etiã sicut accidẽs &c. id est, & etiã causarũ quædã sunt causæ essentialiter: quædã accidẽtaliter. V.g. qđ causa idoli essentialiter est artifex idolorũ, & accidentaliter Polycletus: cui accidit qđ sit artifex idolorũ. D. dicit & similiter alio modo etiã illud qđ continet accidens &c. id est, & qm̃ illud cui attribuitur aliud per accidẽs qñq; collocatur sub eo quod est essentialiter, & qñq; cõtinet ipsum. V.g. quod illud quod collocatur sub eo quod est essentialiter, est Polycletus qui facit idola: qui igitur facit idola essentialiter est artifex idolorum, & iste collocatur sub artifice simpliciter, & ideo cum attribuitur ei actio idoli erit per accidens: illud etiã quod cõtinet illud quod est essentialiter est sicut homo artifex idoli scilicet quod cum actio idoli attribuitẽ homini est per accidẽs, & magis si attribuitẽ animali &. d. sicut accidẽs & gña eius: quia quod est per accidens est multis modis. D.d. & quædam accidentia &c. id est, & in causis quæ sunt accidẽs: inuenit etiã causa propinqua & remota sicut in causis quæ sunt essentialiter. V.g. albũ & musicũ sunt causæ idoli per accidẽs: sed remotæ & Polycletus & homo causæ sunt per accidẽs: sed propinquiores illis quæ sunt essentialiter. Homo enim secundũ quod est homo non est artifex idolorũ: qm̃ tunc omnis homo esset artifex idolorum: sed secundũ quod habet artẽ idolificãdi. Sed tamẽ iste modus propinquior est modo essentiali quã ille modus prædict⁹ scilicet de musico & albo, musicus enim & albus nihil faciũt in idolo: homo autẽ & polycletus faciũt idolũ: sed accidẽtaliter. D.d. & dicunẽ causæ alio mõ &c. id est, &

Bonũ & largitas nõ inueniũtur in rebus nisi ꝑ causam formalẽ. Idẽ. 3. met. t. cõ. 3. &. 2. met. t. cõ. 8. &. 2. physi. 31. 2. phy. 28.

N Propinquitas & remotio inuenitẽ etiam in causa materiali & finali. 2. physi. 34.

5. ph. pri. & 7. physi. pri.

& etiã causarũ alia est vniuersalis:alia propria, & iterũ causarũ quædã sunt actu:quædã potẽtia autẽ est sicut ædificator rei ædificandæ; in actu
2.physi.38. vero est sicut ædificator dũ ædificat.D.d.& dicũtur tales sermones &c. i.& modi istarũ causarũ scilicet propinquus & remotus & communis & ꝓprius nõ inueniunt nisi in rebus quarũ causæ sunt causatæ ab aliis causis, & illæ aliæ causæ habent alias causas donec perueniatur ad primas causas.V.g.causa istius idoli singulis est qđ est agẽs idolũ simpliciter:aut qđ est habẽs aliã formã,& similiter causa est materialis. D.d.& similiter in accidẽtib⁹ &c.id est,& etiã accidit causis quæ sunt per accidens:vt quædã sunt ꝓpinquæ quædã remotæ. D.d. etiã dicũtur istæ & illæ &c.id est,& istarũ causarũ quædã dicunt secundũ cõpositionẽ,
2.phy.36. & quædã simpliciter.V.g.vt nõ dicat qđ Poly.tm̃ est faciẽs idolũ:neq; artifex idolorũ:sed dicat ꝙ polyclet⁹ artifex fecit idolũ: hic em̃ cõponitur ex essentiali & accidẽtali. D.d.sed multitudo &c. id est, & intendit per sex ꝓpinquũ & remotũ, & essentiale & accidentale, & cõpositũ & simplex.cõmune em̃ & ꝓpriũ reducũtur ad ꝓpinquũ & remotũ, & cũ ista sex multiplicẽtur in duo scilicet potẽtiã & actum:tũc oẽs modi cau
Idẽ. 2.phy. sarũ erũt.xij.cõpositi & simplices.D.d.etiã dicũtur duob⁹ modis &c.
36.Vide.2. id est,& habẽtia easdẽ causas:aut erũt eadẽ specie:aut genere.Causæ au
de anima.t. tẽ quæ sunt eædẽ in genere sunt sicut reflexio quæ est causa heconis, &
cõ.8. causa iridis.Prima em̃ est cõuersio aeris. Secũda autẽ est cõuersio radiorũ,hæ vero in species sunt sicut cõuersio radiorũ quæ est causa iridis & circuli lunæ.Et forte est ecõuerso scilicet qđ idẽ habet diuersas causas genere.V.g.hoc qđ dicitur in causa exitus nili,& hoc declaratum est in analeticis posterioribus. Et forte istud diminuit in isto loco. D.d. & differũt &c.id est, & differẽtia inter istũ modũ causarum agentium,et agentiũ quæ agũt res particulares est:qm̃ agẽs qđ facit particulariũ erit & non cõsequitur vt suũ actũ,& in illo primo modo semper erunt insimul scilicet causa & causatũ. D.d.& quæ habent causam &c.id est, & quæ sunt huiusmodi sunt sicut domus & ædificator.Aedificator enim est licet non sit domus. D.d.quæ autem sunt in potentia non sunt semper insimul &c.id est,causa autem quæ est potentia cum fuerit in actu non remanebit insimul cum suo actu:domus enim & ædificator nõ corrumpuntur insimul:sed alterum corrumpitur, & reliquum manet.

CAPVT III.



Elementũ vero dicit ex quo cõponit primũ in existẽte indiuisibili specie in aliã speciẽ: vt vocis elementa ex quib⁹ vox cõponit, & in quæ diuidit vltima. Illa vero nõ adhuc in alias voces ab ipsis specie diuersas sed & si diuidant particulæ sunt eiusdẽ speciei:vt aquæ particula aqua: sed nõ syllabæ.Sic aũt & corporũ dicũt elemẽta dicentes in quæ diuiduntur corpora vltima.Illi aũt nõ adhuc in alia specie dr̃ia corpa,& siue vnũ:siue plura talia hæc el'nta dicunt. Sic aũt & quæ diagrãmatõ dr̄ el'nta,& oĩno quæ demonstrationũ.Nam primæ demr̃ones & in plurib⁹ demr̃onib⁹ existẽtes hoc el'nta demr̃onũ dr̄; sunt aũt tales syllogismi primi ex tribus

bus p mediũ vnũ. Et transferẽtes aũt elementũ vocant hinc quodcunq; vnũ ens & paruũ ad multa fuerit vtile:quapropter & paruũ & simplex & indiuisibile dicit elementũ:vnde venit maxime vl'ia elemẽta esse:qa vnũquodq; eorũ vnũ ens & simplex in multis inest:aut oĩb9 aut quãplurimis. Et vnũ & pũctũ principiũ qbusdã vident esse:qm̃ ergo vocata gña vl'ia & indiuisibilia:vna em̃ est ipsorũ ratio:elemẽta gña dicũt aliq: & magis quã differẽtia. Qm̃ vl'e magis genus. Nã cui differẽtia inest & gen9 sequit. Sed cui gen9 nõ oĩno differẽtia. Oĩm aũt cõe est elemẽtũ esse cuiuslibet qđ primo inest cuiq;. Elementũ dicit illud ex quo cõponitur res primo:& est in ea. & nõ diuidit secũdũ formã in aliã formam. V.g. quoniã elemẽta soni sunt ex quibus cõponitur sonus: & ad quæ perueniunt vltimo: & illa non diuidunt in alios sonos diuersos ab eis secundũ formã:sed si diuidant partes eorũ erunt cõsimiles secundũ formam: sicut aqua cuius pars est aqua:non sicut pars syllabæ. Et dicẽtes quod corpora habent talia elementa in quæ diuidunt primo:& non diuidunt in alia corpora diuersa secundũ formã: dixerunt:vnũ elementũ & plura talia. Et elementa linearũ dicuntur proprie secundũ hunc modũ:& vniuersaliter elemẽta oĩm demonstrationũ. Primæ enim demonstrationes quæ sunt in pluribus demonstrationibus dicunt elementa demonstrationũ. Et primæ congregationes sunt similes istis quæ sunt ex tribus terminis: quorum vnus est medius. Et etiam dicitur elementũ secundum minoritatẽ illud per similitudinem quod est vnum minimum:& nõ diuidit:& indiget in plurib9 rebus. Et ideo minimũ simplex quod nõ diuidit dicit elementũ. Vnde fuit positũ hoc nomẽ rebus quæ sunt elemẽta vniuersalia magis quã alia. Quoniã vnũquodq; eorũ quia est vnum simplex inuenitur in pluribus:& in omnibus rebus:aut in multis. Et ideo existimauerunt quidam quod vnum & punctus sunt principia. Et quia illa quæ dicuntur genera sunt vniuersalia & non diuiduntur: quia non habent diffinitionem: dixerunt quidam quod genera sunt elementa: & quod sunt magis in elementatione. Quoniam genus est maioris vniuersalitatis. Quod enim habet differentiam:habet genus etiam. Et quod habet genus non habet differentiam necessario. Et elementum est commune omnibus rebus:quod est primum cuiuslibet:& in quolibet primum.

VVlt distinguere secundum quot modos dicit elementũ:qm̃ ista noia sunt propinqua synonymis & cõmunibus appropriatis. Elementũ 4 enim

P enim non dicit de causis extrinsecis: & dicitur de intrinsecis: & dignius de materia. Principiũ autẽ dignius est dici de causis extrinsecis: & causa est minor principio in hoc. Principium aũt est, quasi vniuersalius causa cũ dicatur principiũ de principijs trãsmutationis & de quatuor causis.

Et dixit elementũ dicit &c.i. hæc est diffinitio elemẽti: secundũ quod est elemẽtũ. Per hoc igit quod.d. ex quo res cõponit primo excludit illud ex quo res cõponit secũdo. Cõpositiones enim quę sunt in eadẽ re quædã sunt primæ: quædã nõ primæ: & primũ elementũ est illud quod nõ cõponit ex aliquo oino. Et per hoc qđ.d. & est in ea excludit elementũ qđ transmutat cũ aliqd generat ex eo: sicut cũ caro generatur ex sanguine tũc sanguis non remanebit pars carnis. Et per hoc qđ.d. & nõ diuiditur secundũ formã excluduntur elemẽta ꝓpria alicui speciei: sicut organica cõponuntur ex similibus. Organica eñ primo cõponũtur ex illis: & sunt partes eorũ: sed sunt diuisibilia secundũ formã: & innuit per hoc ꝙ nõ est cõditionandũ vt nõ sit diuisibile secundũ quãtitatem.

Et cũ descripsit elementũ dedit exẽplũ & .d. sicut elemẽta soni &c.i. V.g. sicut elemẽta syllabarũ quæ diuidunt in cõsonãtes & vocales. istæ eñ litteræ nõ diuidunt in alias diuersas ab eis: & omnino neq; secundũ formã: neq; secundũ quãtitatẽ. Et cũ voces cõpositæ.s. dictiones dissoluent ad istas peruenient: & ex istis cõponũtur primo: & sunt in eis. Et quia nõ est cõditionandũ in diffinitione elemẽti vt nõ sit diuisibile secundã quãtitatẽ.d. sed si diuidant &c.i. sed si elemẽta diuidant secũdũ quãtitatẽ: tũc partes eorũ sunt indiuisibiles secundũ formã: sicut aqua: & terra: & ignis & aer. Oĩa eñ cõposita ex istis in illa diuidunt secundũ formã: sed ista nõ diuidũtur in alia secundũ formã secũdũ quãtitatem: & in partes cõsimiles secundũ formã. Et ideo dicit describẽdo. Partes consimiles sunt illæ in quib⁹ diffinitio partis & toti⁹ sunt similes & in eadẽ.

D.d. nõ sicut syllabæ &c.i. ꝙ aqua & aer nõ sunt sicut syllabæ quæ diuidunt in indiuisibilia forma & quãtitate. D.d. dicentes igit ꝙ corpora &c.i. opinãtes igitur ꝙ corpora habẽt talia elemẽta.s. talia in quæ cõposita diuiduntur vltimo: & illa nõ diuidũtur in alia secundũ formã: quidã dixerũt quod illud qđ est tale erit vnũ tantũ quatuor corporũ: & quædã plura vno. D.d. & elemẽta linearũ &c. id est, & elementa figurarum. Verbi gratia triangulus in figuris & corpus igneum in corporibus. Et forte intendit puncta secundũ sententiã eorũ qui dicũt quod lineæ cõponuntur ex punctis: & prope hæc est sentẽtia eorũ qui dicunt quod corpora cõponunt ex corporib⁹ indiuisibilibus. Elementũ enim apud istos est qđ nõ diuidit secundũ formã nec secundũ quãtitatẽ: & ꝙ hæc vocatur conditio & suppositio in diuisibilitate secundũ quãtitatẽ quã indiuisibilitas sequitur secundũ formã quæ est vera cõditio in diffinitione elemẽti: ideo diffinitio istorũ propinqua est diffinitioni veræ: vt post dicet. D.d. & vniuersaliter elementa oim demõstrationũ &c.i. & hoc nomẽ elementũ dicitur prope hũc modũ de demonstrationib⁹: quædam enim demonstratiões sunt de alijs demonstrationibus quasi elemẽta de cõpositis. Primæ eñ demõstrationes quę cõponũtur ex primis ꝓpositionibus sunt elementa omniũ demonstrationũ quæ cõponunt ex eis: demõstratiões eñ cõpositæ dissoluunt in demõstratiões simplices: istæ aũt nõ dissoluunt in alias: & quia hoc non accidit demonstrationi nisi

secundum

Cõtinuatio

Elemẽtũ dicit de causis intrinsecis.

Idẽ pri. ph. com. pri. 12. meta. 23.

Cõpositiones quę sunt in eadẽ re quædã sunt primæ & quædã non primæ. vide pri. phy. cõ. pri. & 28. Et 2. ph. 10.

Exemplũ.

Partes cõsimiles quid.

Primæ demonstrationes quæ cõponũtur ex primis propositionib⁹ sunt elementa omnium demonstrationum quę cõponũtur ex eis.

ſecundũ ꝙ eſt ſyllogiſm⁹.ſ.ꝙ ſyllogiſmi cõpoſiti diſſoluunť in ſimplices. D.& primæ cõgregatiões &c.i.& primi ſyllogiſmi q ſunt ex trib⁹ terminis tm̃:ſunt etiã elemẽta ſyllogiſmorũ cõpoſitorũ. D.d.& etiam dicit elemẽtũ ſecundũ trãslationẽ &c.i.& dicit elemẽtũ ſecundum mutationẽ nois ꝓpter ſiſitudinẽ illud qď eſt minimũ vnũ indiuiſibile ſecũdũ qualitatẽ & eſt exiſtẽs in plurib⁹. D.d.& ideo diciť &c.i.in quantitate.V.g.hoc qď diciť ꝙ pars indiuiſibilis eſt elemẽtũ. D.d.vñ illud nomen fuit poſitũ &c.i.& qa elemẽtũ exiſtit in plurib⁹ exiſtimauerũt qdã ꝙ intẽtio vniuerſalis eſt elemẽtũ:& ꝙ illud qď eſt maioris veritatis eſt magis elementũ. D.d.qm̃ vnũquodq; eorũ &c.i.vnũquodq; em̃ eorũ nõ habuit hoc nomẽ elemẽtũ:niſi qa exiſtit in pluribus.ſed quod exiſtit in oĩbus aut in pluribus eſt dignius hoc noĩe elementũ. D.d.& ideo exiſtimauerunt qdã &c.& ideo exiſtimauerũt qdã punctũ eſſe elementũ corporũ & qdã vnũ:qa viderũt ea eſſe indiuiſibilia: & etiã in pluribus.

D.& qa illa quæ dicunť genera &c.i.& qa genera generaliſsima non diuiduntur ſecundũ diffinitionẽ:cũ nõ habeãt genus & differentiã & elementã eſt illud qď nõ diuidiť:exiſtimauerũt qdã ꝙ gñã gñaliſsima ſunt elemẽta. D.d.& ꝙ ſunt magis in elemẽtatiõe.i.& exiſtimauerũt propter hoc:hoc eſſe in omni genere:ſed magis in gñaliſsimo: qa ſunt maioris vniuerſalitatis. D.d.quod enim habet differentiã &c.i.& cauſa in hoc ꝙ genera generaliſsima ſunt magis elementa quã alia genera eſt: qa ſunt ſimpliciora:alia em̃ habẽt differẽtiã.Et qď habet differẽtiam habet gen⁹:& ſic cõponiť ex duob⁹:genera aũt generaliſsima non habent differẽtias.Omne em̃ qď a habet differẽtiã habet gen⁹:& nõ omne quod habet gen⁹ habet differẽtiã:& hoc intẽdebat cũ.d.& omne qď habet genus nõ habet differẽtię. Genera em̃ generaliſsima nõ habẽt gen⁹:niſi genus dictũ multipliciter. Et forte intẽdit per hoc qď.d.& omne qď habet gen⁹ nõ habet differẽtiã huiuſmodi gñã:iſta em̃ gñã nõ habẽt differentias cũ nõ dicantur vniuoce de alijs ſicut vnũ& ens: & teſtatur huic expoſitioni hoc:qm̃ opinãtes vniuerſalia eſſe elementa nõ opinabantur hoc niſi in vno & ente & ſimilibus. Et cũ narrauit quod elementum dicitur tribus modis qui conueniunt in diuiſibilitate.Quorum vnus eſt illud quod eſt indiuiſibile ſecundũ diffinitionẽ.Secundus illud quod eſt indiuiſibile ſecundũ ſpeciẽ:& iſtud aut eſt vniuerſale:aut particulare. Et tertius eſt illud qď eſt indiuiſibile ſecundũ quãtitatẽ & illud aut eſt vnũ numerale aut punctus. D.d.& elementũ eſt cõmune &c.i.& cũ diffinitio elemẽti ſit illa prædicta.quã diximus:manifeſtũ eſt ꝙ verũ elementũ eſt cõe oĩbus cõpoſitis: qď eſt primũ ex quo componunť cĩa:& eſt exiſtẽs in vnoquoq; eorũ:& in qď diſſoluuntur oĩa:& iſtud elementũ debet eſſe cauſa aliorũ elementorũ:& hoc quod dixit,eſt prima materia.

Q a Oẽ quod habet differentiã habet genus:& nõ econtra. Gñã gñaliſſima nõ hñt gen⁹: niſi genus dictum multipl'r. diſtictionẽ de duplici genere regre. 4.'meta.cõ.2.& primo de aĩa.cõ.7.&.2.de aĩa.cõ.30.&.3.de aĩa.com.4.

Natura verò dicitur vno quidẽ modo naſcentiũ generatio. Vno verò ex quo gñať primo qđ naſciť in exiſtẽte.Amplius vñ mot⁹ primus in quolibet natura entiũ in ipſo in quãtũ ipſum exiſtit.Naſci verò dicunť quæcũq; augmentũ habẽt per alterũ in tangendo.Et connaſci autem & adnaſci vt embrio. Differũt aũt connaſcentia à tactu;hic em̃ nihil præter tactũ alterum neceſſe

Materia prima eſt vere elementum.

R Idem.2.de gñatione & corru.cõ.6

&. 3. ce. c. 31. &. 10. meta. cō. 2. Argy. adiun cta quę sunt aut copulata.

cesse est esse. Insimul aūt natis est aliquid vnum idem in ambobus quod facit per tangi simul nasci & vnū esse secundū continuum & quantū: sed non secundū quare. Amplius natura dicit ex quo primo aut est aut fit aliquid entium: natura inordinato existēte & immutabili à sua ꝓpria potestate: vt statuæ & vasorū æreorū æs natura dicit & ligneorū lignū. Similiter aūt & in aliis. Ex his eñ est vnumquodq; saluata prima materia. Hoc enim modo: et existētiū natura elemēta dicūt esse naturam: alij ignem: alij terram: alij aquam: alij aerē: alij aliquid aliud tale: dicētes alij quidam horū: aliis vero hæc oīa. Amplius aūt alio mō dicit natura existētiū natura substantia: vt dicētes naturam primam cōpositionē esse: vt Empe. dicit ꝙ natura illius est existētiū: sed solū mixtio & pmutatio pmixtorū est. Natura vero in oīb⁹ noīatur. Quapropter & quæcūq; natura sunt aut fiūt iam existēte ex quo nata sunt fieri: aut esse: nō dicimus naturam habere si nō habēt speciē & formā. Natura qdē igit ꝙ ex his vtrisque est: vt aīalia & eorum partes. Natura aūt materia prima: & hæc dupliciter: aut quę ad ipsum prima: aut oīno prima: vt operū æreorum ad ipsum quidem primum æs: totaliter vero forsan aqua: si oīa liquabilia aqua. Et species: & substantia: hæc aūt est finis gñationis. Metaphora vero iam & oīs oīno substantia natura dicit ꝓpter hāc: quia & natura substantia quędā est. Ex

S dictis igitur prima natura: & proprie dicta est substantia quæ principiū motus habentiū in se inquantū ipsa. Materia namq; quia huius est susceptiua esse dicitur natura: & generatiōes generantis: quia sunt ab hac motus: & principium motus natura existentium: hæc est in existens: aut potestate: aut actu.

Materia dupliciter dicitur.

CAPVT IIII.



T dicit natura vno modo de oībus pullulantibus. Et etiā dicit natura illud cū quo pullulat pullulans primo. Et est in eo etiā illud ex quo est primus mot⁹ in vnaquaq; rerū naturaliū: & est in eis sicut est in rei veritate. Et dicit pullulare oē qđ habet cremētū in alio secūdū cōtactū: aut secūdū cōsolidationē: sicut embriones. Et inter con tactū & cōsolidationē hæc est dria. In cōtactis eñ nō est necessariū ꝙ aliqd sit in actu a tactu. In cōsolidatis aliqd est vterq; qđ facit ea esse cōsolidata in loco cōtact⁹: & vt sint vnū secūdū continuationem & quantitatem: nō secundū qualitatē. Et etiā dicit natura illud ex quo primo fit essentiæ rei naturalis: & sua generatio:

generatio,& eſt immutabile & intranſmutabile à ſua virtute quam habet. Sicut dicitur ꝙ cuprum eſt natura idoli,& cyphi cuprei, & lignum eſt natura cyphi lignei,& ſimiliter de alijs. vnumquodq; enim rerum quæ ſunt ex iſtis prima materia eſt in eis ſaluata cōceſſa. Et per hūc modū dixerūt quod elementa ſunt natura rerū naturaliū, & quidā dixerūt ꝙ eſt diffinito, & quidā ꝙ terra,& quidā ꝙ ignis,& quidā ꝙ aer,& quidam ꝙ aqua,& quidā aliud tale,& quidā omnia. Et etiā dicitur natura alio modo ſubſtātia rerū naturaliū,ſicut dicit̄ ꝙ natura eſt prima cōpoſitio,aut ſicut dicit Empe. ꝙ natura entiū nihil aliud eſt niſi mixtū, & ſecūdū iſta dicūt homines naturam. Et ideo quæ ſunt per naturam aut eſt ex aliquo quod eſt ex eo eſt & ex eo naturaliter eſt ſuū eſſe,non dicitur ꝙ habet naturā ſi nō habuerit formam & exēplar ei⁹. Natura em̄ eſt illud quod eſt ex iſtis duob⁹,ſicut animal,& mēbra animalis, & dicitur natura prima materia,& illa dicit̄ duobus modis. Dicit̄ em̄ primū in reſpectu alicuius,& primū in rei veritate,ſicut res factæ ex cupro,Cuprū em̄ cū refertur ad iſta eſt primū, & dignū eſt vt dicatur primū in rei veritate,ſi omnia liquabilia ſunt aqua Dicitur etiam natura forma & ſubſtātia,& iſta eſt finis generationis. Forma aūt & omnes ſubſtantiæ dicuntur naturæ,quia hoc nomē imponit̄ eis. Natura aūt eſt aliqua ſubſtantia. Manifeſtū eſt igit̄ ex dictis ꝙ prima natura quæ dicitur in rei veritate eſt ſubſtantia rerū quæ habent principiū motus in eis,& materia dicit̄ natura qa recipit iſta. Et ſiр̄r eſt gn̄atio & pullulatio pullulantis,qa ſunt mot⁹ ex natura,& qa ſunt idē principiū motuū rerū naturaliū,& ſunt in eis ſimpl̄r. aut potentia,aut actu.

QVIA hoc nomē natura dicit̄ de cauſis, & iſta ſciētia cōſiderat de 5
cauſis,neceſſe eſt vt philoſophus determinet ſecūdū quot modos
dicit̄ natura. Hoc nomē em̄ natura quo philoſophus vtitur eſt vniuerſa
lius eo quo naturalis vtitur, & etiam philoſophus debet diſputare cum
negantibus naturā eſſe,& etiam perſcrutatur de cauſis ſuis, & Auicēna
putauit ꝙ philoſophus demonſtrat naturā eſſe,& ꝙ philoſophus natu- 2.phy.cō.
ralis accipit hoc a philoſopho, & non eſt ſicut exiſtimauit. & etiam de- 22.&.j.ph.
clarauimus hoc in ſciētia naturali. Et.d.& etiā dicitur natura illud in cō.vltimo.
quo pullulat &c.i.& intēdit ꝑ pullulās creſcēs ex aliqua re,& diſtinctū
ab eo in creatura,licet ſit cōtinuū cū eo,& qa intēdebat ꝙ natura dici-
tur de cremento creſcentis quod eſt diſtinctū ab eo in quo creſcit for-
ma & creaturas, ſicut embriones & fructus in ſeminibus, & in hoc gn̄e Pullulare
collocant̄ gn̄abilia ex ſe. D.d.& etiā dicitur natura &c.i. & dr̄ natu- quid eſt.
ra illud ex quo pullulat ꝑpullulans primo & eſt in eo. D.d.pullulare
&c.i.& dr̄ pullulare oē qđ creſcit ī alio,& eſt cō tinuū cū eo,aut ſecūdū

tactum

tactum, aut secundũ consolidationẽ, sicut embriones qui crescunt continui cum impregnatis, & sicut fructus & semina quæ crescunt consolidata, aut continua cum habentibus semina, & hoc modo collocantur partes membrorum continue adinuicem secundum contractum, aut secundum consolidationem. D.d. & inter tactum & consolidationem &c. id est, & contacta non congregabuntur per aliquod cõmune in eis per quod fiunt vnum. Consolidata autem fiunt vnum per aliquod consolidans in quo communicant, & hoc intendebat cum.d. inconsolidatis vero est vterq; aliquid &c. id est, consolidata consolidantur per aliquod commune vtriq;. Deinde exposuit hoc &.d. & est illud quod facit ea consolidata &c. id est, & illud quo fit consolidatio est illud quod facit consolidata vnum secundum continuationem, non vnum secundũ qualitatem. &.d. quoniam consolidata non sunt vnum secundum qualitatem sed secundum continuationem ecõuerso miscibilibus, ista enim reuertuntur in vnum secundum qualitatem & continuationem. D.d. & etiam dicitur natura illud ex quo fit &c. id est, & dicitur natura materia rei ex quo generatur absq; eo ꝙ transmutatur sua natura. sicut cuprum ex quo fit idolũ remanẽte cupro, & similiter cyphus ligneus qui fit ex ligno remanente ligno. Deinde.d. & similiter alia &c. id est, qm̃ vnumquodq; eorum est ex istis, & materia in eis est saluata, id est, & similiter in alijs rebus generatis ex talibus rebus, qm̃ natura cuiuslibet earum est natura naturæ absq; eo quod transmutentur, & hoc intendebat cum d. saluata. D.d. & secundum hunc modum dixerunt &c. id est, & secundum hunc modum naturæ dixerunt quod natura rerum naturalium est natura elementorum, & ista sententia est negantium formam esse, & dicentium substantiam nullam esse nisi materiam, & ideo antiqui opinabantur quod naturæ rerum sunt naturæ elementorum. Qui enim opinabantur terram esse elementum, dicebant ꝙ naturæ omnium rerum sunt terra aut terrestria, & qui opinabantur elementum esse ignem dicebant ꝙ naturæ omnium rerum sunt ignis aut ignea. D.d. & etiam dicitur natura alio modo, id est etiam dicitur natura tertio modo illud quod est substantia rerũ naturalium quæ datur ad interrogationẽ factã per quid scilicet formã. sicut quidã dicũt ꝙ natura rerũ naturalium est forma primæ compositionis in vnaquaq; rerũ naturaliũ, qui enim opinabãtur elementa nõ admisceri, & quod sunt existentia in actu in eo cuius sunt elementa, nõ tenet formã rei rectæ ex elementis nisi in compositione & figura, sicut est dispositio in domo quæ fit ex lateribus & lapidib⁹. D.d. aut sicut.d. Empedo. &c. i. aut sicut.d. Emp. quod mixtio & mutatio mixtorum sunt in mixtione naturæ rerũ generabiliũ. s. ꝙ formæ & substantiæ rerũ generabiliũ sunt in mixtione & mutatione. s. in mutatione partiũ. Et iste homo licet expressit hoc nomen mixtio, tamẽ non opinabatur veram mixtionẽ esse secũdũ ꝙ Arist. narrauit alibi, sed solummodo per mixtionẽ intendebat cõpositionem. D.d. & huiusmodi vocãt hoĩes naturã &c. id est, & signũ eius ꝙ natura simpliciter dicitur de forma, est qm̃ omnes homines non dicũt in eo ꝙ generatio est antequam generetur ꝙ habeat naturã donec habeat formã & exemplar. sicut non dicunt in aliqua rerũ artificialiũ esse factũ donec acquiratur forma. D.d. natura enim &c. naturalia eñ cõstituũtur ex duabus naturis. s. materia & forma

Differentia inter contractum & consolidationẽ.

Secũdus modus naturæ.

Vide idẽ. 2. phy. t. cõ. 9. & 8. met. c. 8. & 2. de anima. 36.

Tertius modus.

2. de gñatione & corru. t. c. 37. & i. eiusdẽ. t. cõ. 85. idem. 2. ph. 10. & 11.

& forma. V.g. animalia & mēbra animaliū, vtraq; enim componunť ex materia & forma. D.d. & dicit natura prima materia &c. i. & natura dicitur de materia, & materia dicit duob⁹ modis. Dicitur enī materia prima cōmunis omnibus, & dicit etiā materia propria vnicuique enti. D.d. & dedit exemplum, sicut res factæ ex cupro &c. i. & materia propinqua. quæ dicitur esse prima in respectu alicuius generis aut alicuius speciei est sicut cuprum ad omnia facta ex eo, & materia quæ est prima in rei veritate ad omnia facta ex cupro est aqua si aqua est prima materia liquabiliū quorum cuprum est vnum. D.d. & dicitur natura &c. i. & dicit hoc nomen natura de formis. & de alijs substātijs. s. de materia & cōposito ex materia & forma, secūdū q̄ hoc nomen fuit transsumptū, q̄m hoc nomē natura in rei veritate ꝓpriū est alicui⁹ subiecti. scilicet formæ aliæ aut substantiæ quæ dicuntur natura in respectu alicuius generis aut alicuius speciei, est secūdū trāsumptionē nominis de causa ad causatum. D.d. manifestū est igitur quod prima natura &c. id est, declaratū est igitur ex prædictis q̄ hoc nomen natura primo dicitur de substantia quæ est forma quæ est principium motus in rebus naturalibus essentialiter & primo & quod materia nō dicitur natura nisi quia nisi recipit istam naturam. & etiam motus generationis & augmēti nō dicuntur naturæ nisi quia sunt viæ ad istam naturam, quæ est forma & principium illi, & forma existit in eis modo simplici, s. in motu inter potētiā purā & actū purū. s. q̄ vna per ei⁹ est potentia & alia actu.

Distinctio secūdi modi Idē. 2. phy. 9. & hæc infra. 29.

Quart⁹ modus naturæ.

Natura dicitur. j. de forma. Idem. 2. phy. c. 12. & j. celi. c. 5. et 7. met. 39. sed vide oppositum. 2. ph. cō. prīo. Idē. 2. phy. tex. cō. 14.

CAPVT V.

X Necessariū dicit sine quo nō cōtingit esse aut viuere quasi concausali, vt respirare & cibus animali necessariū, nā sine his esse est impossibile. Et sine qb⁹ homini bonū nō cōtingit, aut esse aut fieri, aut aliquod malū expellere, aut priuari, veluti bibere pharmacū necessariū vt nō laboret, & ad æginā nauigare vt pecuniā recipiat. Amplius vim faciēs & vis, hoc autem est quod præter impetū & præuolūtatē impediēs & prohibēs violētū enī necessariū dicit, quapropter & triste, sicut zenonus ait. Oīs enī res necessaria tristis est, & vis necessitas quædā est, Y vt Sophocles dicit, sed vis me facere hoc cogit. Et videt necessitas non aliquid increpabile esse. Recte cōtrariū enī motui secūdū præuoluntatē & secūdū cogitationē. Ampli⁹ quod nō cōtingit aliter se habere necessariū dicimus sic se habere. Et secundū hoc necessariū, & alia dn̄r aliqualr oīa necessaria. Violētū enī necessariū dr̄ aut facere, aut pati, tūc qn̄ nō contingit secūdū impetū ꝓpter cogēs, ut hāc necessitatē existē ꝓpter quā nō cōtingit aliter. Et in cōcausalib⁹ vinēdi & boni sir̄. Nā cū nō cōtingit, hic quidē bonū, illic vero viuere & esse sine aliquibus, necessaria hæc, & causa necessitatis quędā est hæc. Ampli⁹

Argi. euer⁹ poēta.

demonſtratio neceſſariorum eſt, quia nõ cõtingit aliter ſe habere ſi demonſtratũ eſt ſimpliciter, huius aũt cauſa eſt quæ prima ſunt, ſi impoſsibile aliter ſe habere ex quibus eſt ſyllogiſmus. Horũ quidẽ vtiq; altera cauſa eſſendi neceſſaria, horũ aũt nulla, ſed ꝑpter hæc alia ſunt ex neceſsitate, quare primum & neceſſarium ꝑprie quidem ſimplex eſt. Hoc enim non cõtingit pluribus modis habere, quare nec aliter & aliter, iam eñ pluribus modis vtique habere. Ergo ſiqua ſunt ſempiterna & immobilia nihil illis eſt violentum, nec etiam præter naturã.

3 In ſempiternis nihil eſt violẽtũ, nec præter naturam.

Et neceſſarium eſt illud quod impoſsibile eſt vt res ſit niſi cũ ipſo, & eſt tanquã cauſa ſicut anhelitus, & nutrimentũ in aĩalibus, quæ ſunt neceſſaria, & ſine his impoſsibile eſt vt animal ſit. Et etiã neceſſariũ eſt quod impoſsibile eſt, niſi per illud vt ſit, aut non ſit bonum, aut negare bonũ. aut priuare ipſum, ſicut dicitur quod accipere medicinã eſt bonũ, ne ei accidat infirmitas, & nauigare ad Athenas eſt neceſſarium ut recipiatur debitum. Et etiam dicitur neceſſarium de faciente violentiam & de violentia. & hoc eſt quod impedit uolũtatẽ. Faciens eñ uiolẽtiã diciẽ neceſſariũ, & ideo eſt cõtriſtãs etiã, ſicut dixit zenonus, & oẽ neceſſariũ, eſt cõtriſtãs, & uiolẽtia eſt aliqua neceſsitas, ſicut .d. Sophocles, ꝙ uiolentia de neceſsitate cogit me ut hoc faciã. Et exiſtimaẽ quod neceſsitas non facit opinantem aliquod uerum & reuerti & mutari à ſua opinione, quia eſt cõtrariũ motui, qui fit per uolũtatẽ & cogitationẽ etiã. Et etiã dr̃ neceſſariũ illud quod impoſſe eſt ut ſit alio mõ. Et ſecundũ hmõi neceſſariũ dñr oĩa alia neceſſaria aliquo mõ, Diciẽ enim actio neceſſaria, uel paſsio neceſſaria, uel illud quod impoſſe eſt ire propter faciens uiolentiam. Et ita neceſsitas eſt illud ꝑpter quod impoſsibile eſt ut ſit aliquid alio modo. Et ſil̃r in cauſis uitæ & boni. Quoniã cũ impoſſe eſt ut bonũ ſit in quibuſdã rebus, neq; eſt uita, neq; gñatio ſine aliquibꝰ alĳs. Illa igitur ſunt neceſſaria, & cauſa eſt aliqua neceſsitas. Hæc igitur eſt declaratio neceſſariorum, quoniam impoſsibile eſt ut ſint alio mõ ab eo quod demonſtratũ eſt modo ſimplici. Et cauſa eius prima eſt ſi fuerit poſsibile ut ſit alio modo ut ſit ſyll'us cõgregatio. Quædã eñ habẽt aliã cauſam neceſſariã, & quædã nihil. Sed alia erunt neceſſaria propter iſta. Manifeſtum eſt igitur ꝙ primum neceſſarium in rei ueritate eſt ſimplex, & impoſsibile eſt ut illud ſit multis modis, ergo neq; alio modo. Sed ſi non

erit

erit multis modis. ergo si fuerint res simplices: & æternæ: & immobiles: nulla earum erit violenta: neque extra naturam.

Dicit qd necessitas & necessarium dicuntur multipliciter, dicitur enim illud quod impossibile est q esse rei cõseruet nisi per illud: & est quasi causa illius in permanẽtia eius sicut anhelitus & cibus aialiũ. D.d. & etiã necessariũ illud &c.i. & necessariũ dicitur alio modo.s. illud quod impossibile est acquirere aliquid aut suã priuationẽ: nisi per illud siue bonum fuerit siue malum: sicut dicitur qd accipere medicinam est necessarium ne accidat malum: & nauigatio ad Athenas est necessariũ ad recipiendũ pecuniam a debitore: & hoc est acquirere malũ propter bonum. Et istud differt a primo: qa primũ est in rebus naturalibus: & istud in volũtarijs. D. induxit tertiũ modũ: &.d. & dicitur necessitas de actione violenta. faciens enĩ violentiam coget rem ad illam violentiã: sicut dicitur q rex cogit Sor. necessario ad interficiendum Platonem: & quia necessitas est contra voluntatem: & voluntas est delectabilis: & necessitas est contristabilis: sicut dicitur de verificatore qui dicit q omne qd violentat hominẽ necessario est cõtristabile. Deinde.d. & existimatur q necessitas &c.i. & dicitur necessitas vera opinio de qua impossibile est reuerti. Opinans enim opinionem hanc non habet opinionem vt a secunda vertatur: & est sicut.d. contra voluntatẽ. D. induxit quartum modũ: &.d. & etiã dicitur necessariũ &c.i. & etiã dicitur necessariũ illud quod impossibile est vt sit alio modo scilicet qd impoẽe est transmutari aut inueniri alio modo ab eo secundum q est: & iste modus est famosior omniũ modorũ istorum: & ideo.d. & secundum illud necessarium dicuntur &c. idest & ex hoc modo transsumptum est hoc nomen necessarium ad omnia quæ dicuntur necessaria propter consimilitudinem veram inter illa. Deinde induxit modum consimilitudinis inter ea: &.d. dicitur enim actio necessaria & actiones necessariæ &c. idest & ista de quibus dicitur necessarium non dicuntur necessaria nisi propter consimilitudinem quam habent cum vero necessario. Non enim dicuntur actiones necessariæ: nisi qa necessariũ est illud quod impossibile est: vt aliquid agat aliud ab actione illa propter faciens violentiam: & illud quod impossibile est vt ab eo inueniatur illa actio secundum quam patitur violentiam: necesse est vt in eo inueniatur modus veræ necessitatis: & est illud in cuius natura est vt non sit alio modo. Deinde dicit & similiter in causis vitæ in bonis &c. idest & similiter hoc quod dicimus de causis quæ sunt necessariæ in vita & in essendo bonum: istæ causæ sunt acceptæ ex hoc modo vero. Deinde exposuit hoc &.d. quoniam cum res enim quas impossibile est &c. idest impossibile est vt inueniatur in eis bonum aut vita: & vniuersaliter generatio sine causis illæ res dicuntur necessariæ: quoniam cum impossibile est vt sint alio modo scilicet sine illis causis: & istæ sunt necessariæ propter suas causas: illa autem quæ sunt necessaria propter alia sunt necessaria quoquomodo: & hoc intendebat cum.d. & causa est aliqua necessitas. Et.d. hoc: quia entia necessaria in rei veritate sunt illa quæ sunt necessaria

6
2. de anima. 100.
Secũd⁹ modus.
Tertius modus.
Quart⁹ modus.
Quarti modi distĩctio.

per se sine causa: & ideo descriptio necessarij est illud quod impossibile est vt sit alio modo. Et hoc diuiditur duob⁹ modis. Quorū vn⁹ est iste: quod impossibile est vt alio modo per se: & est hoc necessariū simplr: quod quidā moderni appellant ineuitabile inesse. Secundus est illud quod fit propter aliud secundū quē modū dicunt quidā moderni debitū & necessariū per aliud. Et cū induxit hunc modū modorum necessariorū. d. hæc igitur declaratio est &c. i. & declarat rationē necessarij: & facit eā etiā intelligi in oībus rebus necessarijs. hoc quod impose est vt sit alio modo ab eo secūdū quod est & hoc est illud quod est simplex nō cōpositū. D. d. & causa eius prima &c. i. & causa rerū quas impossibile est vt sint alio modo est pars media accepta in syllogismo concludēte: qm̄ si terminus medius fuerit de natura possibili erit illa res de natura possibili: & si fuerit de natura necessaria, erit illa res de natura necessaria. Et hoc etiam est duobus modis: aut vt terminus medius sit causa illius: & tunc non erit ex rebus quæ sunt necessariæ: nisi propter hoc quod causæ eorum sunt necessariæ & si terminus medius nō fuerit causa erūt illæ res necessariæ per se: non per causam dantē eis necessitatem: & istæ res sunt simplices quæ nō habent causas. D. d. manifestum est igitur &c. i. declaratum est igitur quod ens necessarium est in rei veritate simplex quod nō componitur ex materia & forma: & quod impossibile est vt sit multis modis: & similiter est impossibile vt sit alio modo ab eo secundū quem est: qm̄ si esset possibile vt esset alio modo: posse esset vt esset multis modis. Et dixit hoc: qm̄ si fuerit possibile vt substātia eius mutaret in aliū modū: nō erit illic natura cogēs vt mutatio nō sit ī multos modos: qm̄ si fuerit posse mutari ī aliquā speciē: tūc natura ei⁹ erit de natura potēs recipiētis multas species. D. d. si igitur sunt res simplices &c. i. si igitur sunt entia a simplicia & æterna & immobilia vt declaratū est alibi nullum eorū acquirit esse necessarium ab aliq̄ alio in eis: neq; est extra naturam. Et dicit hoc: quia in compositis b est natura addita naturæ componentium scilicet illud quod fit ex compositione.

a Si fuerint entia simplicia & æterna & immobilia: nullū eorū acquirit esse necessariū ab aliquo alio: sed vide oppositū. 2. me. c. 4. & 2. ca. de substātia orbis.

b In cōpositis est natura addita naturę componentium. Idem. 3. de aīa. cō. 5. in solutione secūdæ quæstiōis, iuxta

A

Vnum dicitur aliud secundum accidēs: aliud secundū se: sed accidens quidem: vt Coriscus & musicus & Coriscus music⁹. Idem enim est dicere. Coriscus quia musicū: & Coriscus musicus: & musicum & iustum: & musicus & iustus Coriscus. Omnia enim hæc vnum dicuntur secundum accidens: iustum quidem & musicum: quia vni substantiæ accidunt: musicum vero & Coriscus: quia alterum alteri accidit. Similiter autem & modo quodam musicus. Coriscus cum Corisco vnum: qa altera partium alteri accidit eorū quæ sunt in oratione: vt musicū Corisco & musicus Coriscus iusto Corisco: quia vtriusq; pars eidem vni accidit: nihil enī differt quam Corisco musicū accidere. Similiter autem siue in genere: siue in vniuersali alicuius nominibus dicatur accidens: vt quia homo idem & musicus homo: aut enim quia homini vni existenti substantiæ accidit musicum esse: aut quia ambo singularium alicui accidunt

vt

vt Corisco:tamē non eodem modo ambo insunt:sed hoc quidem forsan vt genus & substantia: illud vero & habitus aut passio substantiæ. Ergo quæcunq; secundum accidens dicūtur vnum hoc modo dicuntur. dimidiū cō. Idē. 7. me. 26. 27. & 60. contra modernos.

Capitulum Sextum.



Num dicitur aut per accidēs: aut per se: per accidēs sicut nauigator & musicus. Dicere enim qđ nauigator & musicus sunt vnum non est per differentiam essentiæ: q̄a accidit nauigatori musicum. Et similiter dicitur accidens in genere: etiam & in rebus vniuersalibus. Verbi gratia. qđ homo & homo musicus sunt vnū: aut quia musicum accidit vtriq; homini qui est substantia vna: aut quia vterque accidit alicui particularium: sicut nauigatori: sed esse vtriusq; non est eodem modo: sed vnum eorum debet esse quasi genus in substantia etiam: & aliud quasi habitus aut passio in substantia. Omnia igitur quæ dicūtur vnum per accidens hoc modo dicuntur.

Dixit per accidens sicut nauigator & musicus &c. i. V. g. quando accidit q̄ aliquis sit nauigator & musicus. dicitur enim q̄ nauigator & musicus sunt idē per accidēs. Nauigator enim & musicus sunt differētiæ accidētales essentiæ illius de quo dicūtur. s. hominis. Et. d. hoc: q̄m si essent differentiæ substantiales eius de quo prædicantur: tūc congregatum eis esset vnum essentialiter: sed sunt accidētia subiecti: & hoc intendebat cum dixit: q̄m accidit nauigatori musicum. idest & hæc duo sunt vnum per accidens: quia accidunt vni. 7 Idē. 5. phy. 1. 2. ph. 49. 50.

D. d. & similiter dicit vnū per accidēs &c. i. & similiter dicitur vnū per accidēs de genere q̄ est vnū cum aliquo accidente magis particulari. V. g. dicere iste est homo musicus: aut dicere q̄ homo & homo musicus sunt vnum. D. dedit modū secundū quē cōgregatū ex istis est vnū per accidēs: &. d. aut q̄a musicus &c. i. aut q̄a musica accidit ambobus hominib⁹ qui sunt subiecta. s. homini qui est tāq̄ genus & homini: cui accidit musica: q̄m isti duo homines vl'is & particularis. s. cui accidit musica sunt vnū essentialiter: & musica accidit particulari: ergo accidit vl'i. Aut dicit q̄ homo musicus est vnū: q̄a humanitas & musica accidūt vni particularium & in vno. Et q̄a hoc nō est simile dicere quia edificator & musicus sunt vnū q̄a sunt in vno subiecto: dedit dr̄iam & d. sed esse vtriusq; &c. idest sed esse humanitatis & musicæ in vno. s. particulari nō est eodē modo: sed vnū istorū est tanq̄ genus in eo q̄ est sub particulari: & ambo sunt de natura substātiæ. s. humanitas exn̄s in hoīe particulari: & aliud est tāq̄ accn̄s. s. musica exn̄s in isto particulari: sicut accidēs existit in suo subiecto & passio. Et dixit hoc: q̄m dicere q̄ music⁹ & ædificator sunt vnū p accn̄s: est q̄a existūt ī vno p̄ticulari & eodē mō: & h̄nt eādē musicā. s. naturā accn̄tis. Hūanitatē aūt & musicā existere in vno particulari nō est sic: hoc eñ est substātia: hoc aūt accidēs. Secundus modus. B Homo vl'is & particularis sunt vnum essentialiter. Differentia iter modos.

o 3 Secundū

C Secundũ verò vnum dictorũ alia. Dicũtur eo quod cõtinua

Diffinitio continui. sunt vt onus vinculo & lignũ cũ visco. Et linea & si reflexa sit cõtinua aut vna dicit: sicut & partiũ singule tibia & brachiũ. Ipsorũ aũt magis vnũ cõtinuũ natura q̃ actæ. Cõtinuũ verò dicit cui⁹ mot⁹ vnũ secundũ se: & nõ possibile aliter: vn⁹ aũt cuius indiuisibilis. Indiuisibilis aũt secundũ tẽpus: secũdũ se aũt cõtinua quæcũq; nõ tactu sunt vnum. Nã si ponis se tangentia ligna: nõ dices hoc vnum esse nec lignum: nec corpus: nec aliud cõtinuum nullũ. Quæ itaque omnino sunt cõtinua vnũ dicuntur quãuis reflexionẽ habeant: & adhuc magis quæ nõ habent reflexionem: vt tibia aut crus quã subcleos: quia contingit non vnum esse motũ subclei. Et recta quã reflexa magis vnũ: reflexam verò & angulũ habentẽ vnã: & nõ vnã dicimus, Quia cõtingit nõ simul esse motũ eius & simul. Recte verò semper simul: & nulla pars habẽs magnitudinẽ: hæc quidẽ quiescit: hæc autẽ quidẽ mouetur: quemadmodũ reflexe. Eorũ aũt quæ dicuntur vnũ per se: quoddã dicitur vnũ per continuationẽ: vt lignum conglutinatũ est: aut illa quæ cõgregantur a ligamento. Et linea si fuerit curua: dicitur etiã vnũ cõtinuum: sicut dicitur vnũquodque membrorũ: & sicut crus & focile. Et istorũ etiã est magis vnumquodque cõtinuũ per naturã: quã illud est cõtinuũ per artificiũ. Et dicitur continuũ illud cuius motus est vn⁹ per se: & non potest esse alio modo. Et dicitur vnus motus ille qui non diuiditur secundũ tempus: & continua per se sunt illa quæ sentiuntur secundũ tactum vnum. Ligna enim continua adinuicẽ nõ dicuntur vnũ cũ tangunt: neq; corpus: neque aliud continuũ. Illa aũt quæ sunt perfecte cõtinuationis dicunt vnũ: & si habeant tortuositatem: & istorum est magis vnum quod nõ habet tortuositatem sicut crus aut coxa. Impossibile em̃ est vt motus cruris non sit vnus. Et linea recta est magis in vnitate quã tortuosa. Et dicitur quod linea tortuosa quæ habet angulum etiam est vna & non vna. possibile enim est vt motus ei⁹ sit vnus insimul: & non sit insimul. Linea autem recta oportet vt motus eius sit insimul: & nullum corpus habens rectitudinem vel magnitudinem quiescit in vna parte: & mouetur secundum aliam: sicut partes lineæ tortuosæ.

S Dixit Arist. q̃ vnũ p se & essentialiter quoddã dicit vnũ qd' est continuũ & cõtinuũ: aut est p cõglutinationẽ: aut p ligamẽtũ aut naturaliter sicut linea p superficies: & corp⁹. D.d. & linea si fuerit tortuosa &c. i. & continuũ naturaliter: aut est rectũ: aut tortuosum siue curuum: sicut

ſicut crus & multa mēbra in quibus' tortuoſitas. D.d.'& iſtorū &c. id eſt, & eorū quæ dicūtur vnū per cōtinuationē magis eſt vnū illud qđ eſt cōtinuū per naturā: quā illud qđ eſt cōtinuū per artificiū. V.g. per ligamentū: aut per cōglutinationē. D.d. & dicitur cōtinuū illud cuius motus &c. id eſt, & dicitur cōtinuum in rei veritate illud quod mouetur ex ſe vno motu in quo nō eſt poſsibile vt ſit motus alterius modi: ſicut eſt motus corporis cæleſtis. D. narrauit qualis eſt vnus motus, & dixit, & dicitur vnus motus ille qui nō diuiditur neq; ſecundū tempus id eſt, quia nō diuiditur: neq; ſecundū tēpus: neq; ſecundū intentionē ſcilicet: quia nō erit in duobus tēporibus: neq; erit in duobus motis: licet ſit in vno tēpore. D.d. & cōtinua ſunt illa &c. & hoc qđ dixit: manifeſtū eſt & eſt qđ corpora cōtinua ſunt illa in rei veritate per tactū & viſum continua & forte erunt neceſſarij iſti duo ſenſus ſcilicet quia vnus iuuat alterū, & multotiens coniungūtur corpora per artificiū tali modo q̄ tactus & viſus falluntur, & reputant ea eſſe cōtinua, & cauſa huius quia cōtinuatio eſt de ſenſibilibus cōmunibus. D.d. illa autē quæ ſunt perfectæ continuationis &c. id eſt, illa autē quæ ſunt perfectæ cōtinuationis per naturā dicūtur vnū: licet nō ſint recta: licet in eis fuerit aliqua tortuoſitas: ſicut crus & coxa: ſcilicet quia dicitur vnū crus & vna coxa. D.d. poſsibile eſt enim vt crus nō ſit vnū, id eſt, & tortuoſum minus eſt vnū: quia poſsibile eſt diuidi crus in duas partes & nō remanere vnū ſcilicet in loco tortuoſitatis. D.d. & dicitur qđ linea recta &c. id eſt, & linea recta magis vnū eſt quā tortuoſa: quoniā tortuoſa eſt quaſi cōpoſita ex duabus lineis. In linea enim tortuoſa ſunt tria puncta cū habuerit angulū, & ideo dixit, & dicit̃ q̄ linea tortuoſa &c. id eſt, & dicitur qđ linea habens angulū eſt vna vno modo & nō vna alio modo. Secundū enim quod terminatur a tribus punctis eſt nō vna: ſed ſecundū qđ vnum eſt apud angulū eſt vna econtrario de linea recta. D. dedit cauſam in hoc, & d. poſsibile enim eſt &c. id eſt, partes enim lineæ tortuoſæ cū mouētur ſecūdū totū nō mouētur partes æqualiter: ſed quędā citius quibuſdā, & ſicut iudicatur de illa qđ motus partium ſunt in ſimul: quia motus eſt in eodem tēpore, & non inſimul: quia diuerſantur in velocitate & tarditate. Linea autē recta mouetur ſecundū totū inſimul. Et poteſt intelligi qđ cū linea tortuoſa mouetur poteſt diſtingui altera linearū ab altera apud angulū, & nō mouebūtur inſimul: qđ poſsibile eſt in linea recta. Et intelligēdum eſt per lineā, corpus: linea enim nō mouetur. D.d. & nullum corpus habens magnitudinē &c. id eſt, & nulla magnitudo recta inuenitur cuius quædā pars quieſcat, & quædam moueatur ſicut inuenitur in linea habēte angulum: quia eſt cōpoſita ex duabus lineis.

Secundus modus vni⁹ 5. phyſi. 23.

2. de anima. 64.

Partes lineę tortuoſę nō æque velociter mouētur: ſicut partes lineæ rectæ.

Linea non mouet: ſed corpus. Idē 6. phyſi. 32.

Amplius alio modo dicitur eo quod ſubiectū ſit ſpecie indifferens. Indifferens vero vt quorum indiuiſibilis ſpecies ſecūdū ſenſum. Subiectū autē aut vltimū aut primū ad finē. Vinū enim vnū dicitur, & aqua vna inquātū indiuiſibile ſecūdū ſpeciē. Et liquores oēs vnū dicūtur vt oleū. Vinū & fluida. Quia omnium vltimū ſubiectū. Nā aqua aut aer omnia hæc ſunt.

Et dicitur etiam vnũ alio modo: quorũ subiectũ non diuidi tur secundũ formã. Et illa nõ diuidũtur secundũ formã: quorũ formæ nõ diuidũtur secundũ sitũ, & subiectũ aut primũ aut vltimũ quod est proprie cõplementũ. Dicitur enim vinũ vnum, & aqua vna: cũ nõ diuidãtur secundũ formã. Et dicũtur omnia liquabilia vnũ: sicut oleũ & vinũ, & oĩa liquida. Quoniã subiectũ omniũ aliorũ est vnũ, & omnia sunt: aut aqua: aut aer.

9 Id est, & dicũtur vnũ illa quæ sunt vnũ secundũ formã & diuisibilia secundũ quantitatẽ, & sunt illa quæ sunt consimiliũ partiũ quæ partes conueniunt in nomine: & diffinitione, & ista sicut .d. nõ diuidũtur secundum subiectũ & secundũ locum. Et quia forma in qua conueniunt aut est vltima forma quæ est finis in generatione: aut forma prior ista: dedit exẽplũ de postrema forma scilicet per quã vocatur cõpositũ scilicet. Verbi gratia per quã vinũ dicitur vinũ, & aqua aqua: partes enim aquæ sunt aqua & vini vinum. Deinde dedit exemplum eorum quæ conueniunt in forma remota a postrema forma: sicut aqua & oleum: quæ conueniunt in forma liquiditatis, & hoc intẽdebat cum .d. subiectum enim omnium istorum est vnum, & omnia aut sunt aqua aut aer.

D Dicuntur autem vnũ, & quorum genus vnum differens oppositis differentijs, & hæc dicuntur omnia vnum: quia genus vnum quod subijcitur differentijs: vt homo: equus: canis: vnum quidem quia omnia animalia. Et modo itaque simili: sicut materia vna: hæc autem quandoque quidem ita vnum dicuntur: quandoque vero genere superiore quod idem dicitur si sint vltimæ species generis superiores his: vt Isocheles & Isopleuros sunt vna & eadem figura: quia ambo triangulus: sed trianguli non idem.

Et etiam dicuntur vnum: quorũ genus est vnum, & differũt per differentias subiectas eis: sicut homo, & equus, & canis, & sicut dicitur omnia animalia sunt vnũ, & prope istũ modũ est dicere quod materia est vna. Et ista igitur forte dicũtur vnũ secundũ hunc modũ, & forte dicũtur vnũ secundũ genus superius cum sint postrema forma superioris generis. V.g. sicut Isocheles & Isopleuros: quoniã dicũtur vna figura eadem. Ambæ enim sunt trianguli, & nõ dicuntur idem triangulis.

10 Sermo eius in hoc capitulo manifestus est quod hoc nomen vnum dicitur de speciebus quæ conueniunt in genere. Verbi gratia quod homo & equus & canis sunt vnum in animalitate. Et quia genus est simile materiæ .d. & prope istum modum &c. id est, & conuenit cum isto modo modus secundũ quem dicunt aliqua esse vnum in materia. V.g. quod canis & equus & asinus & animalia anhelãtia & ambulãtia sunt vnũ in eo quod sunt ex sanguine aut ex carne & osse, & quia eorũ quæ sunt vnũ in genere: aut sunt vnũ in genere propinquo: aut vnũ in genere remoto dixit.

dixit:ista igitur forte dicũtur &c.id est,ista igitur dicũtur forte esse vnũ in genere propinquo:sicut dicimus qđ homo & canis sunt vnũ in animalitate,& Isopleuros & Isocheles sunt vnũ in figuratione,&.d.cũ sint postrema forma superioris generis,id est,postremæ;species. Species em̃ postremæ sunt vltimæ formæ in quas genus superius diuiditur sicut figura quæ in postrema diuiditur in triãgulos. D.d.dicũtur em̃ figuræ &c.id est,& figura est genus superius & remotũ a speciebus triãgulorũ:quia nõ sunt figuræ propter hoc qđ sunt triangulus scilicet propter hoc qđ cõgregãtur in figura:sed propter hoc qđ cõgregãtur in triãgulo,& ista est forma generis remoti. D.d.& nõ dicitur idẽ triãgulus, id est,qđ triãgulus aut Isocheles aut Isopleuros dicũtur esse vnũ per figurã,id est,in genere remoto,id est,quia triãgulus nõ est vltima species & hoc intẽdebat cũ.d.& nõ dicitur triãgulus idẽ,id est, nõ triangulus simpliciter est hoc qđ inuenitur collocari sub figura mediãte collocatione eorũ sub vltima specie:quoniã si ita esset tũc nõ esset mediũ inter illum & figuram.

Amplius autẽ vnum dicitur quorũcunque ratio quæ quod quid erat esse dicit indiuisibilis est:ad aliã significantem quid erat esse rei.Ipsa enim secundũ se omnis ratio diuisibilis:sic vero augmentatũ & diminutũ vnũ sunt:quia ratio vna:sicut in superficiebus quæ speciei vna.Omnino vero quorũ intelligẽtia indiuisibilis intelligens quid erat esse,& nõ potest separari neque tẽpore:neque loco:neque ratione: maxime hoc vnũ & horũ quæcũque substãtia.Vniuersaliter enim quæcũque non habẽt diuisionẽ inquãtũ tamẽ nõ habẽt sic vnũ dicũtur:vt si in quantũ homo nõ habet diuisionẽ vnus homo:si vero inquãtũ animal:vnũ animal,& si inquantũ magnitudo:vna magnitudo.Plura quidẽ igitur vnũ dicuntur per alterũ aliquid facere: aut pati:aut habere:aut ad aliquid esse vnũ. Quæ aũt primo dicũtur esse vnũ quorũ substãtia vna.Vna vero aut cõtinuatione: aut specie:aut ratiõe.Etenim numeramus vt plura:aut quæ nõ cõtinua:aut quorũ nõ vna species:aut quorũ ratio nõ vna. Amplius autẽ in quocũque vnũ cõtinuitate dicimus esse:si sit continuũ & quãtũ.Est autẽ vt non:si non aliquod totũ sit:hoc autẽ si nõ speciẽ habeant vnam:vt non videntes vtique dicimus:similiter vnũ qualitercũq; partes cõpositas calciamẽti:nisi propter continuitatẽ.Sed si sit:vt calciamentũ & speciẽ habeat aliquã iam vnam.Quapropter & quæ circuli maxime vna linea rum quia tota & perfecta est. B

Et etiã dicũtur vnũ illa quorũ diffinitio quæ significat quæ sunt nõ distinguitur à diffinitiõe alterius significante quid est. Omnis enim diffinitio diuiditur in se,& secundũ hũc modũ augmen

augmētabile & diminutiuū sunt vnū. Et etiā diffinitio est vna sicut diffinitio superficierū planarū est vna, & dicitur vnū modo simplici necessario. Illa vero quæ nō diuidūtur secundū tēpus: neq; secūdū locū: neq; secūdū sermonē, & maxime quod est ex eis substantia: illud enim est magis in vnitate. Et dicitur etiā vnū modo vniuersali illud ꝙ nō diuiditur secūdū speciē suā. V.g. dicere vnū hominē, & vnū animal, & vnū ens. Et multa dicūtur vnū secundū materiā quāuis agant aliud: aut patiātur ab alio: aut differāt per alia: aut referātur ad alia. Et illa quæ dicūtur vnū primo modo sunt illa quorū est substantia vna, & sunt vnū: aut secundū cōtinuationē: aut secundū formā: aut secundū diffinitionē. Dicimus em̄ innumera plura illa quæ non sunt cōtinua: neq; habent formā vnā. Quodā enim modo dicitur vnū, & si nō fuerit de quātitate, & cōtinuū etiā, & quodā modo nō dicitur vnū: si totalitas sua nō fuerit perfecta. Quod igitur nō est totū: nō dicitur vnū vniuersaliter. Non enim dicimus ꝙ partes sotularis cōpositæ aliquo modo sunt vnū ꝓpter cōtinuationē: nisi dicatur hoc modo scilicet secundū quod sunt sotular, & secundū ꝙ habēt aliquā formam vnā, & secundum hunc modum dicitur quod linea circuli est vna magis quam aliæ lineæ: est enim linea completa in qua est totum.

11 Et etiā dicuntur &c. id est, & dicitur hoc nomē vnum de illis: quorū diffinitiones diuersæ nō distinguūtur a diffinitione alterius q̄d est commune eis: diffinitio enim cuiuslibet taliū nō distinguitur a diffinitiōe subiecti scilicet quia diffinitio subiecti sumitur in diffinitione cuiuslibet eorū. Et hoc est q̄d.d. q̄d significat quid est: quia diffinitio nō dicitur diffinitio nisi cū significat essentiā rei, &.d. omnis enim diffinitio diuiditur in se: quia diffinitio semper diuiditur in duas partes scilicet in genus & differentiā, & vtrūq; istorū diuiditur in diffinitione alterius rei scilicet subiecti eorū, & hoc est propriū cuiuslibet diffinitionis diuidi scilicet in duas partes ad minus, &.d. hoc: quia ista est causa quare diffinitiones compositæ perueniunt ad diffinitiones vnius rei: sicut accidit in diffinitionibus specierum condiuidentium scilicet quia perueniunt ad diffinitionem vnius rei quæ est superius genus, scilicet generalissimum. Deinde dicit & secundum hunc modum augmentabile & diminuibile, id est, & hoc modo sunt res diuersæ secundum diffinitionem & vnum secundum subiectum: sicut augmentabile & diminuibile. Illud enim quod recipit augmentum & diminutionem sumitur in diffinitione augmēti & diminutionis. Deinde dicit & etiam diffinitio est vna &c. id est, & ex hoc modo etiam sunt diffinitiones superficierum diuersarum quæ conueniunt in diffinitione superficiei quæ superius genus est, &.d. planarum: ad excludendum concauas & conuexas: istæ enim superficies non conueniunt in eadem diffinitione: sicut linea recta & curua non

tia nõ cõueniũt:in eadẽ diffinitiõe:& iste est alius modus ab eo secundũ quẽ dicitur vnũ secundũ formã. D.induxit aliũ modum magis famosum & magis verum:&.d.& dicitur vnum modo simplici &c.id est & dicitur vnũ de eo qđ nõ diuidiť secundũ diffinitionẽ:neq; secundũ tempus neq; secundũ locũ:& vniuersaliter neq; aliquo modo diuisionis:& ꝙ ex istis est substantia:aut declarabitur ꝙ alia substantia est talis illud est dignissimum hoc nomine vnũ. Et debes scire ꝙ illud qđ est huiusmodi est in quantitate tantũ:sed si nõ habet sitũ est principiũ numerorum:& si habet est punctus:& illud quod est tale in vnoquoq; genere est simplex in illo genere:& hoc declarabitur magis post. D.d.& dicitur vnũ &c.id est & etiam dicitur vnum de indiuiduo quod nõ diuiditur in partes homogeneas cũ toto in diffinitiõe.V.g. quod iste homo isto homine demonstrato nõ diuiditur in partes: quarum vnaqueq; est homo:& est homo commune omnibus corporib⁹ organicis: & hoc intendebat cũ dicit quod nõ habet diffinitionẽ secundũ suã speciẽ,id est nõ diuiditur in partes quæ sunt sue speciei.V.g.quod homo non diuidiť in partes quæ sunt homo nec manus in manus:& hoc est vnũ secundũ figurã & cõpositionẽ. D.d.& vnum animal &c.id est & vnũ animal nõ diuiditur in multa animalia. D.d.& vnum os &c.i.& os diuidiť in ossa:& hoc est vnũ per cõtinuationẽ.i.qm̃ vnũ secundũ cõtinuationẽ diuidiť in partes quæ sunt etiã cõtinuæ:& simul etiã vnũ in numero ex corporib⁹ cõsimiliũ partiũ e cõtrario de vno secundũ totũ: sicut est dispositio in corporibus organicis. D.d.& multa dicuntur vnum &c.i.& illa quæ sunt vnũ secundũ naturã sunt illa quæ recipiũt vnum idẽ. D.d.oĩa quæ recipiũt malleatiões. dicunť eñ ꝙ materia eorũ est vna aut illa quæ patiunť ab eodẽ eadẽ passiõe.V.g.quæ liquescũt p calorẽ:dicunť & habere vnã materiã:& etiã illa quæ trãsmutanť vna trãsmutatiõe.V.g.liquefiũt aut humefiũt:& vniuersaliter quæ trãsmutanť inuicẽ dicunť habere vnã materiã:& sic̃r illa quæ attribuunť vni subiecto.V.g.lignea & cuprea:& aquosa:& aerea. D.d.& illa quæ dicunť vnũ &c.i. & illa quæ dicunť vnũ modo priori sunt quæ dicunť vnũ p cõtinuationẽ:& vnũ p formã:& vnũ secundũ totũ & completũ. & illa quorũ formæ sunt vnũ:sunt cũ hoc separata in loco in tpe:& in hoc differũt a cõsimilib⁹ in partib⁹:quorũ totũ & pars vnũ sunt in diffinitiõe & forma. D.d.ratiocinãdo.dicim⁹ eñ &c.i.& signũ huius ꝙ vnũ diciť de cõtinuo & forma & de illo qđ est totum.s.nõ diminutũ est:quia multitudo dicitur de rebus discretis diuersis secundũ formã:& nõ diciť vnũ de illo a quo diminuiť aliquid ex eis per quæ est totũ & cõpletum. V.g.ab illo de quo nõ diminuitur aliquod membrum. D.d.illud igitur qđ nõ est totũ &c.i.& differẽtia ĩter vnũ secũdũ cõtinuitatẽ & vnũ secũdũ totũ & pfectiõnẽ nõ diciť esse vnũ p cõtinuationẽ partiũ sed per suã formã:nihil eñ diminuitur ab eo ex eis quib⁹ est vnũ. V.g.sotular qđ diciť vnũ per suã formã cõpletã nõ per cõtinuationẽ partiũ:& ideo si ex eo diminuitur aliqua pars nõ dicitur vnũ:linea autẽ & corpus diciť vnũ licet ex eis diminuať aliqđ. D.d.& secundũ hunc modũ diciť &c.i.& q̃a vnũ secũdũ totũ est pfectũ:vnũ eñ impoſſe est addere vel diminuere remanente eodem: a ideo linea circuli est magis perfecta in vnitate:circulũ enim impossibile est recipere augmẽtũ: vel diminutionem

Documentum. F infra.in.t.c. 12.

Homo demonstratus non diuidiť in pťes partes quarum vnaqueq; sit hõ, contra sophistas.

Vťr oĩa quę adinuicẽ trãsmutanť habẽt vnã materiã. Idẽ.1. de gener.t.cõ.43.

a Linea circularis ẽ pfecta. Idẽ.1. cæ.t.c.12.

nem remanẽte circulo:& ideo dicit ꝙ linea nõ circularis est diminuta: & circularis est perfecta:& similiter de corpore: & ideo corpus cæle/ste a est vnũ per cõtinuationẽ & per formam totalẽ: & per motum vnum continuum:vt ipse post dicet in tractatu quinto:& ideo non re/manet totum vnumquodꝙ prædictorum quãdo aliquid diminuitur ab eo:& hoc intendebat cum dixit:quia est linea perfecta in qua est totũ, id est in qua sunt omnes partes ex quibus constituitur.

a Corp⁹ cæleste est vnũ per cõtinuationẽ & formã totalẽ: & per motũ vnum cõtinuũ. ꝓ hoc vide.2.celi. com.4.2.& 12.metha. com.44.& 2.c.de substãtia orbis. & in li. de/structio de/structionũ di.3. in solutione.18. dubij.

Vni verò esse principiũ est alicui numero esse. Prima nãꝙ mẽsura principiũ alicui esse est. Nã quo b cognoscim⁹ primo hoc est prima mensura cuiuslibet generis. Principiũ ergo cognoscibile circa quodlibet vnũ. Nõ idẽ aũt in oĩb⁹ generib⁹ vnũ:hic em̃ est diasis:illic autẽ vocalis aut cõsonãs. Grauitatis aũt alterũ:& motus etiã aliud. Vtiꝙ verò vnum:aut quãtitate aut specie indiuisibile:secundũ quantũ quidẽ igiť & inquantũ quãtũ indiuisibile. Quod quidẽ igiť oĩno tale & sine positiõe diciť vnitas. Quod aũt oĩno tale & positionẽ habẽs punctum. Quod aũt secũdũ vnũ linea:quod verò secundũ duo supficies: oĩno verò & tripliciter diuisibile secundũ quãtitatẽ corp⁹ est. Facta verò conuersiõe dualiter quidem diuisibile superficies: vnice aũt linea:nullatenus diuisibile secundũ quãtitatẽ,punct⁹ & vnitas. Hoc aũt non habens positionẽ vnitas: illud verò ha bẽs positionẽ punctus. Amplius aũt alia secundũ numerũ sunt vnum:alia secundũ speciẽ:alia secundũ genus: alia secundum analogiã. Numero quidẽ quorũ materia vna. Specie quorum ratio vna. Genere quorũ eadem figura prædicationis secundũ proportionem quæcunꝙ se habent: vt aliud ad aliud. Semper itaque posteriora præcedentia sequũtur:vt quæcũque numero specie vnũ. Sed quæcunque specie non omnia numero. Sed ge nere omnia vnũ quæcũque & specie. Quæcũque verò genere nõ omnia specie:sed proportione. & quæcunque proportione non omnia genere. Palã autem & quod multa apposite dicũtur vni:nam alia non existendo continua:alia in habendo materiam indiuisibilem secundum speciem aut primam:aut vltimam:alia in habendo rationes plures quid erat esse dicentes.

G

b Quo prio cognoscim⁹ hoc est pria mensura cuiuslibet generis.

Vnitas Naturalis Specifica Gñica secũdũ analogiã

Posterior & maior vnitas semp infert minorẽ.

Et essentia vnius est aliquod principiũ numerorum. Prima em̃ mensura est principiũ:& illud quod primo scim⁹ & apud nos prima mẽsura in quolibet genere. Principiũ igitur cognitionis in vnaquaque rerũ est vnũ:& non vnũ in omnibus generibus est idem. In quibusdam enim tonus est vnum. In quibusdã vocale est vnum. Et in quibusdam est consonans vnum & vnũ grauitatis est aliud:& quod est in motu est aliud. Et in

omnibus

oĩbus reb⁹ eſt vnũ illud quod nõ diuidit̃:aut ſecundũ quãtitatem:aut ſecundũ formã eorũ:aut quæ nõ diuidũtur. Secũdum quãtitatẽ em̃ illud quod nõ diuiditur omnino,neque habet ſitum dicitur vnũ.Et quod nõ diuiditur omnino & habet ſitũ pũctus.Et quod diuidit̃ vno modo eſt linea. Et duobus modis eſt ſuperficies.Et oĩbus tribus eſt corpus.Et iſta dicunt̃ ecõuerſo.Quod aũt diuiditur duobus modis eſt ſuperficies. Et quod vno modo eſt linea.Et quod nõ diuidit̃ aliquo modo ſecũdũ quãtitatẽ punctus eſt.Et vnũ etiã iſtorum quod nõ habet ſitũ eſt vnum.Et quod habet ſitum eſt punctus. Et etiam iſtorum quoddã eſt vnũ numero: & quoddã vnum forma : & quoddã vnum ſecundũ æqualitatem: & quoddam vnum ſecundũ genus.Et illa quæ ſunt vnũ numero ſunt illa quorũ materia eſt vna. Et quæ ſunt in forma vnũ ſunt illa quorum totalitas eſt vnũ.Et quæ ſunt vnũ in genere ſunt illa quorũ figura prædicamenti eſt vna.Et illa quæ ſunt vnum ſecundũ æqualitatẽ ſunt quorũ proportio eſt vna:ſicut proportio alicuius rei ad aliam rẽ:& iſta poſtrema ſemper cõſequunt̃ prima ſicut dicimus ꝙ omne quod eſt vnũ in numero:eſt vnũ in forma. Et etiã quod eſt vnũ in forma,non eſt vnũ numero neceſſario.Sed quod eſt vnũ forma:eſt vnũ genere:ſed non quod eſt vnũ genere eſt neceſſario vnum ſecundum formã.Et non omne quod eſt vnum ſecundum æqualitatẽ eſt vnum ſecundum genus. Manifeſtum eſt igitur quod plura dicuntur de oppoſitione vnius : quædam quia non ſunt continua:& quædã quia materia eorũ adunata cum forma diuiditur ſecundum formam:& aliud cum oppoſitione.qm̃ diffinitiones quæ ſignificant eſſentias ſunt plures.

Dicit.& eſſentia vnius &c.id eſt & diffinitio vnius eſt principiũ nu
merorũ:non numerus. D.d.prima enim menſura eſt principiũ,id eſt 12
& vnum eſt principium numerorũ quia res non menſurantur primo & eſſentialiter niſi per primũ quod eſt in eis indiuiſibile ex quo cõponuntur:oportet igit̃ vt omne menſurãs primũ ſit principiũ ſcilicet in omni genere in quo inuenitur primum in eſſe & in cognitione. Deinde dixit,& illud quod primo ſcimus &c.id eſt & menſura in omni re eſt magis manifeſtum apud nos : qm̃ per illam cognoſcitur menſurabile : & propter illud cognoſcuntur reliqua in illo genere.D.d. & principium igitur cognitionis &c.i.& cum vnũ eſt mẽſurans:& mẽſurans eſt principiũ cognitiõis in omni re: cõſequit̃ vt vnũ in omni genere ſit principiũ cognitiõis in illo genere. D.d.& nõ vnũ in omni genere eſt idem &c.i.& vnũ in omnib⁹ generibus ꝑ quod cognoſcit̃ vnũquodq; genus nõ eſt eiuſdem naturæ:ſed in quolibet genere differũt a ſe in alio. V.g. quod vnum eſt in muſicis eſt tonus: & in dictionibus conſonantib⁹ ex

H
Menſura dĩcit̃ eſſe prĩa in eſſe & in cognitiõe.
I dẽ.10.me.t.com.3.

syllaba consonãs:& in vocalibus syllaba vocalis.Et similiter vnum in ponderibus est aliquod pondus minimum secundum sensum: & vnum in motu est motus velocissimus. Verbi gratia.motus diuturnus. D.d.& in omnibus est vnum illud quod non diuiditur.i.& vnum vniuersaliter quod collocatur in hoc genere est illud quod non diuiditur aut secundũ quãtitatem aut secundũ formam & qualitatem.Quod igitur oĩno nõ diuiditur in quantitatẽ neq; habet sitũ dicit vnũ qđ est principiũ numerorum:& si habuerit situm dicitur pũctus:Pũctus enim habet situm quia est finis & principium lineæ. Deinde.d. & quod diuiditur vno modo &c.i.& qđ habet situm & nõ diuiditur nisi vno modo dicitur linea:& quod diuiditur duobus modis.s.lõgitudine & latitudine dicitur superficies:& qđ diuidit tribus modis.s.longitudine latitudine & profunditate:dicitur corpus:& est vnũ secundũ totalitatẽ.s.perfectũ.D.d.& dicuntur ista econuerso &c.i.& intendit per hoc istas esse diffinitiones quia cõuertunt.D.incæpit diuidere vnũ alio modo.&.d.& etiã istorũ &c.D.incæpit exponere vnũquodq; istorũ.&.d.& illa quæ sunt vnum numero &c.i.& vnũ numero dicitur de illo cui⁹ est materia vna:& differẽtia inter illud & vnum quod est principium numerorum est:qa hoc vnum est in materia:& vnũ quod est principiũ numeri:nõ est in materia. D.d.& illa quæ sunt vnũ secundũ formã &c.i.plura numero.s. in materia quæ sunt vnũ secundũ formam sunt illa quorũ diffinitio est vna:& ista sunt quæ sunt vnũ secundũ vnã speciẽ quæ diuidit in indiuidua. D.d.& quæ sunt vnũ gñe &c.i.& illa quæ dicũtur vnum genere sunt quæ collocãtur sub vno prædicamẽto.Et hoc intẽdebat cũ.d.quorũ figura prædicamẽti est vna. Et dixit hoc:qa res quæ sunt vnũ secundum formas q̃dã sunt vnũ secundũ formas speciales:& q̃dã secundũ generales. D.d.& illa sunt secũdũ æqualitatẽ &c.i.& illa dicũtur vnũ q̃ sunt vnũ secundũ proportionalitatẽ: sicut dicit q; ꝓportio rectoris ad ciuitatẽ & gubernatoris ad nauẽ est vna.D.d.& ista postrema semp consequũtur prima. Et intendit per prima magis vniuersalia:& per postrema magis particularia.D.d.sicut dicimus &c.i.q; omne qđ est vnũ numero de necessitate erit cum eo a quo differt in numero vnũ etiam in specie. Verbi gratia.quia Sor.est vnum numero : contingit vt ipse sit cum Platone vnum in forma.Deinde dicit.& quod est vnum in forma &c.i.& prima eorum consequuntur postrema secundum quod consecutio nõ cõuertitur in istis:quod enim est vnũ in specie nõ est vnum in numero:vnũ enim in specie ad minus dicitur vere de duobus in numero & dixit vere:qa accidit vt vnũ in specie sit vnũ in numero qñ de specie nõ inuenitur nisi indiuiduũ. D.d.& oẽ q; dicit vnũ scđ'm formã &c. i.& oĩa q̃ sunt vnũ secundũ spẽm sunt vnum secũdũ genus.V.g.qa Sor.& Pla.sunt vnum in specie sunt vnum in gñe.s.in aĩalitate & non conuertitur. D.d.& oĩa q̃ sunt vnũ secundum æqualitatẽ &c.i.& oĩa q̃ sunt vnũ secundũ proportionẽ sunt vnũ scđ'm genus & nõ cõuertit: & hoc fuit ita quia æqualitas nõ est aliquod genus. D.d.manifestum est igit &c.i.& cum declaratũ est qđ vnũ dicit multis modis:& multitudo opponit vni manifestum est q; multitudo dicitur multis modis:cum oẽ vnum habeat multũ cui opponit. D.dedit exemplũ de quibusdã prædictis.&.d.quidã enim &c.V.g.quia iã declaratum est q; vnum eorũ de quibus

4.phy.103. &.98.

De puncto & vnitate vide.4.ph.106. Idẽ.1.ce.3.

I Quid vnum numero. Vnũ qđ est principium numerorũ nõ est in materia.

Quid vnum specie.

Quid vnum genere.

Quid vnum proportiõe.

K

1.phy.60. 4.phy.49. phy.70.3. phy.19.

7.physi.31.

Quot modis dicitur vnum tot & multa.

quibus dicitur hoc nomen vnum est continuum, id est, & etiam de illis quorum materia est vna aut genus dicetur etiam multum de oppositis istorum, dicitur enim de his quæ sunt non continua, & de illis quorũ materia est nõ vna propter diuisibilitatem materiæ, aut secũdũ formã in specie, aut secundum formas diuersas secũdum contrarietatem. Et hoc intendebat cum dixit quod materia eorum diuiditur secundũ formam &c. id est, & illa quæ dicuntur plura secundum materiam, quędã dicuntur quia materia eorum diuiditur in quibusdam secundum formam specialem, & in quibusdam diuiditur secundum formam contrariam. Deinde dicit, quia diffinitiones &c. id est, & formæ secundum quas diuiditur materia sunt diuersæ, quia formæ quæ quiditates rerũ significant sunt multæ.

CAPVT VII.

ENS dicitur, hoc quidem secundum accidens, illud vero secundum se. Secundum accidens quidem, vt iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum, & musicum hominem similiter dicentes, vt musicum edificare, quia accidit ædificatori musicum esse, aut musico ædificatorẽ. Hoc enim esse hoc, significat accidere hoc huic. Sic autem & in dictis quando hominem musicum dicimus. & musicum quãdo hominem, aut albũ musicũ, aut hũc album. Hoc quidem quia ambo eidẽ accidunt, illud vero quia enti accidit, hoc autem musicum hominem, quia huic accidit musicum. Sic autem dicitur & esse album, quia cui accidit illæ est. Quæ quidem igitur secundum accidens esse dicuntur sic dicuntur, aut eo quod eidem enti ambo insunt, aut quia illud enti inest, aut quia ipsum est cui inest, de quo ipsum prædicatur. L

Ens dicitur quodã mõ accidẽtali. V.g. quia iustus est music⁹, & ꝙ homo est musicus, & sĩr ꝙ musicus est homo. Ver.g. ꝙ homo musicus ædificat, accidit em̃ ædificatori vt sit musicus, aut musico vt sit ædificator. accidit hoc igitur quia est, & quia hoc accidit ei. Et similiter accidit in reb⁹ quas dixim⁹, sicut hõ cũ dixerim⁹ ꝙ est music⁹, & musicus ꝙ est alb⁹, & ꝙ est alb⁹ music⁹, aut music⁹ est albus. Ista em̃ dicunt̃ modo acidentali, vno modo qa vtraq; accidunt eidẽ enti, alio modo qa accidit enti vt esset illa. s. entia quæ dicunt̃ modo accidentali secundũ hoc dicũtur, aut quia vtraq; sunt eiusdem entis, aut qa est qditas entis, aut quia est cum eo cuius est, & de quo dicitur idem.

QVIA ens dicitur de illo de quo vnũ, & dicit̃ de illo qđ est vnũ p se, & vnũ per accidẽs: ita etiã fuit dispõ entis, & ideo incepit primo notificare modos entis quæ sunt entia per acidens. Et d. ens dicitur &c. id est, sicut dicimus ꝙ illud qđ est iustum est musicum. s. idem. Ista enim identitas est per accidens, quia accidit vnum alteri, & ambo 13

vni subiecto quod defert musicam, & iustitiam. Hæc igitur est intentio vnius modi, & suum exemplum est quod dixit omnis musicus est iustus. Secūdus autem modus est sicut dicimus, dicitur vnus per accidēs aut quia homini musicum accidit ꝙ est tanquā genus, aut quia musica & humanitas accidunt sibiinuicem vnū alteri, quia sunt in vno subiecto. s. in homine in quo existit musica per accidens, sicut dicimus ꝙ omnis musicus est homo, sed vnum istorū inest per accidens subiecto in quo conueniunt, & aliud essentialiter econtra dispositioni in primo modo in quo dicimus ꝙ musicus est albus. Hoc igitur quod dixit ista enim dicuntur modo accidentali &c. est exemplum ad dicēdum quod musicus est albus, & nō ad dicendū ꝙ homo est musicus. D. congregauit omnes ambas intentiones. & d. entia igitur quæ dicuntur modo accidentali &c. & intendit per illa quæ ambo sunt vnius entis sicut albus & musicus quæ sunt vnius rei cui accidit vt sit albus & musicus.

D. d. aut quia non scilicet sicut dicimus ꝙ musicus est, illud enim in quod est musica accidentaliter scilicet homo idem est cum homine vniuersali, & similiter est cum dicimus quod homo musicus est, intentio enim istius hominis est homo cui accidit quod sit musicus, & determinandum est eis quæ dicūtur idem essentialiter hoc quod sunt duo essentialiter vno modo, & duo essentialiter alio modo sicut dicimus, om̄is homo est animal. Homo enim essentialiter distat ab animali in vno modo, & sunt idem essentialiter alio modo.

Homo distat ab alali essentialiter in vno mō & sunt idē essentialiter in alio modo.

Secūdū se vero dicuntur esse quæcūq; significāt figuras prædicationis. Quotiens em̄ dicitur totiens esse significat. Quoniam ergo prædicatorū, alia quid est significant, alia quale, alia quātū, alia ad aliquid alia facere, alia pati, alia vbi, alia qn̄, horū vnicuiq; idē esse significat. Nihil enim refert homo conualescens est. aut homo conualescit. vel homo vadens est aut secans. vel hominem vadere aut secare. Similiter autem & in alijs. Amplius aūt & esse significat quia verū nō esse quia non verū, sed falsum. Silr in affirmatione & negatione vt quod est Sor. musicus quod verū, aut quod est Sor. alb9 quod verū. Hoc aūt non est diameter comm̄ēsurabilis quod falsum. Amplius esse significat & ens. hoc qdē potestate dicibile. illud vero quod actu. Horū em̄ dictorū terminorū esse dicimus & quod potestate dicibile est terminorū. & quod actu. & scire similiter. & potens vti sciētia & vtens & quiescēs. & cui iam inest quies, & potēs qescere. Silr aūt & in substātijs. Etem̄ mercuriū in lapide dicimus esse, & medietatē lineę, instrumētū nōdū perfectū. Quando vero potens, qn̄ nondum in alijs determinandum. Et dicuntur entia per se oīa quæ significāt figuræ prædicamētorū sunt enim secūdū numerū eorū quæ dicuntur etiam entia. Quædam igitur prædicamenta significant quid, & quædam quale,

quale,& quædam quantum,& quædam ad aliquid, & quædam agere,aut pati,& vbi,& quando.Et significatio vniuscuiusque istorum est vnius entis. Non enim est differentia inter dicere quod homo est in sanitate,& dicere quod homo est sanus,aut quod homo ambulat,& est in ambulatione & similiter in aliis rebus.Et etiam ens significat essentiã & veritatem rei,quoniam cum dixerimus aliquid esse demõstrabimus suã veritatem, & cum dixerimus aliquid non esse demonstrabimus ipsum esse non verum sed falsum.Et similiter in affirmatiua & negatiua sicut dicimus quod Sor.est musicus.hoc enim est verum,dicimus quod Sor.non est albus. & hoc non est verum.Et sicut dicimus quod diameter est æqualis costæ, & est falsum.Et etiam quædam entia sunt potentia, & quædam actu.Quædam enim sunt entia per visum quia videtur,& quędã quia habent virtutes quæ videntur.Et similiter est in scientia.In eis enim est qui habent virtutem vt vtantur scientia, & in eis est quod habet visum, & dicitur quiescens illud in quo est quies,& illud quod habet potentiam vt quiescat etiam.Et similiter in substantia etiam. Dicimus enim quod in lapide est idolum Mercurii & semilineæ.

N
Diuisio entis in decem pdicamẽta. Vide etiã .6 hui⁹.t.cõ.4

Cum declarauit modos entis quod est secũdũ accidẽs,incepit decla
rare secũdũ quot modos dicit̃ ens essentialiter. Et.d. & dicuntur en 14
tia &c.id est,& intendit per figuras genera prædicamentorum.s.dictio
nes significantes genera prædicamentorum.Deinde.d.sunt enim secun
dum numerũ &c.i.dicitur enĩ ens secũdũ numerũ secũdũ quę dicuntur
prædicamẽta.D.d.quædam enim &c.i.& hoc nomen ens dicitur de o
mnib⁹ de quib⁹ dicunt̃ prædicamẽta,quia quod significat hoc nomen
idem videt̃ cum eo quod significant dictiones prædicamentorum. D.
numerauit prædicamẽta,&.d.Quædam igitur significant quid &c.i.&
tacuit prædicamentum situs & habitus propter abbreuiationem sermo
nis,aut quia latent.D.d.& significatio vniuscuiuslibet istorum &c.i.
& significatio vniuscuiuslibet nominum nouem accidentium cum sua
significatione super illud accidens est significatio super vnum prædi
camentum scilicet prædicamentum substantiæ,non enim est differen
tia inter dicere in prædicamento qualitatis quod homo est sanus & qđ
homo est in sanitate. Et intendebat per hoc notificare qđ nomẽ ens
denominatiuum non significat in propositione cuius subiectum est sub
stantia & cuius prædicamentum est denominatiuum.Verbi gratia.Sor.
est albus substantiam & accidens aut substantiam in qua fit accidens.
Sicut existimauit Auicen.qui cum vidit quod hæc dictio albus si
gnificat aliquid in quo est albedo quod primo significat subiectum &
secundo accidens. Sed est econuerso.primo significat accidens,secũ
do subiectum.Accidens enim innatum est existere in subiecto. Et si
esset sicut dicit.scilicet quod albus primo significat corpus, tunc idem

Digressio q̃ q̃rit vtrũ nomẽ denoĩatiuũ.i.signat subiectũ an accidens.

Op.Auic. Impugna.

Nomen de/ nõiatiuũ.i. sigñat accñs secũdo sub/ iectũ. Vide pro hoc.7. met.18. & 19.cõ. Sed j.phy.25.& 2.de aia.c.8 videbis op/ positum.

esset dicere Sor.est albus, & dicere corpus album & corpus album, & sic in infinitum, quoniam cum dicimus hoc vocabulum album collo/ cabitur in eo corpus. Et cum.d.q hoc nomen ens dicitur de decem prædicamentis, dixit, & etiam significat essentiam &c.id est, & hoc no men ens etiam significat illud quod significat dicere aliquid esse verũ. Cum enim dicimus aliquid esse demonstramus ipsum esse verum, et qñ dicimus aliquid non esse demonstramus ipsum non esse. scilicet ipsum esse falsum. Deinde.d.& similiter est in affirmatiua & negatiua &c. & intendit per ens illud quod sonat verum aut simpliciter, aut compo site.scilicet in quæsito singulari & composito, in propositione autem composita, sicut dicimus quod Sortes est musicus, aut Sor.non est mu/ sicus, in quæstione autem simplici sicut dicimus, vtrum Sor.sit aut non sit, & vniuersaliter hoc nomen ens non significat nisi verum. D.d.si/ cut dicimus quod Sor.&c.id est, & similiter in affirmatiua cum demõ strauimus esse per affirmationem in qua est hæc copulatio etiam demõ/ strabimus esse ipsum verum. Verbi gratia. Sor.est musicus, & cum de/ monstrabimus ipsum esse per generationem, demõstrabimus ipsum nõ esse verum. Verbi gratia, Sor.non est albus, hoc enim demonstrat quod dicere ipsum esse album, non est verum. Et hoc intendebat cum.d.& dicere quod Sor.est albus & hoc non est verum, id est, & dicere quod Sor.non est albus demonstrat quod dicere ipse est albus non est verũ.

Documẽtũ. Ens q signi ficat eẽntiã rei est aliud ab ente qd' sigñat verũ.

Sed debes scire vniuersaliter quod hoc nomen ens quod significat essentiam rei est aliud ab ente quod significat verum. & ideo expositõ/ res diuersantur in quæsito simplici, scilicet dicere vtrum aliquid est in secundo thopicorum. vel vtrum collocetur in quæstionibus accidentis aut generis. Qui enim intelligit de ente illud quod est commune decẽ prædicamentis.d.quod collocatur in quæstionibus generis. & qui in/ tellexerit de ente illud quod intelligitur de vero.d. quod collocatur in quæstionibus accidentis. Deinde dicit, & sicut dicit quod diameter est æqualis &c.& hoc est aliud exemplum quo vtitur in hac intentio/ ne, id est, quod dicere quod diameter est asimeter coste, & hoc verum significat quod diameter est simeter costæ, est falsum. Et intendebat distinguere inter hoc nomen ens de ente quod est extra animam, & de ente quod est potentia. Quædam enim dicuntur visa quando videntur actu, & quædam dicuntur visa, quia possunt videri in actu. Et simili ter sciens quandoque dicitur sciens quando vtitur scientia, & talis est sciens in actu, & dicitur sciens quando non vtitur scientia. scilicet sciẽs in potentia propinqua. Et hoc intendebat cum.d.& similiter est de scientia &c.id est: dicimus enim scientem illum qui habet potentiã qua vtitur scientia, licet non vtatur, & dicimus scientem illum qui vtitur

Idem.2.de anima.54.

scientia quando vtitur illa. D.d.& dicitur quiescens &c.id est, & si/ militer dicitur quiescens in potentia illud quod nõ quiescit, sed habet potentiam, vt quiescat. D.d.& similiter inuenitur actus & potentia in substantia & in forma. dicimus enim quod in lapide est forma idolũ Mercurij & semilineæ.& hæc fuit diminutio. & intendit qd' similiter inuenitur actus & potentia in substãtia & in forma. Dicimus eñ quod in lapide est forma Mercurij & in potẽtia & actu, potẽtia aũt qa habet naturam recipiendi formam Mercurij actu vero quia recipit illam.

Caput

CAPVT. VIII.



Vbſtātia dicitur & ſimplicia corpora: vt terra: & ignis: & aqua: & quęcūq; talia: & vr̄ corpora ex his cōſiſtētia: & aīalia: & demonia: & ptes oīum horū. Hæc aūt dicūtur oīa ſubſtātia: qa nō de ſubiecto dicūtur: ſed de his alio. Alio vero modo quodcūq; fuerit cauſa exiſtēdi in exiſtēs in talib⁹: quæcūq; nō dicunt̄ de ſubiecto & aīa aīalis. Ampli⁹ quæcūque particulæ exn̄tes ſunt in talib⁹ terminātes: & hoc aliqd: ſignificātes: qbus deſtructis deſtruit̄ totū vt ſupficie corp⁹: vt q̄dā dicūt & ſupficies linea & totaliter numer⁹ videt̄ eſſe qbuſdā talis: natura deſtructo nihil eſſe & terminare oīa. Ampli⁹ ꝙ qd: erat eſſe cui⁹ rō eſſe diffinitio: & hęc ſubſtātia dicit̄ vniuſcuiuſq;. Accidit itaq; ſcd̄m duos modos ſubſtātiā dici ſubiectū vltimū: ꝙ nō adhuc de alio dicit̄: & qdcūq; hoc aliqd ens ſeparabile fuerit. Tale vero vniuſcuiuſq; forma & ſpēs. Dicunt̄ ſubſtantia corpora & ſimpl̄r ſicut terra: & ignis: & ſimilia & vr̄ oīa corpora: & ꝙ ex eis cōſtituit̄ ex aīalib⁹: & idolis: & mēbris iſtorum. Oīa enim iſta dicunt̄ ſubſtātiæ: qa non dicunt̄ de ſubiecto: ſed alia dicūtur de eis. Et etiā dicit̄ ſubſtantia alio modo illud qđ eſt cauſa eſſentiæ rerū quæ dicuntur de ſubiecto: ſicut anima aīalium. Et etiā dicūtur ſubſtātia oīa mēbra aīalium. & etiā & habentia terminos: & ſignificātia aliqd: & p quorū priuationē priuat̄ totū: ſicut corpus ſupficiei: & ſicut quidā dicūt ſuperficies lineæ: & omnes numeri. Quidam enim exiſtimant qđ iſtis priuatis nihil erit. Et etiam dicitur ſubſtantia illud quod ſignificat quid in omnibus rebus: & diffinitionē carū: & hoc eſt ſubſtantia circulus rei. Accidit igitur vt ſubſtantia dicatur duobus modis. Quorum vnus eſt vltimū ſubiectū quod non dicitur de alio. Alius aūt qđ ſignificat hoc demōſtratū: & eſt diſtinctū a rebus: ſicut forma cuiuslibet rei: & eius exēplar. P

15 Q.

Cvm determinauit quot modis dicitur ens & vnū eorum de quibus dicitur ſubſtantia & ſubſtantia dicitur multis modis: incipit etiam diuidere illos modos. Et.d. & ſubſtantia &c.i. & ſubſtātia dicitur de oīb⁹ corporibus ſimplicibus & de compoſitis ex his: vt mineræ: & plātę: & animalia: & de mēbris iſtorū. Et cū declarauit hoc per exemplum: incæpit declarare illud per diffinitionē. &.d. oīa em̄ iſta &c. & intēdit neq; ī ſubiecto: & iſta ē diffinitio īdiuidui ſubſtātiæ. Et.q.d. ſubſtātia dicit̄ prima de illo ꝙ nō dicit̄ de aliq̄ neq; eſt in aliq̄: & alia dicunt̄ de eo: & hoc dicit̄ indiuiduū ſubſtātiæ. & hoc appellat̄ ī pdicamētis prima ſubſtātia. Et forte intēdit p hoc ꝙ.d. D

Subſtātia p cōmuni ad primā & ſecundam.

Subſtātia de forma. Vide

8.phyſi.3. aliquã intẽtionẽ in ea:& ſcd'm hoc iſte ſermo cõtinet primas ſubſtãtias
Subſtãtia de materia. & ſecũdas. D.d.& dicit etiã &c.i.& dicit ſubſtãtia de illo p qp indiui duũ ſubſtãtiæ fit ſubſtãtia.ſ.de forma p quã fit ſubſtãtia:ſicut aĩa in aĩa/
Subſtãtia de diffinitiõe. to.& dedit exemplũ de aĩa quæ eſt forma in ſubſtantia in actu ecõtra de formis ſimpliciũ. D.d.& etiã dicit ſubſtãtia de illo qp eſt ſubiectum
Subſtãtia p omni quo remoto re/ mouet ſub/ ſtantia. aĩæ.V.g.de corpore aĩaliũ.& hæc ſubſtãtia modo materiæ. D.d.& ha bẽtia diffinitiões &c.i.& dicit hoc nomẽ ſubſtãtia de diffinitiõe & in reb⁹ habẽtib⁹ diffinitiones. D.d.& p quorũ priuationẽ &c.i.& dicit ſubſtãtia de rebus q̃ ſunt priores ſecũdũ diffinitiões reb⁹ ſenſibilib⁹ de qbus qdã opinant illas eſſe ſubſtãtias rerũ ſenſibiliũ:qm qñ intellectus abſtulerit eas:auferent cũ eis res ſenſibiles ſicut eſt diſpõ corpore ſim/ plici cũ corpore ſenſibili & de ſupficie cũ corpore:& qa Ariſt.nõ opi/ nat hoc dicit.qdã eñ exiſtimãt &c.i.& quidã appellãt iſtas ſubſtãtias: qa exiſtimãt qp illud p cuius priuationẽ ſecundũ intellectum priuat a'i/ quid debet eſſe ſubſtantia illius:& ideo appellauerunt iſtas ſubſtantias vnum:quidã enim fingunt numerum eſſe ſubſtantiam entium. D.d.&
Eadem. etiam dicit illud ſubſtãtia qp ſignificat quid &c.i.& dicitur ſubſtãtia de illo qd' datur ad interrogationem factam per quid in vnaquaqꝫ rerum: & hæc eſt ſubſtantia cuiuslibet rei.D.d.accidit igitur vt ſubſtantia &c.

Capitulum Nonum.

R Adem vero dicuntur :hæc quidem ſecundum acci dens vt album:& muſicum idem :quia eidem acci dunt:& homo & muſicum:quia alterum alteri acci dit:& muſicum autem homo:qa muſicũ homini ac cidit:vtriqꝫ aũt hoc:& horũ vtrumqꝫ illi. Etenim homini mu ſico:& homo & muſicũ idẽ dicitur:& his illud. Quapropter oĩa hæc vl'r non dicuntur. Nõ eñ eſt verũ dicere qp oĩs homo idem & muſicum.Nam vl'ia ſecundũ ſe exiſtunt:accidẽtia ve ro nõ ſecundũ ſe:ſed in ſingularibus ſimpliciter dicũtur. Idem enim videtur eſſe Sor.& Sor.muſicus:nam Sor.non in multis: propter qđ non omnis Sor.eſſe muſicus neqꝫ Sor.dicitur que admodum oĩs homo:& hæc quidem ſic dicuntur eadem.Alia

Identitas eſt vnitas qui/ dam pluriũ eſſendi. vero ſecũdum ſe quemadmodum & vnum.Et enim quorum materia vna:aut ſpecie:aut numero:eadẽ dicuntur: & quorum ſubſtantia vna.Quare palam quia identitas vnitas quædã plu rium eſſendi:aut quando vtitur vno vt pluribus:veluti quando

Diuerſa. dixerit ipſum ipſi idem: nã vt duobus vtit eodẽ. Diuerſa vero dicuntur quorum:aut ſpecies plures:aut materia:aut ratio ſub

S ſtantiæ.Et oppoſite omnino eidem dicitur diuerſum. Diffe

Differentia. rentia vero dicuntur quæcunqꝫ diuerſa ſunt:idem aliquid en tia:& non ſolum numero:ſed ſpecie:aut genere:aut proportio ne:amplius quorum diuerſum genus & contraria quæcunqꝫ habent in ſubſtantia diuerſitatem.Similia dicuntur quæcunqꝫ

idem

ſdem paſſa: & plura idem paſſa: aut diuerſa: & quorum qualitas vna: & ſecundum quæcunq; alterari contingit contrariorum horum quod plura habet & magis propria huic eſt ſimile. Oppoſita vero ſimilibus diſsimilia. Oppoſita dicuntur contraria: contradictio: & ad aliquid: & priuatio: & habitus & ex quibus & ad quæ vltima: vt generationes: & corruptiones: & quæcumq; vero non contingunt ſimul ad eſſe amborum ſuſceptibili: hæc opponi dicuntur aut ipſa: aut ex quibus ſunt. Nā pallidum & album ſimul eidem non inſunt: propter quod ex quibus ſunt opponuntur his. Cōtraria dicuntur quæcumq; non poſſunt ſimul adeſſe eidem differentium ſecūdū genus: & quæ plurimum differunt eorum quæ ſunt in eodem genere: & quæ plurimū differunt eorū quæ in eodem ſuſceptibili: & quę plurimum differūt eorū quæ ſunt ſub eadem poteſtate. Et quorum differentia maxima: aut ſecundum genus: aut ſimpliciter: aut ſecūdū ſpeciē. Alia vero cōtraria dicunt: hæc qdē in talia habere: alia in taliū ſuſpectibilia eſſe: alia ī actiua: alia in paſsiua eſſe taliū: aut agētia vt patientia: aut abiectiones: aut acceptiones: aut habitus aut priuationes eſſe talium. Quoniam autem ens & vnū multipliciter dicuntur ſequi eſt neceſſe & alia quęcunq; ſecūdum hæc dicunt. Quare idem & diuerſum & contrarium vt ſic diuerſum ſecundum vnamquamq; cathegoriā.

T Oppoſita.

V Contraria.

Diuerſa vero ſpecie dicuntur quæcunq; eiuſdem generis exiſtentia: non ſubinuicem ſunt & quæcunq; in eodem genere exiſtentia differentiam habent & quæcunq; habent contrarietatem. Et cōtraria diuerſa ſunt ſpecie abinuicem: aut omnia: aut dicta primum: & quorūcūq; in finali generis ſpecie rationes diuerſæ: vt homo & æquus indiuidua genere & rationes eorum diuerſæ. Et quæcunq; in eadem ſubſtantia entia differentiam habent Eadem vero ſpecie his oppoſite dicta.

X Diuerſa ſpecie.

In arabica tranſlatione textus correſpondens huic ſuperiori non reperitur: neq; commentum.

Capitulum Decimum.



PRiora & poſteria dicuntur quædam quidam tāq; exiſtente aliquo primo & principio in vnoquoque genere quod ꝓpinquius quidem principio aliquo determinato: aut ſimpliciter: aut natura: aut ad aliquid: aut vbi: aut ab aliquibus. Vt hoc quidē ſecūdū locum in exiſtendo, ꝓpinquius: aut natura alicui loco determinato; vt medio; aut vltimo; aut ſicut euenit: quod vero re- A

motus posteri⁹. Alia secūdū tps: hoc quidē em̄ eo ꝙ remotiora nunc vt in factis: priora nāq; troica medis q̄a remotiora nunc. Hoc aūt eo ꝙ ꝓpinqui⁹ nūc: vt in futuris: priores em̄ ꝓpterea ludi iouis ludis apollinis esse dicunt: q̄a ꝓpinquius nūc: & ipo nūc: vt in principio & in primo vsis. Alia secundū motū: ꝓpinquius enim primo mouenti est prius vt puer viro. Principium

B aūt & hoc quoddā simpliciter. Alia secūdū potestatē: excedēter em̄ potestate & q̄d poteti⁹ est pri⁹: tale verò est cui⁹ secūdū præuolūtatē sequi est necesse alterū & posteri⁹ adeo vt nō mouēte illo nō moueat: & mouēte moueat. Et est præuolūtas principiū. Alia secundū ordinē: hæc aūt sunt quæcūq; ad aliq̄d vnū determinatū distāt secundū rationē: vt parastata tricōstata & pauite vitis. hic quidē em̄ qui sumit. hæc aūt quæ media principiū. hæc quidē igit priora dicunt hoc modo. Alio verò modo quod cognitiōe est prius vt est simpliciter prius. Horū autē aliter: & quæ secūdū rationē & quæ secundū sensum. nā secūdum rationē vniuersalia priora. secundū autē sensum singularia.

C Et secundū rationē accidens toto prius: vt musicum musico homine. Non enim est ratio tota sine parte. quidē nō cōtingit musicū esse non existente aliquo musico. Amplius priora dicuntur priorū passiones: vt rectitudo lenitate. hæc enim lineæ secundum se passio est: illud verò superficiei. Hæc quidē itaque sic dicuntur priora & posteriora. Alia verò secundum substantiam & naturam quæcunque cōtingit esse sine alijs: & illa non sine illis: qua diuisione vsus est Plato. Quoniam autem esse multipliciter dicitur. primū quidē subiectū prius. Deinde aliter quæ secundū potentiā: & secundū actum. Nā alia secūdū potestatē priora sunt: aliá secundū actū: vt secundū potestatem quidē dimidietas toto: & pars toto & materia substātia. Secūdum actū verò posteri⁹: nā dissoluta secūdū actū erūt. Modo itaque quodā oīa prius & posteri⁹ dicta sic dicunt. Quædā enim secundū generationē quæ sine alijs esse contingit. vt totū partib⁹. hæc aūt secundū corruptionē. vt pars toto: similiter aūt & alia. Dicuntur quædā ante & post tanquā primū ens & principiū in vno quoq; genere: & q̄d est proximū alicui principio terminato: aut modo simplici: aut naturaliter: aut modo relationis: aut vbi: aut quando: aut quia sunt sicut dicimus illa quæ dicunt ante secūdū locū q̄ est proxim⁹ alicui loco terminato. V.g. loco medio aut vltimo; aut naturaliter; aut casu. Et

remotū

remotũ dicitur poſt, & etiã dicitur ante ſecundũ tẽpus:aut in preterito, & eſt illud ꝙ eſt remotius ab inſtãti:ſicut bella troianorũ fuerũt ante bella medorũ. Et in futuro, & eſt illud quod eſt pręſenti propinquius alio modo: ſicut dicimus quod fuit Clitus ante Hirinũ:quia eſt propinquior ad modũ. Et hic vtitur modo quaſi primo & principio. Et dicitur ante ſecundum motũ illud quod eſt propinquius ad motorẽ ſicut puer qui eſt ante virũ ſecundũ motum. Et iſta ſunt principia aliqua modo ſimplici. Et dicitur ante ſecundũ potẽtiã vel virtutẽ ſicut dominus ante dominatũ. Dominus enim quia eſt ſuperior in potẽtia dicitur ante, & etiã illud ꝙ eſt fortius dicitur ante, & tale illud eſt ꝙ coget alterũ ſequi ſuã volũtatẽ:ita ꝙ ſi illud quod eſt ante nõ mouetur:nõ mouebiť illud ꝙ eſt poſt, & ſi mouebitur, mouebitur: & volũtas eſt principiũ hic. Et dicũtur ante ſecũdũ ordinẽ illa quę adunãtur in ſe ſecũdũ relationẽ:ad aliquid vnũ, & diuidũtur ſecũdũ diffinitionẽ:ſicut dicimus quod ſtãs eſt ſecũdus in ꝓpinquitate ante tertiũ, & neuma ꝙ dicitur id eſt, barbatica mediũ acutorũ eſt ante mediũ diſcretorũ. In illis enim eſt principiũ illud ꝙ ſtat capite. In iſtis eſt neuma ꝙ eſt mediũ. Iſta igitur dicũtur ante ſecũdũ hũc modũ. Et dicitur ante alio modo illud quod ante per ſciẽtiã eſt, & dicitur etiã ante modo ſimplici. Et etiã dicitur ante ſecũdũ diffinitionẽ & ſenſum. Secũdũ aũt diffinitionem illud ꝙ eſt ante modo vniuerſali. Secũdũ vero ſenſum res particulares. Et ſecũdũ diffinitionẽ vniuerſaliter etiã accidẽs ante totũ ſicut muſicus ante hominẽ muſicũ. Totũ eñ nõ erit penitus ſine parte. Et cũ hoc impoſsibile eſt vt muſicus ſit ſi nõ fuerit aliqs muſicus particularis. Et etiã dicũtur ante paſsiua ſicut res quę ſunt ante ſicut rectitudo & leuitas. Vnũ eñ iſtorũ eſt paſsiuũ lineæ per ſe & aliud ſuperficiei. Quædã eñ dicũtur ante & poſt ſecũdũ hos modos. Et quædã dicũtur vniuerſaliter & ſubſtãtialiter, & ſunt illa quæ poſsibile eſt vt ſint & nõ alia. Illa aũt nõ erũt neque iſta, & iſta diuiſione vtebať Plato. Ens igiť dicitur multis modis:diciť eñ primo ſecũdũ ſubiectũ ꝙ eſt añ, & per ꝙ ſubſtãtia erit ante. Et diciť alio modo qui ſũt in potẽtia, & in actu ſicut dicimus. Potẽtia aũt ſicut medietas eſt de toto & pars de toto, & materia de ſubſtãtia. Actu vt ſicut illud ꝙ eſt poſt:erit eñ poſtꝗ diſſoluiť quoquomodo. Igitur omnia quæ dicũtur ante & poſt ſecũdũ hos modos dicunť. Et quędã ſunt poſsibilia

vt sint & non alia: sicut & partes. Et quædā sunt possibilia vt corrūpantur & nō alia: sicut diffinitio totius, & alia similiter.

16 D ET vnū eorū de quibus dicitur ante & post est illud qđ est principiū primū in vnoquoq; generū. V.g. principiū in genere substantiæ & in alijs generibus, & vniuersaliter dicitur ante de omni principio terminato, & de omni qđ est propinquius alicui scilicet principio terminato. D.d. aut modo simplici &c. id est, & primū principiū de quo dicitur & de cuius propinquo ante: aut est primū simpliciter: aut naturaliter: aut secundū relationē: aut secundū locum: aut secundum tēpus: aut secundū suū esse. Deinde dedit exemplū de illo quod est prius secundū tempus, & d. & dicitur ante secundū tēpus &c. id est, illud quod est prius in tēpore præterito est illud quod magis distat a præsenti: sicut dicitur quod bellū troianū fuit ante bellum medorū. Deinde dicit & in futuro est illud quod est præsenti propinquius &c. id est, & prius in tēpore futuro est ecōtra priori in tēpore præterito: prius enim in tēpore futuro est propinquius præsenti: sicut dicitur præsenti in præterito: aut est remotius a præsenti: sicut Agamennon a Cesare. Deinde dicit & præsenti vtitur, hoc tāquā primo & posteriore principio, id est, in priori & posteriori: nō enim est principiū naturaliter sed positione. Deinde dicit & dicitur ante secundū motum &c. id est, & intendit per primū motorē primū generationē hominis: puer enim est propinquior primæ generationi viro. Deinde dicit, & ista principia sunt modo simplici &c. id est, & ista initia in quorū respectu dicitur post & ante sunt initia simpliciter nō secundū relationē sed alio modo. Deinde dicit & dicitur ante &c. id est, & dicimus qđ dominus est ante dominatū: quia dominus est in digniori ordine, & vniuersaliter dicitur ante illud qđ est fortius & dignius, & est illud qđ cogit illud qđ est post vt volūtas eius cōsequatur voluntatē suā: adeo qđ si illud qđ est prius nō moueatur: nō mouebitur illud qđ est post, & initiū secundū q̄ dicitur hoc ante & post est volūtas: quoniā scilicet volūtas debilioris consequitur voluntatē fortioris & hoc intēdebat cū d. & volūtas est initiū. Deinde dicit, & dicitur aut secundū ordinē &c. id est, qđ illa quæ existunt insimul nō possunt imaginari priora & posteriora nisi respectu alicuius positi in eis tāquā vnū & principiū scilicet considerando suū ordinē de illo & suū ordinē adinuicem. Dicimus enim in acie hominū qđ secundus est ante tertium in respectu primi qui est in capite, & similiter dicimus qđ tale neuma est ante tale in respectu alicuius primi in eis neumatibus. Deinde dicit, & dicitur secundū diffinitionē, id est, & diuersantur secundū diffinitiones & nomina in respectu illius vnius: illud enim quod cōsequitur illud vnū dicit secundū, & qđ cōsequitur secundum dicitur tertiū & indifferēter siue differāt in omnibus & diffinitionibus habitis secundū qđ sunt & conueniunt: nō enim habent ante & post nisi secundū ordinē. Ordo autem nō fit nisi respectu alicuius primi positi aut intellecti. D.d. & dicitur ante alio modo &c. d. hoc: quia illud qđ est notius apud nos, scilicet prius in cognitione, nō est prius in esse, & ideo iste modus est alius a prioribus modis. D.d. & etiā dicitur ante secundū diffinitionē & sensum &c. id est, & illa quæ dicūtur ante secundum

Ordo nō fit nisi respectu alicuius primi positi aut

dum cõprehẽsionẽ diuersantur ab intellectu & sensu. In intellectu a enim notius est vniuersale quam particulare: in sensu autẽ econuerso. E

D.d.& secundũ diffinitionẽ accidens etiã &c.id est, & accidens etiã prius est in diffinitione rerũ cõpositarũ ex substãtia & accidẽte. Diffinitio eñ cõpositi ex istis cõstituitur ex istis duabus partibus scilicet substãtia & accidẽte, & partes cuiuslibet sunt priores illo: quia sumũtur in ipsa diffinitione. V.g. quod homo & musicus sunt priores diffinitiões hominis musici. & cũ hoc homo est prior musico: musicus enim nõ erit nisi homo fuerit. D.d.& etiã dicũtur ante passiua &c.id est, & dicitur qđ passiua passionibus proprijs sunt ante passiones & accidẽtia: sicut dicitur qđ superficies est ante hãc passionẽ propriã quæ dicitur leuitas, & qđ linea est ante rectitudinẽ quæ est propria passio lineæ. Deinde dicit quædã igitur dicũtur ante & post &c.id est, specierum igitur prioris & posterioris quædã sunt ista quæ determinauimus. Et quædam dicũtur priora naturaliter, & sunt illa quæ cũ fuerint nõ sequitur vt posteriora sint, & si posteriora fuerint illa erũt, & hoc intẽdebat cum d.& sunt illa quæ possibile est vt sint & nõ alia. D.d.& ista diuisiõe vtebatur Plato, & innuit ꝙ hæc diuisio qua ipse vsus fuit in priori & posteriori est quã.d.in fine prædicamẽtorũ scilicet quinq; genera famosa, & nõ est dubiũ ex hac diuisione. Hæc dicta diminuũtur hic primũ in dignitate: sicut diminuitur ex illa diuisione prius in cognitione. Deinde dicit & cũ ens igitur dicitur multis modis &c.id est, & cũ hoc nomẽ ens dicitur de decẽ prædicamẽtis: ens qđ est subiectũ aliorũ nouẽ entiũ est ante omnia entia, & ens ex quo fit substãtia est etiã ante substãtiã, & similiter ens in potẽtia est prius ente in actu. D.d.exẽplũ de vtroq; ente, &.d.potẽtia autẽ est sicut dimidiũ ꝙ est duplũ in potẽtia, & similiter pars quæ est totũ in potẽtia, & similiter materia quæ est substãtia in potẽtia: actus vero cum refertur huic videbitur posterius, & hoc contingit quãdo intellectus dissoluerit cõpositũ in materiã & formam & sciuerit ipsum cõponi ex his duobus. D.d.omnia igitur quæ dicũtur ante & post &c.id est, & isti modi quos numerauimus determinãt omnes modos prioris & posterioris. D.d.& quædã possibile est vt sint & non alia &c.id est, & priorũ quædã possibile est vt sint & nõ sint posteriora, & quædã possibile est vt corrũpãtur & nõ corrũpãtur posteriora, & iste sunt causæ ad quas cõsequũtur causata. Et videtur tacere cõsequẽtia propter manifestationẽ eorũ. Et intẽdit per totũ & partes genus & species, & per partem & totum speciem & genus.

Margin: a intellecti. idẽ pri.phy.cõ. 41. contra thomistas.
a In intellectu notius est vniuersale quã particulare contra nominales: cõsidera tũ instãtiam 12.me.c.4.

CAPVT. XI. F



POTESTAS dicitur alia quidem principium motus: aut mutatiõis: aut in altero: aut inquantũ alterum: vt ædificatiua potestas est quæ non existit in ædificato. Sed ars medicinalis potestas ens existit vtiq; in sanato: sed nõ inquatũm sanatum est. Ergo totaliter principium mutatiõis aut motus dicitur potestas in altero: aut inquatum alterum. Hæc autem ab altero in

quãtum alterum. Secundum quã enim patiēs patitur aliquid quãdoq; quidē: si quodcũq; pati sit possibile: dicimus esse ante pate. quãdoq; autē nõ secundũ omnē passionem: sed si ad melius. Adhuc autē vt bene hoc efficiatur: aut secundũ volũtatem. Quãdoq; enim solũ vtique ambulãtes: aut loquentes nõ bene autem: aut nõ vt vellent: nõ dicimus posse loqui aut ambulare.
G Similiter autem & in pati. Amplius quicũque habitus secundum quos impassibilia omnino & immutabilia: aut nõ facile in peius mobilia potestates dicuntur. Frangũtur autem & conterũtur, & curuãtur, & omnino corrũpuntur: nõ per posse: sed per nõ posse, & deficere in aliquo. Impassibilia vero taliũ aut vix: aut & modicũ patiũtur propter potentiã & posse aliqualiter se habere. Dicta vero potestate totiens, & potens vno quidem modo dicetur q habet motus principiũ aut mutationis, Etenim id á quo status quiesue proficisci potest potens aliquid in altero: aut inquãtũ alterũ. Vno vero si quid ab ipso aliud potestatem habet talem. Vno autē si habet permutari in quolibet secundũ potestatē siue in peius siue in melius. Etenim corruptibile videtur esse possibile corrũpi: aut vtique nõ corrũpi si erat impossibile. Nũc autem dispositionē quãdã habet & causam & principiũ talis passionis. Aliquãdo quidē igitur per habere aliquid videtur aliquãdo per priuari tale esse. Si autē priuatio est habitus aliquo modo: omnia in habendo vtique erunt aliquid æquiuoce vero dicimus ens. Quare in habendo habitum quedã & principiũ est possibile, & habēdo huiusmodi priuationē si contingit habere priuationem. Vno vero in non habēdo ipsius potestatem aut principium in alio inquantum est aliud corruptiuum. Amplius autem hæc omnia aut in solis accidere fieri: aut non fieri: aut in bene: nam in inanimatis inest
H talis potestas: vt in organis. Aliam enim dicunt posse sonare lyram: aliam vero non si non est bene sonans. Impotentia autem est priuatio potentiæ & talis principij sublatio quædam qualis dicta est: aut omnino aut in apto nato habere: aut quãdo aptum natum est iam habere. Non enim dicunt similiter im-
I possibile generare puerum & virum & eunuchum. Amplius aut secundum vtrãque potentiam est impotentia opposita ei quæ solum motiue, & ei quæ bene motiue. Impossibilia vero hæc quidem secundum impotentiã hãc dicuntur: alia alio modo: puta possibile & impossibile. Impossibile qdē cuius cõtrarium

rium ex neceſsitate verum: vt diametrum commẽſurabilem eſſe eſt impoſsibile: quia falſum tale: cuius contrariũ nõ ſolum verum ſed & neceſſe non commenſurabilem eſſe. ergo cõmenſurabile non ſolum falſum: ſed ex neceſsitate falſum. Contrarium alia huic poſsibile quando nõ neceſſe fuerit cõtrariũ falſum eſſe: vt ſedere hominẽ poſsibile eſt non em̃ ex neceſsitate non ſedere eſt falſum Ergo quidẽ poſsibile vno modo ſicut dictum eſt quod non ex neceſsitate falſum ſignificat. Alio verò verum eſſe: alio contingens verum iam. Secundum metaphorã autem quæ in geometria dicitur potentia. Hæc quidem igitur poſsibilia non ſecundũ potentiam. Quæ vero ſecundũ potentiã oĩa dicuntur ad primã vnã. Hoc autẽ eſt principium mutationis in alio inquãtum aliud. Alia nãq; dicuntur poſsibilia: hoc quidẽ eorum in babendo ad aliquid aliud talem potentiã. Illa verò in hoc habendo: ſic: alia in ſic habendo. Similiter autem & impoſsibilia. Quare propria diffinitio primæ potẽtiæ vti que erit principium permutatiuum in alio inquãtũ aliud.

Potentia dicitur multis modis. Dicitur enim potentia principium motus aut tranſmutationis in alio ſecundum quod eſt aliud ſicut ars ædificandi quæ eſt potentia: & nõ eſt in eo quod ædificatur. Sed ars medicinæ eſt potentia: & eſt in eo qui ſanatur: ſed non ſecũdum quod ſanatur. Principium igitur vniuerſale tranſmutationis & motus dicitur potentia in alio ſecundum quod eſt aliud: & dicitur potentia illud per quod poſsibile eſt vt aliquid moueatur ab alio ſecundum quod eſt aliud & etiam illud per qđ patitur aliquid in quo facta eſt aliqua actio ab eo quod agit in ipſo: & habet potentiam patiẽdi eius quod eſt bonum & conuenientiam ad recipiendum. Et etiam dicitur potentia per quod aliquid fit melius: & actio fit ſecundum quod oportet: ſicut dicuntur potentes hoĩes qui poſſunt in bonitate ſermonis: & illi q ſermocinant̃ non ſecundũ ꝙ oportet nõ dicunt̃ eſſe potẽtes. Et ſil'r eſt in paſsiõe etiã. Et etiã dicitur potentia in oĩbus entibus quib⁹ res nõ patiunt̃ oĩno nec tranſmutant̃: aut quibus motus rerũ nõ erunt ad priora. Omne em̃ quod frangit̃ & deſtruit̃ aut corrumpit̃ aliqua corruptiõe: accidit ei hoc: nõ quia habet potẽtiã: ſed quia nõ habet potẽtiã: aut quia diminuit̃ ab eo aliqua potẽtia. Et dicunt̃ nõ tãgibilia iſta in qbus difficilis eſt tactus: aut quorũ tactus eſt æqualis: ꝓpter potentiã exiſtentem in eis: & quia ſunt potentia aliquo modo.

Et

Et cũ potẽtia dicit̃ his modis: potẽs etiã dicit̃ vno modo illud quod habet principiũ mot⁹ aut trãſmutatiõis in alio ſecundũ qđ eſt aliud. Et alio modo dicit̃ potẽs illud qđ habet potẽtiã talẽ quæ alicui⁹ eſt qđ eſt aliud. Et etiã illud qđ habet potẽtiã qua trãſmutat̃ in aliqđ aut in peius aut in meli⁹. Quod em̃ corrũpitur exiſtimat̃ eſſe potẽs ad corrũpi: & niſi hoc eſſet nõ corrũperet̃.ſ. niſi haberet hãc potẽtiã. Sed tñ habet aliquã diſpoſitionẽ & cãm & principiũ vt recipiat talẽ paſsionẽ & forte exiſtimat̃ eſſe ſecũdũ hãc diſpoſitionẽ: qa habet aliqđ: aut qa forte habet priuationẽ illi⁹: & cũ nõ eſſe igit̃ eſt eſſe aliquo modo. oĩa igit̃ habẽtia aliqđ ex quo dicit̃ modo ęquiuocatiõis: & p qđ dicunt̃ potẽtia. ergo nõ dicit̃ aliqđ habere hãc priuationẽ niſi in tpe in quo poſ̃e eſt vt ſit illa priuatio. Et cũ nõ habuerit potẽtiã illi⁹: tunc dicet̃ habere aliquid principiũ corrũpens aliud: & etiã in omnibus iſtis accidit aut ſola generatio: aut nõ generatio: aut bonitas generatiõis. Iſta em̃ potẽtia eſt in reb⁹ inanimatis. ſcilicet in inſtrumẽtis. Dicimus enim ꝙ quædã inſtrumẽta. V.g. illud quod latina loquit̃ & quædã nõ loquunt̃ cũ nõ fuerint boni ſoni: quia nõ potẽtia eſt priuatio potẽtiæ: & initiũ quod eſt ſiſ̃e ei⁹ quod dictũ fuit: aut modo vniuerſali: aut illud quod habet naturã recipiẽdi generationẽ: & in tẽpore in quo habet materiã recipiẽdi. Nõ em̃ ſunt ſimiles ſermones dicẽtes quod impotẽtia eſt puerũ generare & caſtratũ: & etiã vtraq; potẽtiarũ habet impotentiã oppoſitã in ſitu illi quæ mouet tantũ: & illa per quæ fit motus melior. Et ſecundũ iſtã impotentiã dicũtur res nõ habere potentiã: & alio modo dicit̃ res potẽs: & non potens. Dicit̃ enim impotens illud cuius cõtrariũ eſt verũ neceſſariũ. V.g. quod diametrũ eſſe ſimetrũ coſtæ nõ habet potentiã: quia hoc eſt falſum. Suũ aũt cõtrariũ non ſolũmodo eſt verũ: ſed neceſſariũ. Ergo ſimetrũ non tantũ eſt falſum: ſed falſum neceſſarium. Et contrarium huic eſt potens: & non eſt neceſſarium: ſed contrarium huic eſt falſum. Quoniam ſi hominẽ ſedere eſt potentia: non eſt neceſſarium tantum: ergo non ſedere eſt falſum. Potentia igitur alio modo falſum ſignificat quod non eſt neceſſarium: & alio modo ſignificat eſſe verum: & alio modo illud eſt poſsibile vt ſit verum. Et modus tranſumptionis in geometria: potentia iſta igitur dicuntur poſſe nõ impotens. Quæ autem dicuntur in potentia omnia dicuntur in reſpectu primi vnius, ſcilicet principij tranſmutationis in alterũ

ſecundũ

ſecundũ quod eſt alterũ. Altera em̃ dicũtur potentes: qa quędã
habent talem potentiam: & quædã nõ: & quædã habẽt iſtã po
tentiam ſecundũ quod oportet. Et ſimiliter iſta quæ nõ habent
potentiam. Erit igitur diffinitio quæ eſt primæ potentiæ prin
cipium tranſmutationis in alterum ſecundũ quod eſt alterũ.

Deinde dixit, & etiã p qđ patitur &c. i. & etiã dicit potẽtia de prin- 17
cipio p qđ patit aliqd ab agẽte aliquã actionẽ in eo paſsiõe meliori &
cõuenientiori ad recipiẽdũ illã actionẽ. Et d. hoc quia patiẽtia ab alijs
quædã patiunt ad meli⁹ & hic dicunt habere potẽtiã & quędã ad pei⁹:
& hic nõ dicunt habere potẽtiã. D. d. & etiã dicit potẽtia &c. i. & di
cit potẽtia de forma & habitu p quas aliquis agit bona actiõe: ſicut di-
cit quod illi qui bene ſermocinant habẽt potẽtiã in bono ſermone. Bo
nitas enim inuenitur in potẽtijs actiuis & paſsiuis: & dicũtur habere po
tentiã alio modo a duob⁹ modis narratis. hoc enim eſt quaſi gen⁹ eorũ.
Sunt igitur quatuor modi ſecundum quos dicitur hoc nomẽ potentia.

Hoc cõmẽ-
tum eſt defe
ctuoſum qa
dimittit ma
gnam partẽ
textus.

L

Bonitas in-
uenit in po-
tentijs acti-
uis & paſsi-
uis.

D. d. modũ quintũ. & d. & etiã dicit potẽtia in omnib⁹ entib⁹ &c. id
eſt & dicit potẽtia de formis & habitib⁹ quib⁹ res nõ recipiũt paſsio-
nem & trãſmutationẽ: & vniuerſaliter nõ facile mouent ad peius. ſ. ad
corruptionẽ & diminutionẽ. Oĩa enim quæ frangunt & vniuerſaliter
quæ facile trãſmutant ab extrinſecis accidit eis: hoc nõ quia habẽt po
tentiã: ſed quia diminuit ab eis potẽtia aliqua: & iſta potentia eſt genus
qualitatis quæ dicit naturalis potẽtia vel impotẽtia. D. d. & dicũtur
non tangibilia &c. i. & iſta in quibus exiſtit potentia: & cum dicuntur
nõ tãgibilia. i. nõ potẽtia apud contactũ: qm̃ dificile patiuntur ab eis:
immo alia a quibus tangunt magis patiuntur propter potentiã in iſtis.

D. d. & quia ſunt alio modo. i. & hoc nomẽ potẽtia dicit de iſtis quę
exiſtũt in eis principiũ potẽs. i. expellẽs ab eis. D. d. cũ igitur potẽtia di
cat de iſtis &c. i. & cũ declaratũ eſt ꝙ potentia dicit ſecundũ iſtos mo-
dos. ergo ſubiectũ potẽtiæ dicit ſecundũ iſtos modos. Dicit em̃ primo
modo illud qđ habet principiũ trãſmutatiõis in alio ſecundũ quod eſt
aliud. D. d. & alio modo dicit potẽs &c. i. & dicit potẽs alio modo
illud qđ habet potentiã qua patiat ab alio. D. d. & etiã illud qđ habet
potẽtiã vt trãſmutet &c. i. & etiã dicit potẽtia illud in quo exiſtit prin-
cipiũ quo poſſe eſt vt tranſmutet ab alio in aliud: & illud aliud aut erit
peius aut melius. D. d. qđ em̃ corrũpit &c. i. & dicit in eo qđ trãſmu
tat ad peius qđ habet potẽtiã: qm̃ ſi illud quod tranſmutatur ad corru-
ptionẽ nõ haberet potentiã nõ tranſmutaretur. V. g. quod ſi illud quod
corrũpitur nõ haberet potentiã in corruptiõe: impoſsibile eſſet vt cor-
rumperetur. Et cũ ita ſit iſta habent diſpoſitiões in ſe & cauſas & prin
cipiũ quib⁹ recipiũt tranſmutationẽ. Deinde dixit & forte exiſtima
tur &c. i. & illud qđ dicit potẽs dicit: quia exiſtimatur habere aliquam
diſpoſitionem qua ſit potens in illud: & illud quod dicitur nõ habere
potentiã dicit: qa exiſtimat carere diſpoſitiõe qua ſit potens. D. d. &
cum nõ eſſe eſt &c. id eſt & cum priuatio qua dicitur aliquid nõ habere
potẽtiã dicitur multis modis ſecundũ æquiuocationẽ: quia priuatio eſt
aliquis habitus: manifeſtũ eſt quod in potẽtia dicitur multis modis ſe-
cundũ æquiuocationẽ: & ſimiliter patiẽtia quæ opponit ei. D. d. nõ

M

Priuatio eſt

non

aliis habi- tus. Vide p hoc. 10. me. tex. cō. 15. &. 2. phy. c. 15. & q ibi. enim dicit ꝙ aliquid habet priuationē nisi &c. i. & cū dicimus aliquid nō habere potentiā in hoc. s. aliquid carere dispositione qua sit potens: hoc dicimus in tempore in quo habet illā priuationē. V. g. ꝙ homo dicitur nō habere potētiā ad ambulādum nisi in tēpore in quo caret potētia qua possit ambulare. D. d. & cum nō habuerit potentiā illius: qm̄ in tempore in quo in aliquo existit priuatio potentię in illo existit aliud principiū quod corrumpit illā potētiā & quod facit priuationem. D. d. & etiā omnia ista accidūt. i. & cōmune est istis omnibus ꝙ propter oīa ista. scilicet potentias & priuationes: accidit aut generatio aut nō generatio: aut bonitas generationis: & quia per hoc qd' dixit. nō generatio. intēdebat priuationē & malitiā generationis: incæpit declarare hoc. & dixit ista em̄ potētia est in reb⁹ &c. i. & dicim⁹ nō gñationē intelligēdo malitiā: qa manifestū est in idiomate græco ꝙ malitia actiōis demōstrat̄ p priuationē actionis: & hoc manifestū est nō tantū in potētijs animatis: sed etiam in animatis. Instrumēta enim quorū soni sequunt̄ modulationes hominū quædā dicunt̄ loqui & quædā nō: intelligēdo nō bene sonare. D. d. qn̄ impotētia est priuatio potētiæ. i. qm̄ malitia prouenit ex impotētia: & impotētia est priuatio potētiæ. D. d. & initiū qd' est simile dicto &c. i. & initiū qd' est simile prædicto. s. de quo dicitur potētia & impotētia: aut demonstrabit intentionē cōmunem oībus modis potentiarū: aut nō potentiarū: aut solūmodo demonstratur per hanc potentiam illud qd' habet potētiā naturaliter: & in tempore in quo habet potentiam & per nō potētiam demonstratur illud qd' caret potētia in tempore in quo caret potētia: aut de omnibus de quibus dicitur nō habere poten-

N tiā: hoc em̄ multipliciter narratur. Dicere enim puerū nō habere potentiā generādi. & virum perfectum castratū nō habere potētiā generandi: nō significat idem. D. d. & etiā vtraq; potētiarum &c. i. & hoc debet

Potentie sunt tot q̄t impotentie. esse ita. s. ꝙ potētiæ sunt tot quot impotentiæ. qr omne qd' dicitur potens habet oppositū quod dicitur impotens. V. g. quod omne habens potentiam aliquam potentiarū mouēdi habet oppositum proprium quod dicitur impotentia: & secundum illum modum mouendi. D. d. & secundum hanc impotentiā dicūtur res nō habere potētiam. i. & secundū has intentiones quas numerauimus dicitur potētia & impotentia in rei veritate. D. d. & dicūtur res &c. i. & scd'm trāsumptionē dicit̄ potētia & nō potētia de alijs nō cōsiderādis hic. sed dicunt̄ æquiuoce cum prædictis quæ attribuuntur vni rei. D. incæpit numerare ista: &. d. dicimus enim impotēs &c. i. & intendit per hūc sermonē ꝙ potentia dicitur de necessario affirmato: & nō potentia de necessario negato ecōtra dispositioni & potētia & impotētia quæ dicunrur possibiliter &. d. dicit̄ em̄ impotēs &c. i. qm̄ qn̄ fuerit dictum de illo quod nō potest in geometria ꝙ est potens erit falsum: & suum cōtrarium quod est verū erit verū necessariū. V. g. ponere diametrū costæ simetrū hoc erit falsum & impoſſe: sed suum oppositum erit verū semper. Et hoc intendebat cū. d. vt diametrū esse simetrū &c. D. d. suū aūt cōtrariū. i. cōtrarium aūt huius ꝑpōnis. s. ꝙ diametrū est potens. s. ꝙ diametrum nō potest non esse aliqd' verū: sed verum est semper. D. d. simeter igitur nō est tātum falsum: &c. id est dicere enim diametruum esse simetrum non est tantum falsum: sed falsum necessariū non possibile. Et cum declarauit ꝙ falsum in istis

est

est falsum necessariũ,& verũ, verũ necessariũ, incepit notificare φ ecõuerso est impotẽtia vera, &c.d.& cõtrariũ huic est potẽs &c.i. & dicere potẽs in rei veritate & est illud qđ est in rebus naturalibus potens, & dicere posse est ecõuerso geometriæ. Cũ eñ dixerimus in rebus aliqui bus possibilibus aliquid esse & fuerit verũ, tunc suum cõtrarium erit falsum nõ semper, sed quod potest esse verũ. D.d. qm̃ si hominẽ sedere &c.i.qm̃ si hominẽ sedere fuerit potentia antequã existet in actũ, nõ tamẽ ipsum sedere est necessariũ sed põt transmutari. D.d. ergo nõ sedere est falsum.i.& cũ sedere nõ est necessariũ. ergo dicere de sedente ipm esse nõ sedentẽ dum sedet est falsum, sed poste tñ est vt sit verũ. D.d. potẽtia igiť significat &c.i. vera igitur potẽtia est illa quæ quãdo res in qua potest fuerit posita in actu qñ põt erit falsum, sed nõ falsum necessarium sed falsum poste.s. φ poste est in verũ reuerti. D.d. & alio modo significat &c.i.& verum & falsum quæ inueniuntur in impossibili sunt alio mõ ab eis quæ inueniunť in necessario, & potẽtia nõ diciť vere nisi in possib⁹, in geometricis aũt dr̃ equiuoce secũdũ trãsumptionẽ.

D.d. ista igitur.i.ista aũt quæ dicunť potẽtia in geometria nõ vere dicunť sed trãsumptiue, illa aũt de quibus dr̃ hoc nomen potẽtia in rei veritate.s. res mobiles oĩa dicunť secũdũ siñtudinẽ ad illud de quo dr̃ hoc nomen potentia in hoc genere principal'r, & est principiũ in re, per qđ innatũ est agere in aliud aut pati sub alio secũdũ φ aliud. D.d. alia eñ dñr potẽtia&c.i. potẽtia aũt quæ dr̃ de reb⁹ quę sunt gñis passiõis ab illo, diciť, quia hoc accidit eis, quia in eis existit potentia sicut potẽtia vera agens, & diximus hoc nomen in potentia de rebus quæ sunt velocis passionis ab alijs quæ carẽt potentia vera. Et dicitur potentia naturalis quandoq; de eo φ habet verã potentiã agẽtẽ secũdũ φ oportet.s. in fine bonitatis. Et hoc intẽdebat cũ.d. & quædã habẽt istã potentiã secũdũ φ oportet.& per totũ hoc intẽdebat φ hæc noĩa potentia & impotẽtia quæ sunt genera qualitatis dicuntur his modis, ꝓpter hoc φ habent in se aliquid ex eo de quo dicitur nomen in rei veritate.scilicet de potentijs agentibus in aliud secundum quod est aliud, & patientibus ex alio secundum quod est aliud. Deinde.d. diffinitio igitur quæ est &c.i. diffinitio vera quæ est primæ potentiæ prior omnibus diffinitionibus eorum de quibus dicitur hoc nomen potentia est diffinitio dicẽs φ principium transmutationis in alterum secundum φ est alterum.

O Potentia in geometricis est transsumptiue sed in reb⁹ mobilibus reperiť vere.

CAPVT XII.



Quantũ vero dicitur quod est diuisibile in ea quę insunt, quorũ vtrũq;, aut singulũ, vnũ aliquid & hoc aliquid natũ est esse. Multitudo ergo quantũ aliquid si fuerit numerabilis. Magnitudo aũt si mẽsurabilis fuerit. dicitur aũt multitudo quidẽ diuisibile potestate in nõ continua. Magnitudo aũt quod in continua. Magnitudinis vero quæ quidẽ ad vnum cõtinua longitudo. Quæ autem ad duo latitudo. Quæ autem ad tria profunditas. horum autẽ pluralitas quidem finita numerus, sed longitudo linea & latitudo

tudo superficies,& profundũ corpus. Amplius alia dicunt̃ ſe⸗cũdũ ſe quãta,quædã alia ſecũdũ accidẽs, vt linea quãtũ aliqd ſecũdũ ſe,muſicũ vero ſecũdũ accñs. Eorũ vero quæ ſecũdũ ſe ſunt,alia ſecũdũ ſubſtãtiã ſunt vt linea quantũ qd.Nã in rõne qd'eſt dicẽte quãtũ qd exiſtit.Alia paſsiões & habit⁹talis ſunt ſubſtantiæ,vt multum,& paucum,& productum,& breue,et latum,& ſtrictum,& profundum,& humile,& graue, & le⸗ue,& alia talia.Sunt aũt & magnũ & paruũ,& maius & mi nus,& ſecundũ ſe & adinuicẽ dicta quãti paſsiones ſecũdũ ſe, trãſferunt̃ etiã & ad alia hæc nomina.ſecũdũ accidẽs vero di⸗ctorũ quãtorũ hoc quidẽ ſic dicitur ſicut dictũ eſt,quia muſicũ quãtũ & albũ per eſſe quãtũ aliqd cui inſunt alia vt motus et tempus.Etem̃ hmõi quãta quædam dñr & continua,eo quod illa diuiſibilia ſunt,quorum ſunt hæ paſsiones. Dico autẽ non quod mouetur ſed quod motum eſt. Nam per eſſe quantum il lud & motus eſt quantus.Tempus vero per ipſum.ſ. motum.

Dicitur quãtitas illud quod diuiditur in res quæ ſunt in eo quorũ vnũquodq̧ aut vnã habet naturã,vt ſit aliquid vnũ.Et etiã dr̃ multa quãtitas illud quod numerat̃,& magna quanti⸗tas illud quod mẽſurat̃ aliqua mẽſura.Et dr̃ multũ illud quod diuiditur ſecundũ numerũ in rebus diſcretis.Magnũ aũt eſt il⸗lud quod diuidit̃ in rebus cõtinuis. Et magnitudo cõtinua ſe⸗cũdum vnã partẽ eſt longitudo,& ſecundum duas latitudo,et ſecundum tres eſt profundum.Et multitudo ex iſtis rebus fini tis eſt numerus,& longitudo etiã linea, & latitudo in ſuperfi⸗cie,& profundum in corpore.Et etiã quantitatum quædã dñr per ſe,& quædã per accidẽs.V.g.linea eſt quãtitas per ſe,muſi⸗cus autẽ per accidẽs.Et quãtitatum quæ dicunt̃ per ſe, quędam eſt ſubſtãtia ſicut linea.Eſt etem̃ aliqua quãtitas,in diffinitione qua ſignificat quid ſit aliqua quantitas & quædam ſunt paſ⸗ſiones & eſſentiæ talis ſubſtantiæ, ſicut multum, & paucum, & longum,& breue,& latum,& ſtrictum,& profundum, & tenue,& leue,& graue,& alia ſimilia:& etiã paruum,& ma⸗gnum,& maius,& minus.Et dñr eſſe paſsiões quãtitatis p̱ ſe etiã ſecundum ſermonẽ referant̃. Per ſe autẽ iſta ſunt noĩa quæ trãſmutant̃,& de alĳs etiã.Quãtitatum vero quæ dñr per acci dẽs quædã dñr ſic,ſicut dicit̃ ꝙ muſicus eſt quãtitas, & album etiam.Illud autem cuius ſunt habet aliã quantitatem:& quæ⸗dam dicuntur ſicut motus & tempus.Iſta em̃ dicta ſunt quan titates

titates cõtinuæ quia illa quorũ isti sunt passiones diuiduntur, & dico nõ motũ sed quo mouet, qm̃ qa illud est quantitas & motus etiam est quantitas, & tempus etiam propter motum.

ISTE sermo põt esse quasi dissolutio continuæ & discretæ quantitatis. omne eñ quod diuidit, diuidit in res quę naturaliter sunt v nũ. 18

Et potest intelligere quantitatẽ discretam quæ diuiditur in vnitates indiuisibiles naturaliter. quantitas vero continua diuidit in vnitates, sed tamẽ recipiũt diuisionẽ. Et quia multa, aut sunt multa secundum vnitates discretas, aut secundum vnitates continuas, dixit. & dicitur multa quantitas &c. id est, & dicitur multa quantitas omne quod numeratur per vnũ numerale, & dicitur magna quantitas omne quod mensuratur per mensuram continuam. D.d. & dicitur multũ &c. id est, & multũ dicitur de rebus diuisibilibus in vnitates numerales. Magnitudo enim quæ est quantitas cõtinua est quæ diuiditur in continua, & quasi intendebat declarare ꝙ quicquid diuiditur in indiuisibilia naturaliter est numerus. & quicquid diuiditur in res indiuisas sed receptibiles diuisionis est magnitudo. D. numerauit magnitudines, &. d. & magnitudo continua &c. id est, & magnitudo extensa in vna parte tantum est linea, & quæ extenditur in duabus partibus est superficies, quę autem in tribus est corpus quod habet longitudinem & latitudinem & profundum. & accipit latitudinẽ loco superficiei, qm̃ quicquid habet latitudinem longitudinem, & quicquid habet longitudinem & latitudinem, est superficies, & eodem modo accepit profundum loco corporis. D.d. & etiam quantitatum &c. id est, & intendit per illa quæ dicuntur accidentaliter illa quibus cõtingit mẽsuratio, quia sunt in quantitate essentialiter. s. cõtinua. D.d. exemplũ, &. d. sicut linea quæ est aliqua quantitas per se. musicus aũt & albus diuiditur per accidẽs, qm̃ accidit albo & musicõ vt sint in cõtinuo. D.d. & quantitatũ quædam &c. i. & quantitatũ sunt essentialiter, quædã est quãtitas per se & quædã est quãtitas quæ accidit quãtitati quæ est per se sicut magnũ & paruum, & longũ, & breue, & latũ, & strictũ, & profundũ & nõ ꝓfundũ, & situs & priuatio situs. Leue aũt & graue numerant in accidentibus quãtitatis secũda intẽtione, sunt eñ quãtitates naturales sed collocant sub accidentibus quãtitatis, quia grauitas & leuitas diuidunt eadẽ diuisione qua magnitudo diuidit, est igitur de quãtitatibus secũda intẽtione. D.d. & etiã magnũ & paruum &c. i. magnũ a & paruũ cũ accipiunt secũdũ ꝙ sunt dispositiones magnitudinis essentiales dñr esse passiones & accidẽtia quãtitatis. & cũ respiciũt vnũ in respectu alterius vident collocari in capitulo relationis. Relatio eñ accidit quantitati & cæteris prædicamentis. D.d. per se autẽ &c. i. quantitas quæ est quãtitas per se dicit de continua & de alijs, & intendit vt mihi videtur ens.

Et potest intelligi de alijs accidentibus quantitati. Ver. g. æquale & alia. D.d. quantitates aũt quæ dñr per accidẽs &c. i. illa aũt quæ dicũtur accidẽtaliter nõ dicunt quãtitates nisi illud in quo sunt sit quantitas per se. D.d. & quædã dicunt sicut motus &c. i. & quãtitatum est mot⁹ & tẽpus, ista aũt sunt quãtitates per se & cõtinuæ. D. dedit causam. &. d. illa eñ quorũ istæ sunt passiones diuidunt &c. i. & ista sunt quãti

Q. Dĩa inter multũ et magnum.

Vide spẽs magnitudinis. 1. cæli. t. cõ. 3.

Idẽ primo physi, 15.

Grauitas & leuitas sunt in prædicamẽto quãtitatis secũda intentione.

Vide oppm̃ 2. de anima 108. & 4. cæli. c. 2.

a Quõ magnũ & paruum diuersimode sunt relationes & quantitates.

Quod mot⁹ & tps sunt quantitates

per se. quãtitates, quia sunt accidentia cõsequentia essentialiter illa quae sunt
Vide. 6. quãtitates per suã substãtiã.s. magnitudinẽ quae diuidit essentialiter, &
phy. 10. primo. Motus eĩ cõsequit magnitudinẽ, & diuidit per suã diuisionẽ,
4. physi. & tẽpus cõsequit motũ. Ista igit sunt de passionib⁹ quãti nõ de substã
98. 103. tia quãti. D.d. & dico nõ motũ &c.i. & dico quod mot⁹ sunt passio
Documẽtũ. nes quãtitatis nõ propter motũ, sed propter illud in quo est mot⁹. s. ma
Vide de lo gnitudinẽ per quã est motus. Deinde dicit, quia illud est quantitas &c.
co. 6. ph. 37 quoniam illud per quod est motus est quantitas, motus etiã erit quan
R titas, & quia motus est quãtitas, tempus etiam erit quãtitas, consequi
tur eñ mot⁹ spaciũ, & tẽpus consequit motũ. Et posuit hic motũ de speciebus quãtitatis quod nõ fecit in libro praedicamentorum, & illic locum quod non fecit hic. Et forte diuisit hic locum quia apud ipsum est de passionibus quãtitatis, & ideo non posuit ipsum in eis quae sunt quãtũ per suã substãtiã. Mot⁹ autẽ nõ cõsuetudo vt mẽsuret per suam partem sed per suum spaciũ aut per tẽpus, & ideo nõ nominauit illũ in praedicamẽto quãtitatis in praedicamentis, & illic solũmodo intendit numerare species famosas quantitatis.

CAPVT XIII.



Quale dr̃ vno qdẽ mõ dña substãtiae, & quale qd hõ aĩal, qa bipes, sed & equ⁹ quadrupes, & circulus qdẽ ęqualis, qa quaedã figura. qa ergo nõ quasi dña secũdũ substãtiã qualitate existẽte. Vno quidem itaqꝫ mõ haec dicit qualitas dña substãtiae. Alio aũt mõ vt immobilia & mathematica, sicut numeri quales qdã sunt, quẽadmodũ cõpositi, & nõ solũ ad vnũ entes, sed quorũ mutatio superficies & solidũ. Hi vero sunt quotiẽs quãti aut quotiẽs quot quãti, & totaliter praeter quãtitatẽ existit in substantia. nã substãtia cuiuslibet quod semel, vt ipsorũ

S sex non quae bis, aut ter sunt, sed quae semel. sex eñ semel sunt
Sex semel sunt sex. sex. Amplius quaecũqꝫ passiones earũ quae mouent substantiarũ vt calor, & frigiditas, albedo, & nigredo, grauitas, & leuitas, & quaecũqꝫ talia secũdũ quae dñr mutari corpora permutãtiũ. Ampli⁹ secũdũ virtutẽ & vitiũ & oĩno bonũ & malũ. Fere nãqꝫ secũdũ duos modos dicere quale est, & horũ vno principalissimo. Prima qdẽ qualitas substãtiae dña, huius aũt quaedã pars, & quae in numeris qualitas. nã dña quaedã substãtiarum est; sed aut non motorum aut non inquantum sunt mo
Bonum & malũ maxime in aĩat's qualitatẽ significant. ta. Haec aũt passiones motorum inquantum sunt mota, & motuũ dñae. Virtus aũt & vitiũ passionum pars quaedam est. Differentias enim ostendunt motus & actus secundum quos faciũt aut patiunt, aut bene, aut praue quae sunt in motu. Possibile nãqꝫ sic moueri aut agere bonum. Quod autem sic & cõtrariae prauum. Maximae aũt bonũ & malum significant quale.

in animatis:& horum maxime in habentibus pro heresim.

Qualitas dicitur vno modo illud per quod differt ſubſtãtia: ſicut dicimus qđ homo eſt animal quale:& equus dicit̃ ſic etiã. Et ſi quæſitũ fuerit a nobis quæ eſt qualitas figuræ circuli: dicemus qđ eſt figura ſine angulo:& iſta eſt qualitas per quam differt ſubſtantia. Qualitas dicitur quoq; vno modo ſecũdum ꝙ narrauimus de alietate ſubſtãtiæ.

Primus modus ꝓ eſſentiali differẽtia.

Et dicitur alio modo ſicut res quæ nõ mouentur:& mathematica etiã ſicut numeri. Dicuntur enim qualitates aliquæ ſicut compoſiti: & qui nõ ſunt ſecundum eandẽ diſpoſitionẽ tantũ:ſed qui aſsimilant̃ ſuperficiei planæ & corpori. Et iſta ſunt qualitates in quãtitatibus vel quãtitates in qualitatibus:& vniuerſaliter qđ eſt in quantitate de ſubſtãtia. Subſtantia enim cuiuslibet eſt ſemel. V. g. ſex non eſt bis tres:ſed ſemel ſex.

Secundus modus qualitatis mathematicorum.

Et etiam omnes paſsiones mobiles ſicut caliditas:& frigiditas,& albedo,& nigredo,& leuitas,& grauitas:& omnia de quibus dicunt̃:& omnia per quorũ trãſmutationem tranſmutantur corpora:& quæ attribuuntur ſtudio & prauitati:& vl'r hono & malo. Qualitas igitur fere dicitur duobus modis quorum vnus eſt verus. Prima igitur qualitas differt à ſubſtãtia:& qualitas quæ eſt in hominibus eſt pars earũ. Eſt enim aliqua alietas ſubſtantiarũ immobiliũ ſecundũ ꝙ ſunt immobiles. Paſsiua igit̃ ſunt res mobiles ſecundum ꝙ ſunt mobiles & modi motuum: & ſtudium & prauitas ſunt aliqua pars paſsiuorum:quæ ſignificant differentias motus & actionis:& per illa agunt aut patiuntur modo bono aut malo illa quæ ſunt in motu. Quod enim eorum habet potentiam vt moueatur aliquo motu:aut vt agat alia actione eſt bonum:& quod eorum mouetur econtrario eſt malum. Et in maiori parte bonũ & malum ſignificãt qualitatem in animatis: & iſtorum in maiori parte in eis quæ habent voluntatem.

Tertius modus qualitatis pro paſſionibus.

19 NOn intendit hic de ſpeciebus quãtitatis & qualitatis ſecũdũ qđ ſunt prædicamenta:ſed ſolummodo intendit numerare intentiones quas ſignificant hæ dictiones quantitas & qualitas: & ideo incæpit hic a qualitate quæ eſt ſubſtantia. Et. d. qualitas dicitur &c. id eſt & qualitas quæ dicitur modo primo eſt illa quæ dicitur de illo ſecundũ qđ differũt ſubſtãtiæ adinuicem ſcilicet de generibus & ſpeciebus ſubſtãtialibus. V. g. qm̃ homo differt a plãtis per aĩalitatem:animalitas igit̃ in eo eſt qualitas:& ſimiliter in æquo:qm̃ aĩalitas eſt in eo qualitas:& in hoc genere cõcludunt̃ vl'r oẽs differẽtiæ ſubſtãtiales vltimæ ſcilicet differẽtiæ ſpecierum vltimarum : ſed non vltimæ ſcilicet differentiæ generũ ſubſtãtiales. D. d. & ſi quæſitũ fuerit a nobis &c. i. & ſecũdũ intẽtionẽ propinquã qua hic dicitur qualitas cõ-

Documentum. 3. phy. 18.

Vide. 7. phi. 28.

stans circa quantitatem secundum qđ est quantitas: qm per illam differunt q̃titates in suis substantijs. V.g. q si quęsitũ fuerit a nobis quam figuram habet circulus aut quæ est figura circuli: dicemus figura nõ habẽs angulũ: & hæc vox nõ habẽs angulũ est differẽtia substantialis figuræ. Et hoc intẽdebat cũ.d. ista est qualitas per quam differunt substãtiæ. & intẽdit substantiã quãtitatũ: nõ illud qđ est substãtia simpliciter. & supposuit hoc in hoc genere: quia ista sunt de suis substãtijs q si formæ substantiales de substantijs. D.d. qualitas igitur &c.i. & cũ ita sit sicut narrauimus: ergo qualitas dicitur de illo secundũ q differũt res in suis substãtijs. s. de formis suis. D.d. & dicitur alio modo &c. i. & dicit quale de illo secundũ q differũt etiã entia immobilia scilicet quę non existunt in materia aut verbis tantũ aut sermone & esse: sicut q dam opinantur mathematica esse substantias abstractas. D.d. sicut numeri &c. i. sicut nũeri quę dicunt in arithmetica cõpositi nõ primi. Numerorum enim compositorum quidã sunt qui assimilantur superficiei circulari: & quidã corporali: & quidam corporeo: & ideo arithmetici solent dicere: iste numerus est superficalis: & iste est solidus. Deinde dic. istæ igitur sunt qualitates in quantitatibus &c. i. & isti numeri aut est dicendũ q substãtiæ eorũ sunt qualitates in quãtitatibus: aut quãtitates multiplicatæ per qualitates. D.d. vniuersaliter quãtitas q est in substãtia. substãtia enim cuiuslibet est illud qđ est semel. V.g. sex &c. i. sed vniuersaliter apparet qđ omne quod est de quãtitate discreta tanquã substantia & forma est vnicũ in quãtitate: nõ quãtitas in q̃litate: sicut sex cuius substãtia est vnicũ. sed nõ tres binarij. D.d. & etiam oẽs passiões &c. idest & dicitur qualitas etiã alio modo de omnibus passionibus de quibus est transmutatio motus. Verbi gratia. colore: frigore: albedine: nigredine: & omnibus rebus attributis istis per quas transmutantur corpora in quibus inuenitur motus. Et. d. hoc: quia qualitates per quas differunt corpora & quantitates in suis substantijs non pertinent motui neq per illas mouentur corpora: vt declaratum est in 7. phy. Deinde. d. & quæ attribuuntur studiositati &c. i. dicuntur qualitates de formis quæ sunt in aĩatis quæ attribuuntur studiositati: aut prauitati: aut malo: aut bono. D.d. qualitas igitur fere &c. & intendit per duos modos qualitates quibus pertinet motus: & qualitates quibus non pertinet. D.d. & istorum modorũ quorũ vnus est verus: & intẽdit qualitates substãtiales in quibus nõ est motus. D.d. quale. igitur primũ &c. i. p qđ differũt entia in suis substãtijs. D.d. & qualitas quæ est in hoĩbus est pars &c. i. q qualitates q sunt in aĩatis sunt de qualitatibus in quibus nõ est motus. D. exposuit hoc: &. d. sunt enim aliæ transmutationes &c. i. & causa propter quã studiositas & prauitas concluduntur in qualitatibus est: q̃a sunt passiones & formæ substantiæ immobilis essentialiter. s. animæ. D.d. & studiositas & prauitas &c. i. & studiositas & prauitas quoquo modo intrãt qualitates: & ĩ qualitatibus & in quibus est motus quæ consequuntur differẽtias motus q est in corporibus. s. alterationis veræ: qm̃ consequitur studiositas & prauitas: ex eis enim mutant motus animatorũ: aut ad melius: aut ad peius: aut ad studiosum: aut ad prauum. Deinde. d. & per illas agunt aut patiuntur &c. i. & istas differentias patiuntur ad peius: aut agunt ad melius

Secundus modus.

Tertius modus.

Qualitates per quas differunt corpora in suis substãtijs & quantitates nõ pertinẽt motui. Vide. 7. ph. 18. 19. 20. & 5. ph. 10. & 4. physi. 84.

lius res animatæ in quibus est motus. Et hoc intendebat cum.d. q̃m istorũ quæ habẽt potentiã vt moueanť &c.i. q̃m formarũ animatarum illa per quam homo potest moueri voluntarie a voluntate & intellectu motu ad aliquod bonum est passio quæ est bona: & illa per quam non potest hoc sed patitur a voluntate: & mouetur ab eo est malũ. Deinde dixit, & in maiori parte bonum & malum significant &c. & hoc manifestum est: quoniam hæc nomina bonum & malum a non dicuntur simpliciter in maiori parte nisi de accidentibus prouenientib⁹ a formis quæ sunt in animatis: & præcipue in animatis rationabilibus: & quandoque dicitur bonum & non bonum de actionibus eius: quod nõ est rationabile: sed raro. b Aristote. etiam non videtur hic numerare in qualitate genus quod dicitur secundum potentiam & impotentiam naturalem. Ista enim sunt propter præparationes & actiones & potentiæ non qualitates in actu: & istæ præparationes consequũtur qualitates substantiales: & inquantum sunt potentiæ numerauit eas inter potentias: & inquantum sunt præparationes sunt priuationes non est perscrutatus de eis in.7.physi. vtrum in eis sit motus aut non: & nota hoc: quia melius est.

a Bonũ & malũ nõ dicunť simpl'r & in maiori parte nisi de accidẽtibus prouenĩẽtibus a formis quę sũt in aĩatis. sed oppositũ vť velle philosoph⁹.6.meta.t.cõ.8.

b Documẽtũ. Vide.7.phy.20.

CAPVT. XIIII.



Ad aliquid dicuntur alia per se vt duplum ad dimidium: & triplum ad tertiam partem: & totaliter multiplicatũ ad multiplicati partem: & continens ad contentum. Alia vt calefactiuũ ad calefactibile: & sectiuum ad secabile: & omnino actiuũ ad passiuum alia vero vt mensurabile ad mensurã: & scibile ad scientiam: & sensibile ad sensum. Dicũtur autem prima quidem secundum numerum: aut simpliciter aut determinate ad ipsos: aut ad vnũ: vt duplũ qdẽ ad vnũ: vt numer⁹ determinat⁹. Multipliciter vero secundũ numerũ ad vnum: nõ determinatũ autem: vt hunc: aut hunc. Emioliũ aũt ad subemioliũ secundũ numerum ad numerum determinatũ. supparticulare aũt ad supparticulare: sed indeterminatos: vt multiplex ad numerũ: continẽs aũt ad cõtẽtũ oĩno indeterminatũ secundũ numerũ. Numerus em̃ cõmẽsurabilis. Secundũ nõ cõmẽsurabileť aũt numerũ dicunť. Cõtinẽs em̃ ad cõtẽtũ tm̃ qd est & ampli⁹. Hæc aũt indeterminata. Quodcũq; em̃ euenit est aut æquale: aut nõ æq̃le. hæc igiť ad aliqd oĩa secundũ numerũ dicunť: & numeri & passiões. Et amplius æquale: & simile: & idẽ secũdũ aliũ modũ. Secũdũ em̃ vnũ dicũtur oĩa. Eadẽ nãq; quorũ vna est substãtia. Sĩa vero sunt quorũ qualitas est vna. æqualia quorũ quãtitas est vna. Vnũ aũt numeri principiũ est & metrũ. Quare hęc oĩa ad aliqd dicunť scd̃m nũerũ qdẽ: nõ tñ eodẽ mõ. Actiua vero & passiua scd̃m potẽtiã actiuã & passiuã sunt: & actiões

Quid æqua lia.
Quid eadē.

potentiarū:vt calefactiuū & calefactibile:qa pōt:& iterū calefaciēs ad id qđ calefit:& fecās ad id qđ fecatur tanq̄ agētia,Eorū verò quæ sunt secundū numerū nō sunt actiōes sed qūo in alijs dictū est:qđ aūt secundū motū actiones nō existunt.Eorū aūt quæ secundū potentiā:& secūdū tp̄s iā dicunt ad aliqd: vt quod fecit ad factū:& facturū ad faciēdū.Sic em̄ pater filij dicitur pater.Hoc quidē em̄ fecit:illud aūt passum quid est.Amplius quædā secundū priuationē potētiæ vt impoße: & quæcunq; sic dicunt vt inuisibile.Secundū numerū quidē igit & potētiā dicta ad aliquid oīa sunt ad aliquid:eo quod ip̄m quod est alterius dicit:ip̄m quidē:sed nō eo quod ad illud aliud .Mēsurabile verò:& scibile:intellectuale:eo quod aliud ad ip̄m dicit ad aliqd dicuntur.Nā intellectuale aliquid significat quod ipsius intellectus est. Nō est autē intellectus ad hæc cuius est intellectus: bis em̄ idē dictū vtiq; erit.Silr aūt & alicuius visus est visus: & nō cuius est visus:quāuis hoc verū sit dicere:sed ad colorē:aut ad aliquid tale.Illo verò modo bis idē diceret:quia est visus cuius est visus. Secundū se quidē igit dicta ad aliquid hæc quidē sic dicuntur illa verò si ipsorū genera sunt talia:vt medicina eorum quæ ad aliquid quia ipsius genus sciētia videtur esse eorū quæ ad aliquid.Amplius secundū quæcūque habētia dicunt ad aliqd; vt æqualitas quia æquale:& similitudo quia simile.Alia verò secundū accidēs:vt homo ad aliquid:quia accidit ei duplū esse: hoc autē est eorum quæ ad aliquid:vt albū si acciderit eidē albū & duplum. Quædā dicuntur relatiua sicut duplum ad dimidiū & triplū ad sub triplū:& omne quod multiplicat multotiens ad alterū:& nō omne quod multiplicat multotiēs: & est sicut qđ est superius ad illud qđ est magis superius:& quoddā dicitur sicut calefaciēs ad calefactū: & abscindēs ad abscissum:& omne agēs ad patiēs:& quædā sicut mensuratū ad mensurans: & scitū ad sciētiā & sensatū ad sensum. Primū em̄ relatiuorum dicit nō numeri:aut illud quod est modo simplici:aut terminatur:& per illud refertur ad illa:aut ad vnū: sicut duplum ad vnū quod est numerus terminatus. Numerus aūt multiplex: nō est relatiuū ad vnū terminat:sicut illud: & est terminatum de simplicibus ante duplū:Multiplex autē superpartiēs nō est terminatū.Totū enim & dimidium ad totum dimidiū & numerus ad numerū est terminatū.Totū em̄ & pars ad diminutum in parte nō est terminatū; sicut multiplex ad vnum superius:

Primus modus.

rius:aut ad magis superius:modo vniuersali nō est terminatū secundū numerū.Numerus em̄ est æqualis.Et ista dicūtur secundū numerū nō æqualē & superius ad magis superi⁹:sicut illud ad illud nō terminatū:quia est vnū duorū ꝙ ex eis cōprehēditur.aut æquale:aut nō æquale.Omnia igitur ista relatiua dicūtur per numerū,& per accidētia numeri etiā. Et dicitur etiā alio modo æquale,& simile,& idē sunt igit̄ eadē.Omnia em̄ ista dicūtur secūdū vnū modū:quia referūtur ad vnū. Sunt quædā igitur eadē quia substātia eorū est vna.Et similia quorū qualitas est vna,& vnū est principiū numerorū & mēsura eorū.Omnia igitur ista dicūtur relatiua:sed nō eodē modo.

Modus similis prio.

Passiua autē & actiua per potētiā actiuā & passiuā,& actionē potētiarū:sicut calefaciēs quod calefacit:quia potest etiā calefaciēs ad illud quod calefacit,& abscindēs ad illud quod abscinditur. Quæ autē sunt secundū numerū nō actiones habēt nisi secundum modū dictū in aliis.Actiones em̄ quæ nō sunt per motū nō habēt,& dicūtur relatiua illa quæ sunt secundū tempus:vt agens ad patiēs,& illud quod aget ad illud quod patietur,& sic dicitur pater est pater filii.Pater etiā quoddā enim est agens & patiens etiā,& etiā quoddā dicitur de eo quod caret potentia:sicut illud quod nō habet potentiā,& omnia quæ dicūtur similia sicut nō terminatū.Omnia igitur relatiua quæ dicūtur modo numeri & potētiæ sunt relatiua:quia essentia eorū dicūtur ad aliquid, & non quia illud aliud dicitur ad illa.

Secūdus modus.

Mensuratū autē & intellectū & scitū dicitur relatiuū:quia ad illud dicitur aliud aliquid.Intellectū enim significat habere intellectum,& intellectus nō est relatiuus ad illud quod est intellectus:quoniā si hoc dicatur tūc idem dicetur bis.V.g. si visus est visus ad aliquid nō est visus illius quod est,& si iste sermo est verus sed dicitur respectu coloris:aut aliud aliquid tale,per illud autē dicitur idem bis,aut illud cuius est visus.

Tertius modus.

Relatiua igitur quæ dicūtur per se:quædā dicūtur hoc modo,& quædā dicūtur quia sunt genera talia:sicut medicina quæ est relatiua: quia suū genus quod est sciētia existimatur esse relatiuū & etiā omnia quæ sunt in eis.Et dicitur relatiuū sicut æqualitas quia æquale, & cōsimilia propter similitudinē. Et relatiuorū est ꝙ dicitur modo accidētali:sicut homo qui est relatiuus:quia accidit ei esse duplū alicuius,& hoc est relatiuorū. Et similiter album accidit eidem vt sit duplū,& albū etiam.

Quæ sunt relatiua per accidens.

20 ID est q' vna specierũ relatiõis terminatæ est sicut duplũ & dimidiũ, & omnes qui multiplicãtur per numerũ ad numerũ productũ cũ numerus productus sit multipliciter ad illos duos numeros ductos vnũ in alterũ secũdũ vnitates vtriusq; eorũ. D. d. qd' multiplicatur multotiẽs est &c. id est, quia relatio numerorũ multiplicatorũ est relatio terminata, & relatio numeri superioris ad magis superius est relatio nõ terminata: sicut relatio pauci ad multũ. D. d. & quoddã sicut calefaciẽs &c. id est, & quoddã relatiuorũ est in potẽtijs actiuis & passiuis sicut calefaciẽs. Nõ em̃ acquirit hanc dispositionẽ nisi in respectu illius q' calefacit, & similiter abscindẽs ad abscissum, & vniuersaliter agẽs ad patiẽs, & d. sicut mẽsura ad mẽsuratũ &c. Et cũ dixit istos tres modos relatiuorũ dicit primũ autẽ relatiuorũ &c. id est, & relatiuorum existẽtiũ in numeris quædã sunt quibus relatio est terminata. V. g. qd' duplũ est duplũ dimidij, & q' duo est duplũ vnius, & tria triplex vni⁹, & similiter alij modi numerorũ attributorum ad vnũ, & hoc intẽdebat cũ. d. & per illud refertur ad illa aut ad vnũ: quoniã relatio terminata est sicut dicimus esse duo tria quatuor quinq;. Omnia em̃ ista sunt multiplicatiua vnius multiplicatione terminata. D. dedit exẽplũ de nõ terminato, & d. numerus autẽ multiplex &c. id est, & intendit q' cũ aliquis dixerit: iste numerus est multiplex: hoc nõ dicetur in respectu alicuius numeri terminati nisi determinet multiplicationẽ. V. g. vt dicat quadruplũ aut sexcuplũ. D. d. & istud de terminatũ ex simplicibus est ante duplũ, id est, q' numerus terminatus qui est dimidiũ est ante duplũ in ordine numerorũ & vterq; est terminatus. D. d. multiplex autẽ superpartiẽs nõ est terminatũ & intẽdit nisi numeret numerus multiplicis & numerus superpartiẽtis eis. D. d. totũ em̃ & dimidiũ &c. id est, proportio em̃ & dimidiũ &c. id est, proportio em̃ totius ad totũ, & dimidiũ est proportio terminata, & similiter talis numerus ad talẽ numerũ. D. d. totũ autẽ & pars &c. id est, proportio em̃ totius ad partẽ & illius partis ad magis diminutũ nõ est proportio terminata: sicut diximus iste numerus est multiplex ad vnũ sine determinatione. D. d. superius autẽ, id est, dicere autẽ q' iste est superior isto & iste superior alio est proportio nõ terminata: quia isti excedũt se secũdũ numeros & nõ æquales, & illud est terminatũ ex eis quia succedit per numeros æquales: isti aũt possunt excedere se secũdũ numeros æquales & nõ æquales. D. d. omnia igitur ista relatiua &c. id est, omnia igitur ista relatiua quæ numeri vnius sunt relatiua: aut quia sunt ipsius numeri: aut quia sunt in accidẽtibus numeri & accidentia numeri sunt minus, & plus & addẽs, & diminuens, & æquale, & inæquale, & similia. D. d. & dicitur etiã alio modo &c. id est, & dicũtur etiã relatiua alio modo de æquali in quãtitate, & simili in qualitate, & de eodẽ in substãtia. D. d. omnia em̃ ista &c. id est, & proprium est istis tribus generibus relatiuorũ quia proportio in eis est eadẽ in vtroq; extremo. similiũ em̃ vtrũq; est simile alij, & similiter æqualia & hoc intẽdebat cũ. d. quia cõueniũt in aliquo ecõtra in alijs speciebus relationis. D. d. & vnũ est principiũ numerorũ &c. id est, & vnũ secundũ q' est principiũ numerorũ & mẽsura eorũ concluditur etiã in relatiuis quæ sunt in numero. D. d. omnia igitur &c. id est, quia eorũ est quędã cuius ratio est terminata, & quædã cuius est opposita, & quædã cuius est

Expositio primi modi.

Expositio modo similis primo.

est cōmunis in vnitate, & quædā in accidētibus numerorū, & quædam est in substātia numerorū. D.d. actiua autem & passiua &c. id est, relatiua autē collocata in genere actionis & passionis sunt relatiua per potētias existētes in eis, & intēdit qđ nō sunt sicut numerus. In numero eñ nō est actio neq; passio, & ideo d. secūdum autē modū numeri nō habet actiones &c. id est, relatiua autē quæ sunt in numeris nō habēt actiones neq; passiones & accidētia existētia in rebus mobilibus. D.d. & dicūtur relatiua &c. id est, relatiuorū quædā sunt quæ nō sunt relatiua nisi in terminatis tēporibus: sicut res actiuæ & passiuæ quæ appropriātur tēporibus terminatis sicut qđ agit in aliquo tēpore & nō agit in alio, & sicut agit qđ ē in preterito & agit qđ in p̄senti. D.d. & sic pater &c. id est, quia pater & filius sunt de genere agētis & patiētis in quo nō inuenitur actio & passio nisi in tēpore terminato. Vir eñ & mulier nō generant in qualibet ętate: sed in tēporibus vitæ determinatis. D.d. omnia igitur relatiua &c. id est, omnia igitur relatiua relata quæ sunt in numeris & potētijs sunt relatiua: quia essentia vtriusq; eorū collocatur in relatione eodē ordine: nō quia alterū intrat in relatione per se & alterū nō in relatione per se: sed quoniā alterū accidit ei scilicet illud qđ est relatiuū per se, & accidēs alterius propter qđ fuit relatiuū. D.d. mensuratū autē & intellectū &c. id est, qđ autē est de modo relatiuorū sicut intellectū & scitū sensatū: dicit esse relatiuū: quia illud qđ est relatiuū per suā substātiā accidit ei scilicet quia intellectus est in sua substātia: relatiuus tamē accidit ei qđ fuit relatiuū intellecti: accidit intellecto qđ fuit relatiuū: nō quia relatio est in substātia intellecti sicut est in substātia intellectus: sed quia relatio accidit ei: hoc igitur intēdit cū d. talia esse relatiua scilicet quia aliud relatiuū per suā substātiā prædicatʳ de illis. Et q.d. quia relatio est duob⁹ modis scilicet aut relatio in substātia vtriusque relatiui: aut relatio in substātia alteri⁹ tātū, & in altero p̄pter istud.

In numero nō est actio neq; passio. Vide. 4. ph. 47.

Expositio tertij modi.

X

Relatio est duobus modis.

Et cū induxit hos duos modos relatiōis: incepit declarare naturā secūdi modi, & d. intellect⁹ eñ significat &c. id est, & intellect⁹ nō refertur ad intelligentē: sed ad intellectū: quoniā si ita esset tūc intellectus cōstitueretur per intelligentē: sed videtur esse ecōuerso: ex quo cōsequeretur qđ illud qđ cōstituitur per aliquid cōstituat illud scilicet quia contingit vt causa cōstitueretur per causatū, & sic idē esset in respectu eiusdē causa & causatū insimul, & hoc intēdebat cū d. tunc idē dicetur bis, & tūc idē erit causa & causatū eiusdē. D.d. & similiter si visus &c. id est. V.g. quoniā si visus fuerit relatiuus ad visum vidēs nō est relatiu⁹ ad visum. D.d. & si iste sermo &c. id est, & si sermo dicēs qđ visus nō est relatiuus ad visum: sic visus erit relatiuus ad aliud aut ad colorē: aut ad aliquid simile. D.d. secūdū autē hoc idē dicetʳ bis scilicet si autē posuerimus visum esse secūdū relationē ad visum: cōtinget idē esse duo opposita secūdū causam & causatū, id est, si posuerimus qđ visus non est visus nisi per visum nō per rē visam. D.d. & relatiuorū quæ dicūtur per se &c. id est, & relatiuorū quæ dicūtur per se quædā sunt huiusmodi & quædā existimātur collocari in eis: quia genus collocatur in eis. V.g. medicina quæ existimatur esse huius speciei relatiuorū: quia suum genus est huius speciei scilicet sciētia & existimatʳ q; illud cuius genus est relatiuū: est etiā relatiuū. Sed ista existimatio accidit secūdū hoc qđ

Modi improprij.

sciētia est modi relatiuorū quæ referūtur ad inuicē propter hoc qđ cōueniūt in eodē: sicut æquale & simile. Aequalia em̄ sunt relatiua: quia cōueniunt in eodē, & quia existimatur qđ sciētia est huiusmodi quia est idē in quo cōueniūt sciens & scitum: cōtinget vt medicus sit ex hoc modi relatiuorū. Et intēdebat per hoc declarare causam propter quā accidit qđ aliquod genus sit relatiuū & species suas non sit relatiua, & causa in hoc est qđ nō est genus in rei veritate. Sciētia em̄ nō est genus medicinæ in rei veritate nisi sciētia diceretur secundū relationē ad sciētem, & medicina ad medicū. Tunc enim sciētia esset genus medicinæ, & sciens genus medici. D.d. & relatiuorū est qđ dicitur modo accidentali &c. id est, ꝙ quādo homini accidit vt sit duplū ad aliquid: accidit ei vt sit relatiuū sicut accidit ei vt sit album. Homo enim secundum quod homo non est duplum neq; album.

Documentum.

CAPVT. XV.

PERFECTVM vero dicitur vnū quidē: cui⁹ nō est extra aliquid accipere: nullā particulā: vt tēpus perfectū vniuscuiusq; hoc extra quod nō accipere tēpus aliquod ꝙ sit huius tēporis pars. Et quod secundū virtutē, & quod eius ꝙ bene: nō habēs excedentiā ad genus: vt perfectus medicus: perfectus fistulator: quādo secūdū speciē proprię virtutis in nullo deficiūt. Sic aūt trāsferētes & ad mala dicim⁹ calūniatorē perfectū, & latronē perfectū. Qm̄ & bonos dicimus ipsos: vt latronē bonū, & calūniatorē bonū, & virt⁹ quædā pfectio. Vnūquodq; em̄ tūc perfectū, & substātia oīs tūc pfecta: qñ secūdū speciē ppriæ virtutis nulla defecerit pars ei⁹ quę scđm naturā magnitudinis. Amplius quib⁹ inest finis studiosus hæc dicunē pfecta scđm habere em̄ finē pfecta. Quare qm̄ finis vltimorū aliqd est, & ad praua trāsferētes dicim⁹ pfecte pditū esse, & pfecte corruptū esse: qn̄ nihil deest corruptiōis & mali: sed in vltimo est. Quapropter & mors secūdū metaphorā dicit̄ finis: quia ambo vltima. Finis aūt & cuius causa fit vltimū. Scđm dicta quidē sit pfecta totiēs dicunt̄. Alia qdā qa scđm bñ ĩ nullo deficiūt nec hyperbolē habēt: nec aliqd extra accipit̄. Alia oīno secūdū ꝙ oīno nō habēt hyperbolē in vnoquoq; genere: nec aliqd est extra. Alia vero iā secūdū ipsa: aut in faciēdo aliquid tale: aut in habēdo aut cōgerendo tali: aut in aliqualiter dici ad primo dicta perfecta.

Z Vnū quod, ꝙ tūc pfectū qñ secundū speciē pprię virtutis nulla defecerit pars ei⁹ quę secūdū naturā magnitudinis.

Perfectū dicit̄ vno modo illud ꝙ impossibile est habere aliquā partē oīno extra illud: sicut tps. Tēpus em̄ perfectū cuilibet rei est illud ꝙ impossibile est vt extra illud sit aliqđ tps ꝙ sit pars isti⁹ tpis. Et similiter ꝙ habet studiositatē. Et ꝙ dicitur modo bonitatis; quādo nullā habet dignitatē super genus

sicut

ficut dicit̃ medicus perfect⁹:& mufic⁹ pfect⁹:cũ nõ habuerint diminutionẽ in modo ftudiofitatis ,ppriæ.Et fecundũ hũc modũ dicit̃ in oĩb⁹ fedis fecundũ trãfumptionẽ fermonis.Dicim⁹ eñ mẽdacẽ pfectũ:& latronẽ pfectũ:quia notam⁹ eos noĩe bonitatis.Et etiã ficut dicim⁹ ꝙ ifte eft bon⁹ latro:& bonus mendax.Vnũquodq; igit̃ oĩm rerũ perfectarũ & oẽs fubftãtiæ dicunt̃ pfecta qñ nõ diminuit̃ in modo ftudiofitatis fuæ aliqua pars oĩno.Et etiã dicunt̃ pfecta illa quæ habẽt pfectionẽ nobilem:funt enim perfecta per fuam perfectionẽ.Perfectio igitur eft finis aliquis per fuã tranfumptionem à rebus malis.Et dicitur quod aliquis corrumpitur perfecta corruptione:& deftruitur perfecta deftructione:quando de corruptiõe nihil diminuitur fed eft valde malũ:& ideo corruptio modo tranfumptionis dicitur perfectio:quia vtraque eft finis. Perfectio igitur & illud propter quid fit aliquid funt fines:& quæ dicunt̃ perfecta per fe fecundũ hos modos dicunt̃ quædã: qa nõ diminuit̃ ab eis de bonitate:neq; in eis eft magis etiã.& nihil inuenitur extra illa:& quædã modo vniuerfali:ita ꝙ nõ eft in eis nobilitas in vnoquoq; generũ:& nihil eft extra illa.Aliĵ aũt modi fecundũ hunc modũ:aut quia agũt aliquid tale:aut quia habẽt: aut quia æquabuntur:aut quia dicuntur alia proportione: quæ attribuitur ad illa:quæ dicuntur perfecta primo modo.

Id eft perfectum dicitur multis modis quorum vnus eft.illa quorum nulla pars fua diminuitur fed eft totum:totum enim eft illud cuius nulla pars inuenitur extra:& quod nõ eft totum eft illud cuius aliqua pars eft extra illud. Deinde dedit exemplum de rebus quæ dicuntur perfecte hoc modo:& dixit ficut tempus &c.id eft ficut tempora permanẽtie entium naturalium quæ dicuntur mẽfuræ effentiæ vitæ. tempus eñ. vitæ perfectum in vnoquoq; ente eft illud extra quod non inuenitur tẽpus quod fit pars illius temporis:& fecundum hunc modum dicitur homo perfectus quando nullum membrum eft extra illum, id eft quando non habuerit aliquod membrum diminutum.& fecundũ hunc modum dicitur corpus effe perfectũ:quia nulla dimenfio inuenitur extra illud, fcilicet dimenfio quanta:& vniuerfaliter dimenfio illa eft perfectio fecundũ quãtitatẽ. D.induxit perfectionẽ etiã fecundũ qualitatẽ:& dixit & fimiliter illud quod habet ftudiofitatẽ &c.i.& dicitur etiã perfectum fecundũ qualitatẽ quãdo nihil diminuit̃ ab eo in modo ftudiofitatis fuæ:& qñ nihil inuenit̃ digni⁹ eo in fuo gñe. Medic⁹ eñ pfectus eft ille a quo nihil diminuitur ex eis quæ pertinẽt ad actionẽ medicinæ. & quo nullus medicus eft pfectior. D.d.& fecundũ hũc modũ dicimus in reb⁹ turpib⁹.i.& hoc modo fonat hoc nomẽ perfectũ in reb⁹ prauis fecundũ tranfumptionem : ficut dicimus:ifte eft mendax perfectus cum fuerit in fummo mendaciĵ:& ifte latro perfectus cum fuerit in fummo latrociniĵ. 21

Primus modus.

Prĩo ce.4.

Secundus.

latrocinij. D.d. quia vocamus eos &c.i. & hoc nomen perfectio trāsumptum est ad istos: quia hoc nomē bonitas transfertur ad eos: ergo magis transumitur ad eos hoc nomen perfectio. Et cum induxit haec duo genera perfectionis: dixit: vnūquodque igitur rerū perfectarum &c.i. omne igitur quod perfectū dicitur in substātia: dicitur perfectū quādo nihil diminuitur in sua studiositate propria & in suis partibus naturalibus: perfectio enim substātiæ prouenit ex perfectiōe in magnitudine & in qualitate. D. induxit alium modum perfectionis: &.d. & etiā dicūtur perfecta &c.i. & dicit omne perfectū habens finē studiosum. illa eñ dicūtur perfecta quæ habēt finē perfectū. D.d. perfectio igitur est aliquis finis &c.i. & quia perfectio est finis: & finis est perfectus: ideo vtit trāsumptione in rebus quæ sunt valde praue: & sic dicit. iste destruitur destructione perfecta quādo venerit ad finē destructionis. D.d. & ideo dicitur corruptio &c. id est & hoc modo dicitur corruptio quæ est cōtraria generationi perfecta transumptione: quia vtraque est finis. D.d. perfectio igitur est illud propter quod &c. id est perfectio igitur alicui⁹ & illud propter quod aliquid fit verumque est finis. & ideo dicitur de eis hoc nomen perfectio. D.d. & quæ dicuntur perfecta per se &c. id est illa igit quæ dicunt perfecta per se sunt a quibus nihil diminuit in bonitate: & quibus nihil est nobilius in illo genere: sed sunt in summo nobilitatis per se. Et dixit hoc: qa ista sunt perfecta in qualitate & quātitate primo & essentialiter. Deinde dixit, & quædam modo vniuersali &c. id est diffinitio eorum vniuersaliter est talis. perfecta sunt illa quorum nihil inuenitur in eis per quod dicuntur imperfecta in eis aut extrinsecum: & ita est dispositio primi principij, scilicet dei. Et forte intelligit per quod dixit & quibus nihil est extra: & a quibus nihil diminuitur ex eis quæ sunt. Et potest intelligi per hoc quod dixit ita qp in eis nō est nobilitas in vnoquoque generum, id est quando de eis nō diminuitur nobilitas ex eo quod inuenit in vnoquoque generū. Deinde dixit. alij enim modi &c. id est alij autem de quibus hoc nomē perfectio dicitur dicūtur perfecta: aut quæ agunt illa quæ sunt perfecta per se: aut quia in eis est aliquid istorum perfectorum: aut quia assimilātur in eis: aut quia attribuuntur eis aliquo modo attributionis.

Perfectio substātiæ prouenit ex pfectiōe in magnitudīe & ī qualitate.

Secūdo phi. 23.

Dispositio pmi principij est simpliciter perfecta. Idē 3. de aīa. in. 5. c. in solone. 3.q.&.c.14. &. 12. met. 37.

CAPVT. XVI.

A Erminus dicit quod est cuiusque vltimū: & cuius extra nihil est accipere primi: & cuius infra omnia primi: & quodcūque fuerit species magnitudinis aut habentis magnitudinē: & finis cuiusque. Tale verō ad qd mot⁹ & actus & nō a quo: & quādoque ambo: & a quo: & in quod: & cuius causa: & substātia cuiuslibet: & qd quid erat esse cuique. cognitiōis eñ hic terminus: si aūt cognitiōis & rei quare palā: quia quoties principiū dicitur: toties & numerus: & adhuc amplius. Principiū eñ terminus est quidā sed terminus nō oīs principiū. Dicit finis illud quod vltimū vniuscuiusque rerū: & illud a quo nihil extra inuenit vt sit primum:

mum:& quod eſt primũ:& oẽs partes eius ſunt intra. Et illud quod eſt forma magnitudinis: aut habens magnitudinem: & etiam perfectio cuiuslibet rei:& ſicut illud ad quod eſt mot⁹: & nõ illud ex quo eſt motus & forte vtrũque: & illud ex quo: & illud ad quod:& illud etiã propter quid: & ſubſtãtia vniuſcuiuſque rerũ:& etiã quod ſignificat eſſentiam cuiuslibet: hæc enim eſt finis cognitionis & quod eſt cognitiõis eſt rei etiam. Declaratum eſt igitur quod ſecundũ numerũ modorũ principiĳ dicitur etiã finis: & magis etiã. Principiũ enim eſt aliquis finis:& hoc in vtroque non dicitur ſemper omnibus modis.

Id eſt finis aũt dicitur multis modis. dicit̃ eñ finis de vltimo magnitudinis. V.g. ꝙ ſuperficies ſunt vltima corporis:& lineæ ſunt vltima ſuperficierũ:& puncta ſunt finis linearũ. B D.d.& a quo nihil extra inuenitur. 22 i.& dicitur primũ de illo extra quod nihil eſt ita quod ſit primũ Primo ce. rei collatæ in eo:ſicut dicimus quod orbis:& oẽs partes eius ſunt intra 18. ipſum:& quod orbis ſtellatus eſt finis corporũ quæ ſunt intra: quoniã extra ipſum nihil eſt:& ſimiliter cutis animalis cum partibus animalis.

D.d.& quod forma &c.i.& dicit̃ quod forma eſt finis ei⁹ ꝙ eſt finis 2.de aĩa.37. cõpoſiti ex ſubiecto & forma:ſicut dixim⁹ ꝙ forma hoĩs eſt finis ſuæ &.38.4.ph. materiæ|: & finis hoĩs q cõponit̃ ex materia & forma. 14. D.d.& cõplementum cuiuslibet rei &c.id eſt & finis etiã dicitur de illo ad quod cũ C generata peruenerint ceſſat motus generationis:non illud a quo incępit iſte motus. D.d.& forte vtrũq; &c.id eſt & forte hoc nomẽ finis dicitur de fine & principio motus. Diffinitio ẽ D.d.& etiã illud ꝓpter qđ &c.& dicuntur finis & cauſa propter quid:complementũ eñ eſt finis illius quæ finis in coeſt ante complementum: & dicitur finis etiam de quiditate ſubſtãtia rei: gnitione vi & de ſermone qui ſignificat ſubſtantiam vniuſcuiuſque rei. de oppoſitũ Diffinitio enim eſt finis in cognitione:& eſt finis in eſſe:& hoc intendebat cũ di- pri.de aĩa.t. xit:& quod eſt cognitionis eſt etiam rei. c.11.vbi di- D.d.declaratum eſt igit̃ &c.id eſt declaratũ eſt igitur quod ſecundũ numerũ intentionũ de quibus di- cit̃ quod eſt citur principiũ dicitur etiã hoc nomẽ finis. principiũ. Principiũ eñ eſt aliquis finis: & cũ hoc dicitur modo vniuerſaliori eo quod dicitur principiũ. D.d.& hoc in vtroq; &c.& intẽdit vt mihi videt̃ ꝙ vtrũq; iſtorũ noĩm nõ ſignificat cõiter oẽs intentiões de qb⁹ dicit̃: ſed ſecundũ mutationẽ.

CAPVT. XVII.



SEcũdũ qđ dicit̃ multipliciter: vno qdẽ modo ſpecies & ſubſtãtia cuiuſq; rei:vt ſecũdũ ꝙ bonũ ꝑ ſe D bonũ. Alio verò in quo primũ & aptũ natũ eſt fieri:vt color in ſupficie. Primo qdẽ ergo dictũ ſecundũ ꝙ ſpecies eſt. Secũdo aũt vt materia cuiuſq; & ſubiectũ vnicuiq; primũ. Oĩno verò ipm ſcđm ꝙ pariter & cauſa exiſtit. Nã ſcđm ꝙ venit aut cui⁹ cã venit dr̃:& ſcđm ꝙ paralogizatũ ẽ aut ſyllogizatũ eſt: aut cui⁹ cã ſollogiſmi ſunt: aut paralogiſmi. Ampli⁹ aũt ſecũdũ ꝙ quidẽ ſecundũ poſitionem

nem dicitur:vt secundū qđ stetit:aut secundū ꝙ vadit:hæc nāqꝫ omnia positionem significant & locum. Quare & secundū se multipliciter dici est necesse:vno quidem enim modo secundū se quod quid erat esse vnicuiqꝫ:vt Callias & qđ quid erat esse Calliam. Alio vero quæcunqꝫ in eo quod quid est existunt: vt animal Callias secundū se:nam in ratione inest animal:animal enim quoddam Callias. Amplius autem si in ipso ostensum est primo:aut in ipsius aliquo vt superficies secundū se alba:& viuens secundū se homo. Anima nāqꝫ pars quædam est hominis in qua primo est ipsum viuere. Amplius cuius non aliqua alia causa est:hominis enim multæ sunt causæ animal bipes. Attamen secundum se homo homo est. Amplius quæcunqꝫ insunt soli & inquantum solum quia separatum secundum se.

Homo secū dū se est homo. Quod est per se dicitur multis modis:vno modo dicitur forma & substantia cuiuslibet rei:sicut dicitur per se bonum illud quod est bonum. Et alio modo illud in quo est aliquid primo naturaliter vt color in superficie. Illud igitur quod primo dicitur per se est illud quod dicitur per formam. Et dicitur secūdo modo materia & subiectum cuiuslibet. Et vniuersaliter quod est per se:& causa:æqualia sunt in essentia. Dicitur enim ad quā essentiam facit hoc:& dicitur quare fecit hoc:& hoc etiam dicitur ad quam essentiam non concludit veram conclusionem: & dicitur quæ est causa veræ conclusionis:aut non veræ. Et etiā dicitur per se illud quod est scitum per se:sicut stans:aut ambulans. Omnia enim ista significant locum:aut situm. Manifestū est igitur quod illud quod est per se dicitur multis modis primo enim dicitur per se illud quod significat quiditatem cuiuslibet rei: sicut dicitur quod chilus est per se. In sua diffinitione enim est viuus:& chilum est aliquod viuum. Et etiam alio modo est cum in aliquo apparuerit primo sicut superficies quæ est alba per se:& homo est viuus per se:quia anima est aliqua pars hominis:& in ea est vita prima. & etiam illud quæstio nō habet aliā causam. Causæ enī hoīs sunt multæ:& viuus & bipes. Sed causa ei9 p se scđm ꝙ est homo est homo:& etiā quæ sunt eiusdē.s.humanitas. Est enim humanitas sicut generans per se.

23 Primus modus. Idest ꝙ vnus modorū secundū quos dicitur aliquid esse per se est forma & substātia. Dicimus enim quod aliquid existit per se. V.g. dicim9 enim quod aliquid est bonum per se cū fuerit bonum per suam formam & per suā substātiam. D.d. & alio modo &c. idest & dicitur alio modo qđ aliquid existit in aliquo per se cum fuerit in eo sine medio. V.g. cū diximus colorē existere in superficie per se:& in corpore nō per se.

In

In superficie em̃ existit primo per se, & secundo in corpore. D.d.illud igitur qđ dicitˀ per se &c.i.illud igitˀ qđ dicitˀ per se dicitˀ duobꝰ modis quorũ vnus est, & primus illud qđ dicitˀ secũdũ suã formã, & alius secũdũ suã materiã, id est, primũ subiectũ formæ cuiuslibet rei, sicut dicimus ꝙ scãnum est lignum per se, & idolum est per se ęs, & homo est viuus per se, & vniuersaliter omne compositum est per se per suam materiam & formam, & omne quod est in aliquo per se, aut est per se, aut per materiam eius, aut per formam, aut per vtrumq;. D.d.vt vniuersaliter illud quod est per se &c.id est, ꝙ causæ sunt per se, & quæ sunt in re per se sunt causæ, significãt igitur eandem naturam. V.g. quia dicitˀ ad cuius essentiã fecit Policletus hoc sicut dicimus ad cuius causam fecit hoc. In vtroq; em̃ loco quæritˀ causa, & iste modus visus est in arabico malus. D.d.aliud exẽplũ & dixit. & hoc etiã dicitˀ &c.id est, & exemplũ in vtendo essentia loco causæ, & causa loco essentię est cũ quæritur quare iste syllˀs nõ cõcludit verã cõclusionẽ, aut ad cuius essentiã cõcludit verã cõclusionẽ, hoc em̃ idem est cũ hoc quod quæritur qua de causa iste syllˀus nõ cõcludit veram conclusionem, aut concludit verã cõclusionem. D.d.& etiã dicuntur per se &c.i.& dicitur per se omne quod est in prædicamẽto situs. V.g. ambulãs & stans dicũtur em̃ habere sitũ per se in loco. D.d.manifestũ est igitur ꝙ illud qđ per se est dicitur multis modis. vno em̃ modo dicitˀ per se quod significat quiditatẽ cuiuslibet rei, sicut dicimus ꝙ Callias est per se viuus. & vniuersaliter illud quod est per se dicitur multis modis quorũ vnus est illud quod primo diximus, & est acceptus in sua substantia. s. aut genꝰ, aut differentia, aut diffinitio quæ fit ex ambobus, sicut dicimus ꝙ ferimo est vnus per se, quia vnum accipitur in sua diffinitione, & demonstrat suam quiditatem. D.d.& etiam alio modo &c.id est, & dicitur per se etiam de prædicabilibus de subiecto propter naturã subiecti sine aliquo mediante sicut dicimus ꝙ superficies est alba per se, id est, primo & sine medio. Corpus em̃ non est album nisi per superficiẽ, & hoc est quod dixit & homo quia anima &c. est exemplum huius quod dixit, quoniam in aliquo apparuerit sicut hoc quod dixit. Et hoc quod dixit. Sicut superficies quæ est alba est exemplum huius quod dixit aut est in aliquo &c.id est, ꝙ res habent causas quæ dicuntur existere in illis rebus per se, licet attribuantur eis propter alias causas, sicut dicimus ꝙ homo est viuus per se, quia est viuus propter animã, & est animatum per se nõ propter alium. Et similiter omne quod existit in aliquo per se, aut existit in eo tanꝗ accidẽs, aut tanꝗ substãtia, & vtrũq; istorũ, aut per mediũ, aut sine medio, substãtia cum medio aut per medium est homo viuus, & accidẽs per medium, vt corpus coloratum, & substantia sine medio rationale, & accidẽs sine medio superficies colorati. D.d.& etiam illud quod non habet aliam causam &c. i. & etiã dicitur aliquid existere per se illud quod nõ a habet causam ꝓpter quã existat nisi per se si aliquid est tale. Homo enim & similia non existũt nisi per suas causas quia habẽt multas causas. Deinde.d.sed causa eius per se &c.i.& quãuis existat homo per plures causas, tñ causa eiꝰ qua existit per se est humanitas. Deinde.d.& etiam quæ sunt &c. & vlr oẽ qđ existit in aliquo secũdũ ꝙ est, & illud in q̃ existit sunt vnũ essential

Secundus Idem. 4. phy. 24.
Dña primi a secundo.
Oĩs cã ꝑ se, vlr oẽ cõpositũ ꝑ se est per suã materiã & per suã formã.
Primo cæ. 91.&.100.
Situs per se quia quæ in situ ꝑ se sũt.
Distinctio modorum per se.
Septimo me. 21. et. 43
De prædicabilibꝰ in hærentibus.
Oẽ qđ existit in aliq̃ ꝑ se aut existit in eo tãquã substantia aut tãquam accidens, & vtrũq; istorũ aut inest cum medio aut sine medio.
a De illo qđ non habet causam.

essentialiter non accidentaliter, sicut color in superficie. Dicitur enim existere per se sicut dicimus quod superficies est colorata. Dicere autem quod homo est coloratus non dicitur ita quod sit ei per se. CAPVT XVIII.

E



Isposítio dicitur habentis partes ordo, aut secundũ locum, aut secundum speciem, aut secundum potẽtiam. Positionem enim oportet quãdam esse, sicut & ipsum hoc nomen dispositio ostendit.

Situs autẽ dicitur in habẽte partes secũdũ ordinẽ partiũ, aut secũdũ locũ, aut secũdũ potẽtiã, aut secũdũ formam. Debet enim habere situm aliquem sicut sonat hoc nomen situatum.

Quõ situs vt est prædicamentũ distinguitur a situ vt ẽ differẽtia quãti.

24 Dixit, situs invenitur in omni habẽte partes, aut per ordinẽ partium in loco, & iste est situs qui est prædicamentum. Aut per ordinationẽ partium rei adinuicẽ, & iste situs est vna differẽtiarũ quãti secũdũ quod dictũ est in prædicamẽtis quod quantũ aliud habet positionẽ aliud nõ habet positionem, & quod partes rei distinguuntur abinuicẽ. Aut secũdũ formam & hoc est in rebus compositis. Aut ex partib[9] diuersis secũdũ formã, aut in magnitudine sicut in magnitudine partiũ lineæ & corporis, & vl'r corporũ consimiliũ partiũ, & iste partes nõ sunt distinctæ in hac dispositione nisi potẽtia, actu autẽ nõ. Et ideo dixit, aut secũdũ potẽtiã, aut secũdũ formã, & hoc intendebat dum dixit quod situs dicitur in habẽte partes secũdũ ordinẽ partiũ, aut in loco, aut adinuicẽ, & hoc est quando distinguuntur partes, aut potẽtia, aut secundum formam.

CAPVT XIX.

F



ABITVS vero vno modo dicitur quidem tanquam actio quædam habentis & habiti, vt quidã actus aut motus. Nam quando hoc quidem facit illud vero fit est factio intermedia, sic & habentis vestem, & habitæ vestis est intermedius habitus. Hunc quidem igitur manifestum quod nõ contingit habere habitum. In infinitum enim vadet si habiti fuerit habere habitum. Alio vero modo habitus dispositio dicitur secundum quam bene vel male disponitur dispositum &, aut secũdũ se, aut ad aliud, vt sanitas habitus quidam, dispositio nanque talis. Amplius habitus quidam dicitur si est pars dispositionis talis, quapropter & partium virtus habitus quidam est. Dispositio dicitur vno modo quasi aliqua dictio ei[9] cuius est, sicut aliqua ars aut motus. Cum enim aliquid agit & aliud patitur, passio inter ea, & similiter inter vestiens & vestitum est dispositio. Manifestum est enim quod impossibile est quod ista dispositio sit alterius. Et dicitur dispositio alio modo secundum positionẽ. & est secũdum quam positio rei, aut est bona, aut est mala, aut per se, aut in respectu alicuius vt sanitas. est enim aliqua dispo

sitio

sitio quiatalis secundum vnam dispositionem. & dicitur etiā dispositio cum fuerit pars alicuius quod dicitur secundum positionē tali modo. & ideo bonitas partiū est aliqua dispositio.

Dispositio dicitur multis modis, dicitur enim de actione agentis alicuius in aliquo patiente sicut aliqua ars aut aliquis motus. Verbi gratia quod cum aliquid egerit in aliquid aliquam actionem, & illud aliquid patiatur ab eo illud quod fit inter ea dispositio dicitur, sed in respectu agentis dicitur actio, & in respectu passionis dicitur passio. Deinde dedit exemplum & dixit. & similiter inter vestiens &c. id est, & dicitur hoc etiam in dispositione quæ fit inter vestiens & vestitum quæ dicitur vestio. Deinde dicit & dicitur dispositio alio modo &c. id est, & dicitur dispositio alio modo de illo quod fit ex compositione, & est dispositio ex qua compositio rei est, aut bona, aut mala sicut sanitas quæ est dispositio istarum dispositionum. Est enim dispositio facta ex compositione membrorum & humorum. Deinde dicit, aut per se &c. id est, & dixit hoc quia dispositiones quæ sunt ex compositione partium rei sunt bonæ aut malæ in se, aut respectu alterius dispositionis, vt sanitas Sor. in respectu sanitatis Platonis. Et vocauit cōpositionem positionem, quia compositio est in positione partium adinuicem. a Deinde dicit & dicitur etiam dispositio &c. id est, & dicitur dispositio de dispositione qua positio totius aut partis est bona aut mala. & ideo bonitas partium in composito est aliqua dispositio. & intendit quod dispositio bona aut mala, aut erit ex positione omniū partium adinuicem aut in vna parte respectu totius.

25 Primus modus. j. gene. 55. Secundus. Sanitas est dispō facta ex cōpōne mēbrorum & humorū. Idem. 7. phy. 17. Compositio est impositione partiū adinuicē Vide oppositū. j. de ge. t.c. 85. a Tertius.

CAPVT XX.

Passio vno quidem modo dicitur qualitas secundū quam alterari contingit, vt album & nigrum, dulce & amarum, & grauitas & leuitas, & quæcunque alia talia. Alio vero modo horum actiōes & alterationes iam. Amplius horum magis nociuæ alterationes & motus, & maxime tristes nociuæ. Amplius magnitudines calamitatum & tristium passiones dicuntur. Passio dicitur vno modo qualitas qua possibile est transmutari albū & nigrum, & dulce & amarum, & graue & leue, & alia &c. Et alio modo transmutationes & actiones istorum. Et etiam dicitur magis specierum nocentes transmutationes & motus. Et maxime nociui, & maxime contristantes. Occasiones autem maxime delectabilia & contristabilia dicuntur passiones.

Passio dicitur vno modo de potentia qua aliquid transmutatur de contrario in contrarium, vt de albedine in nigredinem, & de amaritudine in dulcedinem. Potentia enim qua aliqua transmutantur adinuicem dicitur potentia passiua, & ista est materia passiui, sicut cum aliquid transmutatur ad nigredinem de albedine, & de

28 Primus modus. 9. met.

16.Secūdus modus. dulcedinein amaritudinem, & de grauitate in leuitatem. D.d.& alio modo &c.id est,& etiam dicuntur passiua ipsa accidentia quæ recipit Tertius. prima materia, scilicet caliditas & frigiditas. D.d. & etiam dicit magis &c.id est, & magis dicit hoc nomen passio in istis modis in eis quæ sunt nocitiua & contristantia animalium. aut delectabilia, scilicet tangibilis. & ideo dixit. occasiones enim maxime &c.id est, & ideo dicitur illud quod accidit ex occasionibus maximis contristabilibus, & illud quod accidit delectabilibus maximis in maiori parte passionis.

CAPVT XXI.




PRiuatio dicitur vno quidem modo si non habet aliquid natorum haberi, & si non sit id natum sic habere vt oculis priuari dicitur planta. Alio vero si aptum habere aut ipsum aut genus & nō habet vt aliter hoc cæcus visu priuari dicitur & talpa. hoc quidē secundum genus, illud vero secundum se. Amplius si aptū natum, & quando aptum natum habere, & non habet. Cæcitas enim priuatio quædam est, sed cæcus non est secundum omnem ætatem, sed in quo natum est habere, si non habet. similiter autem & in quo & secundum quod, & ad quod, & vt si non habet aptum natum. Amplius cuiusque per vim ablatio priuatio dicitur, & quotiens ab eo quod à priuatiua particula negationes dicuntur totiens & priuationes dicuntur. Nā inequale non habere æqualitatem aptum natum dicitur. Inuisibile vero & eo quod non habeant omnino colorem, et quod turpiter, & sine pede, & eo quod non habeat omnino pedes & eo quod turpes. Amplius & eo quod parum habeat vt non igneum, hoc autem est praue aliquo modo habere.

Amplius quod nō facile aut nō bene, vt insecabile non solū quia non secatur, sed quia nō facile, aut quia non bene. Amplius omnino non habere. Cæcus enim non dicitur monoculus, sed qui in ambobus non habet visum. Propter quod non omnis homo bonus, aut malus, aut iustus, aut iniustus, sed & medium. Priuatio dicitur vno modo cum aliquid non habuerit illud in cuius natura est esse in aliquo, licet ipsum non habeat illam naturam. Verbi gratia, quoniam dicitur plantæ carent sensu, & alio modo cum non habuerit illud quod debet habere per suā naturā: vt homo cęcus. Modus enim carendi visu in homine alius est à modo carendi visu in talpa, hæc enim est priuatio secūdū genus, hoc autem per se. Et etiā cum fuerit in sua natura, & in tēpore in quo debet habere, aut nō habere. Cęcitas em̄ est aliqua priuatio, cęc⁹ enim non est in omni sed

in tempore in quo debet habere visum:& similiter si fuerit ꝑ se aut refertur ad aliquid. Et etiam abstracto quæ fit violēte in vnaquaqꝫ rerū dicitur priuatio. Secūdū igitur numerū modorū qui fuerit per negationē erit numerus modorū priuationis etiam. Dicitur enim nō æquale illud in cuius natura nō est. & dicit̄ nō visibile qđ nō habet colorē oīno. & dicit̄ nō habēs pedē:qa nō habet pedē oīno:& qa est claudū:& etiā qa parū ambulat. Sicut dicit̄ nō habere potētiā illud qđ est debile & etiā illud ꝙ nō facile:aut illud ꝙ nō est aptabile:vt nō abscindile. Nō eñ dicitur illud quod oīno non abscinditur:sed illud quod non facile abscinditur:aut illud quod non bene abscinditur: & etiā illud non habet omnino. Non enim dicitur cæcus qui habet vnum oculum:sed illud quod non habet visum in vtroque oculo. Et ideo non omne bonum aut malum:aut iustum aut iniustum:sed inter hæc.

IDest priuatio dicitur multis modis. dicitur enim quādo aliquid caruerit aliquo in cuius natura est vt sit in alio non in illo neqꝫ in suo genere:sicut dicitur quod plantæ carent aliquo quod animalia habent naturam habendi scilicet sensu. Deinde dicit. & alio modo &c. idest & videt̄ aliquid carere hoc quando caret aliquo quod innatum est inueniri in sua specie: sicut cęcitas in homine: & hoc est illud quod innatum est inueniri in aliquo per se:aut quod innatum est inueniri in suo genere: sicut cęcitas talpæ. Etenim priuatio alicuius quod innatum est inueniri in animali quod est genus talpæ. Et quia aliquid caret illo quod naturaliter debet habere est duobus modis scilicet aut in tēpore in quo natū est habere:aut in tp̄e in quo nō natū est habere: incæpit distinguere hoc:& d. & etiam cum hoc fuerit &c. i. & aliquid carere in illo quod naturaliter debet habere:aut est in tempore in quo debet:aut in tempore in quo non debet. Verbi gratia. quia cęcitas est priuatio visus in illo quod naturaliter habet visum:sed non dicitur cęcum nisi in tempore in quo debet habere visum. Verbi gratia. quod catulus non dicitur cęcus quando nascitur: licet non videat: tunc catulus autem carens visu post hoc tempus dicetur cęcus. Deinde d. & similiter &c. idest & hoc contingit in eo quod caret aliquo quod innatum est inueniri in specie eius aut in genere eius quod non habet naturam vt inueniatur in illo secundum quod illud quod innatum est inueniri in genere alicuius:aut est innatum inueniri in aliquo tēpore: aut in quolibet tempore. Verbi gratia. quod talpa caret illo quod innatum est inueniri in canibus in aliquo tempore:& in homine in qualibet ætate. Deinde d. & etiam abstractio &c. idest & etiam dicitur priuatio omne quod caret aliquo nō tātū naturaliter sed violenter. V. g. quando lapis violenter non mouetur ad inferius. D. d. & secundū numerum modorū &c. i. & numerus modorū priuationis inuenitur secūdū numerū modorū intētio nō quæ significantur per nomina priuatiua infinita. D. d. dicit̄ eñ nō æq̄le &c. i. & dicit̄ eñ nō tale illud ꝙ caret aliquo qđ. 27

Carere aliq̄ apto haberi est duobus modis.



nõ habet naturaliter. V.g. dicere ꝙ color est nõ æqualis qȝ nõ habet naturã habẽdi æquale aut priuationẽ æqualis aut dicere nõ visibile in eo qđ nõ habet colorẽ. Quod enim caret colore nõ est natũ videri: quẽadmodũ qđ caret quãtitate non est natũ esse æquale aut inæquale. D.d. & dicitur non habens pedem &c.i. & priuatio eius qđ debet naturaliter haberi inuenitur tribus modis: aut priuatio pura: sicut in eo qđ non habet pedẽ oino: & alius sicut in eo qui habet pedem tortuosum ita qđ male ambulat tertius sicut dicitur in eo qđ habet pedem debilem. D.d. & etiã illud qđ nõ est facile &c.i. sicut scimus nõ abscindibile. non enim dicitur illud ꝙ nõ est impossibile abscindi tantũ: sed etiã illud ꝙ difficile abscinditur: aut illud qđ male abscindit. D.d. & etiã illud ꝙ nõ habet omnino &c.i. & etiam priuatio nõ dicitur nisi de illo quod caret aliquo scđm totũ nõ secũdum partẽ. nõ enim dicitur cecus ille qui habet vnũ oculum. D.d. & ideo nõ dicitur &c.i. & ideo priuatio & habitus nõ diuidunt verũ & falsum in omnibus rebus: falsant eñ insimul in medijs. V.g. quoniam nõ omnis homo est aut malus aut bonus. homo enim nõ ciuilis neqȝ dicitur bonus neqȝ malus: & similiter iustus aut iniustus. Et quasi intẽdebat declarare causam in hoc qđ priuatio & habitus diuidũt verũ & falsum in subiecto proprio. V.g. quod iustitia & iniustitia diuidunt verum vel falsum in homine ciuili.

2. de anima 66.

H Priuatio formæ aptę haberi ẽ tribus modis. Idem. 2. de anima. 103. 110. & 3. phy. 34.

Priuatio & habitus nõ diuidũt verũ & falsum in omnibus rebus.

a Idẽ. 10. me. cõ. 16.

I b Priuatio & habitꝰ diuidũt verũ & falsum in subiecto proprio. Vide 3. phy. 24. Et. 4. phy. 209. Et primo. cc. 129. Et. 10. meta. 16.

CAPVT. XXII.



Habere multipliciter dicitur: vno quidẽ modo ducere secũdum suã naturã: aut secundũ suum impetũ: propter quod febris dicitur habere hominem & tyranni ciuitates: & vestimẽtũ induti. Alio in quo vtiqȝ aliquid extiterit: vt in susceptibili: vt ęs habet speciem statuæ: & infirmitatem corpus. Alio vt continens contentũ: nã in quo est contentum haberi ab hoc dicitur: vt lagenã habere humidum dicimus: & ciuitatem homines: & nauem nautas. Sic autem & totũ habet partes. Amplius & prohibens secũdum suum impetum aliquid moueri aut operari habere dicit hoc ipsum: vt columnæ ponderosa supposita: vt poëtæ faciunt. Athlantem cælum habere tanquã casurum super terrã: quemadmodum physiologorum quidam dicunt. Hoc autem modo continens dicitur quæ continet habere quasi separata vtiqȝ secũdum impetũ singula. Et in aliquo autem esse simili modo dicitur vt consequenter ipsi habere.

Quia in hoc tractatu intendit perscrutari inter species entis de ente quod est per accidens cũ ens a primo in hæc duo diuidat. s. in ens quod est per se: & ens qd' est per accidens: incæpit rememoratione facere de illo quod declaratũ est in tractatu tertio. s. q ista sciẽtia b habet cõsiderare de omnibus speciebus entiũ secundũ q sunt entia. & dat super hoc testimonia. Et. d. manifestũ est q principia &c. i. manifestũ est q iam declaratur sciẽtiã esse perscrutantẽ de ente secũdũ q est ens: & de principijs entiũ: & causis eorũ: & de ente nõ secundũ q ens est tale. Cũ enim sint entia diuersis modis: manifestũ est q cõsideratio de eis est duobus modis: aut cõsideratio de vnoquoq illorũ secundũ proprios modos habitos: aut consideratio de eis secundũ illud in quo conueniũt inquantũ sunt entia. Et cum posuit q necesse est vt ens simpliciter habeat causas simplices: incæpit declarare hoc. Et. d. aliqua enim causa &c. id est & per inductionẽ sciẽtiarum & per hoc quod credimus q scire aliquid cõstat ex sciẽtia causarum: apparet q omnis scientia & omnis ars habeat causas de quib' perscrutetur: sed hæc est scientia perscrutans de ente simplici: ergo habet perscrutari de causis eius simplicibus. c Et intendit per res exercitabiles scientias mathematicas: & per scientiam d cogitatiuã scientiam speculatiuam & per perscrutationem simplicem illam quæ nõ est valde certa. Scientiæ e enim diuersantur in hoc secundũ diuersitatem naturæ subiectæ. Et potest intelligi q quædã sciẽtiæ perscrutantur de causis respectu alicuius: & quædã de causis simpliciter: & ista est intentio exposita magis conueniens. Et cũ declarauit his duabus propositionibus quod scientia cõsiderans de ente simplici habet considerare causas: incæpit declarare etiam aliquam scientiam esse considerantem de ente simpliciter. hoc enim positum fuit in prædicta argumentatione: & dixit, & quia vnaquæq istarum &c. id est & quia apparet q nulla sciẽtiarũ particulariũ, scilicet quæ proprie cõsiderant de aliquo genere perscrutet de ente secundũ q est ens: manifestũ est aliquã scientiam esse perscrutantẽ de ente simplici. Deinde dixit, sed quædã &c. id est sed quædã sciẽtiarũ perscrutantur de ente proprio ponẽdo illud esse sub sensu: & quædam perscrutantur de ente concedendo illud esse vt arithmeticus qui ponit vnum esse. D. d. & secundũ hũc modũ demonstrant &c. i. & demonstratio qua ipsi vtuntur in singulis artib' est rerum essentialiũ existẽtiũ in illo genere sub quo continentur: & demõstratio quæ fit in talibus artib': cõstat aut ex necessarijs propositiõib': aut in maiori parte: & hoc intẽdebat cũ dixit aut facilius. Deinde dixit, & ideo manifestũ est &c. i. & quia demõstratiões f nõ fiũt nisi ad res essentiales existẽtes in illo genere de quo cõsiderat illa ars: nõ ad genus ipsius artis: neq ad speciem eius. visum est q substantiæ non habent demonstrationẽ. Demonstratio enim est de substantijs ad accidentia: substantia autem non habet substantiam: & ideo substantiæ non habent demõstratiões: quæ sunt diffinitiones transmutatæ in situ. sed hoc tantum

antũ reperietur in accidẽtibus. Sic autẽ intelligendũ est hoc quod dixit qđ substãtia nõ habet demonstrationẽ: neq; illud ꝙ est substãtia, id est, simplicem demõstrationẽ quæ reddit causam & esse insimul. Deinde dicit sed altã significationẽ quoquo modo, id est, sed substantia habet aliam significationem a modo demonstratiuo ex quo significat quid sit: aut suum esse. Et forte innuit posteriora in scientijs naturalibus, & non possunt sciri substãtiæ rerum nisi ex posterioribus, id est, ex accidentibus, & isti modi demõstrationũ sunt signa. Et forte innuit a per aliam significationem viã diuisionis & compositiõis aut omnia ista plures b enim diffinitiones substantiarũ sciuntur in his tribus vijs. Deinde dicit & ideo non narratur omnino &c. id est, & ideo nulla scientia potest demõstrare aliquam speciem illius generis de quo consi derat vtrum sit aut non. Eiusdem c enim scientiæ est scire aliquid esse, & quid sit quod sit per simplicem demonstrationẽ. Et cum declarauit quod aliqua scientia debet esse quæ perscrutetur de ente simpliciter: incepit declarare quod ista scientia non est scientia naturalis, & prius quod scientia naturalis non est operatiua, & d. & cum scientia naturalis est alicuius generis &c. id est, & cũ scientia naturalis est in omnibus rebus naturalibus mobilibus & quiescentibus manifestũ est quod scientia naturalis est non generatiua. Deinde dicit causam in hoc & d. ptincipiũ enim rerum actiuarum &c. id est, principum rerum factarũ a nobis est in agente scilicet ab intellectu: aut in arte: aut in alijs potentijs similibus arti, & in nobis non est potentia: aut principiũ faciens naturalia. Deinde incepit exponere hoc & d. & principiũ artis &c. id est, & est manifestũ quod primũ principium rerum artificiatarũ quod est in nobis scilicet in artifice est voluntas: artificiatum enim & voluntas idẽ sunt in forma. Et intendebat ipse per hoc quod illa quorũ principiũ est voluntas sunt alia ab illis quorũ principia sunt natura & quod sciẽtiæ istarum sunt diuersæ. Deinde dicit omnis igitur cogitatio, id est, omnes igitur cogitationes agentes & operantes & quæ vtuntur argumẽtatione sunt arguentes secundum aliquid non arguentes simpliciter: cũ scientia in eis non sit nisi propter opus, & per hunc sermonem videtur quasi dare differentiam inter speculatiuas & operatiuas, & si tantum dat exemplum de sciẽtia naturali. Deinde dicit, & ipsa perscrutatur &c. id est, & intendit scientiam naturalem, & intendit per hoc quod dixit formam & animam sunt enim immobiles essentialiter, & plures partium eius animæ non sunt abstractæ per diffinitionẽ. Et dixit in maiori parte propter intellectum. Et si fuerit lectus iste locus & de substantia quæ impossibile est moueri addito illo aduerbio, non, tunc poterimus intelligere ex eo omnia de quibus considerat scientia naturalis: sed in omnibus a quibus correximus istum librum quem glosamus inueninimus sine, non.

fit ad genus ipsius artis neq; ad speciẽ eius. Idẽ 2. de aĩa. 27 Vide tñ op. de specie. 4 cæli. c. 32.

a Vide pri. de aĩa. rr.

b Plures diffinitiões substãtiarũ sciuntur his trib⁹ vijs. s. via diuisionis & cõclusionis & demõstratiõe signi. Idẽ. 4 phy. c. 2. Et 1. de aĩa. c. 5.

c Eiusdem sciẽtiæ ẽ scire aliqd esse & qd sit. Vide instantiã in. 2. phy. t. com. 26.

Artificiatũ & voluntas idẽ sunt in forma. Vide 2. met. t. c. 3.

Oportet autẽ quodquid erat esse, & rõnẽ: quo est nõ latere: tanq; sine hoc quærere nihil facere sit. Diffinictiũ autẽ & ipsorũ quodquid est: hæc quidẽ ita sunt vt simum: illa vero vt concauum. Differunt autẽ hæc quia simũ quidẽ conceptum est cũ materia: est autem simum nasus cõcauus: concauitas vero sine

Diffinictiũ & ipsorũ ꝙ quid est quę dam sunt vt simum & quędã vt cõ

cauũ. Idẽ. 7. me. 34. &. 3. de aïa. 35. Et. 2. ph. 19

D

Mathematica abstrahit a motu. idẽ 3. me. te. cõ. 3. Et. 7. me. tex. c. 35. Et 7. physi. 18. Et. 1. de aïa 17. &. 2. ph. 71.

E

Sciẽtiarum speculatiuarũ diuisio.

Honorabilissimã sciẽtiã oportet circa honorabilissimũ genus esse. Idẽ prĩo de aïa tex. cõ. 1.

materia sensibili. Si ergo omnia physica similiter simo dicũtur: vt nasus: oculus. facies: caro: os: totaliter animal: foliũ: radix: cortex: totaliter planta nullius enim ipsorũ sine motu ratio, & semper habeãt materiã: palã quomodo oportet in physicis ipsum quodquid est quęrere & diffinire. Ideoq; & de anima quędã est speculari physici quæcũq; nõ sine materia est. Ergo quia physica est theorica manifestũ est ex his. Sed est & mathematica theorica: sed si immobiliũ est & separabiliũ nõ est adhuc manifestũ. Quia tamẽ mathematica inquãtũ immobilia & inquãtũ separabilia speculat̃ palã. Si vero est immobile est aliqd & separabile & sempiternũ: palã qa est theoricę id noscere: nõ tñ est physice. Nã de mobilib⁹ qbusdã ẽ physica: nec mathematicæ: sed prioris amborũ. Physica nãq; circa inseparabilia quidẽ sed nõ immobilia. Mathematicæ autẽ quędã circa immobilia quidẽ sed inseparabilia forsan: verũ quasi in materia. Prima vero circa separabilia & immobilia. Necesse vero quidẽ oẽs causas sempiternas, & maxime has. Hæ nãq; causæ sunt manifestis sensibiliũ. Quare tres erũt phylosophiæ theoricę. Mathematica. Physica. Theologia. Nõ eñ manifestũ quia si alicui diuinũ existit in tali natura existit. Et honorabilissimã sciẽtiã oportet circa honorabilissimũ genus esse. Ergo theoricę aliĳs sciẽtĳs desiderabiliores sunt: hę aũt de theoricis.

Et oportet nõ ignorare illud ꝙ significat aliquid quid sit secundũ essentiã & diffinitionẽ: qualiter est: quasi quærere absq; hoc est facere nihil. Eorũ aũt quę determinãt & significãt quid quædã sunt sicut simus, & quædã sicut profundũ. Et differunt quia quędã accipiũtur cũ materia: profundũ aũt nõ. Simus eñ est profundũ in naso. Profunditas autẽ nõ est sine materia sensibili. Et omnia naturalia dicũtur modo simili illi quo dicitur simus: vt manus, & oculus, & nasus, & caro, & os, & totũ animal. Et folia, & radices, & tota plãta. Diffinitio eñ nõ fit in aliquo istorũ sine motu. Manifestũ est igit̃ ꝙ in rebus naturalib⁹ quærit̃ quid sit materia, & determinat̃, & quare sic etiã. Naturalis enim sciẽtia habet cõsiderare de aliqua forma scilicet illa quæ nõ est sine materia. Manifestũ igit̃ ex hoc ꝙ sciẽtia naturalis est aliqua sciẽtiarũ speculatiuarũ, & etiã sciẽtia mathematica sciẽtiarũ speculatiuarũ. Sed manifestũ nõ est si sciẽtia rerũ quæ mouẽtur est abstracta etiã, & si sit manifestũ ꝙ quædam mathematica non mouentur, & sunt abstracta, & si aliquid sit

sempi

sempiternũ non mobile:aut abstractũ etiam manifestum est etiã ꝙ cognitio eius erit in aliqua sciẽtia speculatiua alia à naturali. Sciẽtia enim naturalis est rerũ mobiliũ. Neqꝫ mathematica: sed illa quæ est ante omnes istas. Sciẽtia enim naturalis est rerũ inseparabiliũ: sed nõ immobiliũ. Et mathematicarũ quædam sunt rectũ immobiliũ: sed nõ vidẽtur abstractæ: sed quasi in materia. Prima autẽ scientia erit rerum etiã immobiliũ separabiliũ. Vnde necesse vt omnia sint æterna, & maxime ista. Quoniã ista sunt causæ rerũ apparẽtiũ ex diuinis. Modi igitur phylosophiæ essentiales sunt tres. Mathematicus naturalis & diuinus. Nullus enim ignorat ꝙ si diuinus est ꝙ est in tali natura. Et sciẽtia nobilis debet esse nobilis generis. Aliæ enim scientiæ speculatiuæ sunt valde bonæ: sed ista scientia est melior omnibus scientijs speculatiuis. F

Quia diuersitas artium fit per diuersitatem modi termiuorum vtendorũ incepit declarare hoc. Et.d.& oportet &c. id est, & oportet nos nõ ignorare modũ vtẽdi diffinitionibus significantibus quidẽ qualiter est ille modus in vnaquaqꝫ arte & in hac arte: quærere em̃ aliquid scire hoc nõ determinato est quasi nõ quærere. D.d.illa autẽ quæ determinant &c.id est, & via ad sciẽdũ hoc est vt primo sciamus qđ diffinitiones sunt duobus modis: aut sicut diffinitio simitatis: aut sicut diffinitio profunditatis. D.d.& differẽtia etiã &c.id est, & iste duæ diffinitiones differũt: quia diffinitio simitatis est cũ materia sensibili: ꝓfunditatis aũt est sine materia sensibili. Dicimus em̃ in diffinitiõe simitatis qđ est profunditas in naso, & accipit nasus qđ est aliquid sensibile in diffinitione. 1

Et dicimus qđ profunditas est demissio in superficie in qua nõ apparet materia sensibilis: sed si apparuerit erit intelligibilis. D.dicit & omnia naturalia &c.id est, & in diffinitiõibus omniũ rerũ naturaliũ apparet materia sicut in diffinitiõe simitatis, & hoc est in omnibus mẽbris animaliũ sicut in diffinitione nasi, & oculi, & faciei, & carnis, & ossis: vniuersaliter cõsimiliũ & nõ cõsimiliũ, & in toto animali, & similiter in omnibus partibus plantæ, & in tota planta. Nullũ enim istorũ habet diffinitionẽ absqꝫ eo quod illa diffinitio accipiat aliquod trãsmutabile. D.d.manifestũ est igit ꝙ in rebus naturalibus &c.id est, & cũ diffinitiones rerũ naturaliũ nõ possint fieri sine materia & forma: manifestũ est qđ oportet naturalẽ quærere de materia rerũ naturalium nõtificãdo quid sit: & quærere secundũ qđ est illud propter qđ est materia scilicet forma. D.d.naturalis em̃ habet cõsiderare &c.id est, naturalis em̃ habet cõsiderare de aliqua forma scilicet de illa quæ impossibilis est reperiri absqꝫ materia. Et intẽdebat qđ naturalis habet cõsiderare in vtroque scilicet de forma quæ est in materia, & de materia propter cõsiderationẽ de cõposito. Sed cõsideratio eius de formis naturalibus est prima intentione & de materia propter formã. D.d.manifestũ est igit &c.id est, ex hoc apparet qđ sciẽtia naturalis est speculatiua nõ operatiua, & cũ in diffinitionibus rerũ naturaliũ apparet natura: sicut in diffinitioni- 2 Idẽ.2.phys.21. Consideratio naturalis est de formis naturalibus prima intẽtiõe & ma 3

 bus

teria ꝓpter formam.

bus rerũ naturaliũ apparet natura: ſicut in diffinitionibus rerũ volunta-riarũ apparet voluntas. Et etiã eſt manifeſtũ qđ ſciẽtia mathematica eſt ſpeculatiua, & qđ ſciẽtia rerũ immobiliũ: ſed nõ eſt manifeſtũ per ſe: vt illa immobilia de quibus mathematicus cõſiderat ſint abſtracta a materia: aut ſint in materia. Deinde dicit & ſi ſit manifeſtũ &c. id eſt, & ſi ſimiliter fuerit declaratũ qđ quędã mathematica ſunt abſtracta ſecundum diffinitionẽ ſi autẽ ſecundũ diffinitionẽ & eſſe alia natura ſit abſtracta: tunc cõſideratio de eis nõ erit naturalis ſciẽtia: neq; mathematica. Sciẽtia enim naturalis cõſiderat de rebus mobilib⁹. Mathematica autẽ de rebus abſtractis ſecundũ diffinitionẽ nõ ſecundũ eſſe ſed cõſideratio de abſtractis naturis eſt ſciẽtię altioris iſtis, & hoc intẽdebat cũ. d. ſcientia enim naturalis &c. id eſt, & ſciẽtia rerũ abſtractarũ eſt alia a ſciẽtia naturali & mathematica: quia ſciẽtia naturalis conſiderat de rebus nõ abſtractis, & cũ hoc non immobilibus. Mathematicarũ autẽ licet quædam cõſiderent de immobilibus: ſicut geometria & arithmetica: tamẽ viſum eſt qđ illa de quibus conſiderat nõ ſunt abſtracta materia: immo coexiſtẽtia in materia, & ſi materia nõ apparet eſſe in diffinitionibus eorũ. D. d. prima autẽ ſciẽtia &c. id eſt, & cum res abſtractæ ſint

Quare dixerit quædã. Vide. 12. meta. cõ. 44. Et pri. met. 19. Et. 2. cę. 57. &. 2. ph. 18.

4 priores in eſſe nõ abſtractis: neceſſe eſt vt prima ſciẽtia in eſſe ſit ſcientia rerũ abſtractarũ. D. d. & quæ nõ mouetur &c. & intẽdit ꝙ res immobiles neceſſe eſt vt ſint æternæ: magis quã æternæ mobiles diuinæ ſcilicet corpora cæleſtia. Sunt enĩ cauſæ iſtorũ ſcilicet qđ ſubſtãtia abſtracta eſt cauſa corporũ cæleſtiũ. D. d. modi igiť phyloſophiæ &c. id eſt manifeſtũ eſt igiť ex hoc ſermone qđ modi phyloſophiæ ſpeculatiuæ ſunt tres ſcilicet ſciẽtia rerũ mathematicarũ & naturaliũ, & diuinarũ ſcilicet ſubſtãtiarũ: in quarũ diffinitiõe accipiť deus, & intẽdebat qđ quẽadmodũ naturalia ſunt iſta in quorũ diffinitiõe accipiť natura: ita diuina ſunt in illa quorũ diffinitione accipiť deus, & voluntaria ſunt illa in quorũ diffinitiõe accipiť volũtas. D. d. nullus enim ignorat &c. id eſt, nõ enĩ latet aliquẽ qđ eſt ſciẽtia diuina quin ſit in tali natura: ſcilicet abſtracta. D. d. & ſciẽtia nobilis &c. id eſt, & cũ manifeſtũ eſt per ſe qđ ſciẽtia nobilior eſt generis nobilioris, & ſciẽtia diuina eſt ſciẽtia nobilior, ergo eſt nobilioris. Omnes enĩ ſciẽtiæ licet ſint nobiles: tamẽ ſcientia dei eſt nobilior illius cuius ſubiectũ eſt nobilius omnibus ſubiectis.

In diffinitione diuinorũ ſumiť de⁹ & naturaliũ natura, & volũtariorũ voluntas.

Dubitat enim vtiq; aliquis: vtrũ prima phyloſophia ſit vniuerſalis: aut circa aliquod genus, & naturã vnã. Nõ enim idem modus nec in mathematicis: quia geometria & aſtrologia circa aliquã naturã ſunt. Illa vero vniuerſaliter eſt omniũ cõmunis. Siquidẽ ergo nõ eſt aliqua altera ſubſtãtia præter naturas cõſiſtẽtes: phyſica vtiq; erit prima ſciẽtia. Sed ſi eſt aliqua ſubſtãtia immobilis: hæc prior: & phyloſophia prima & vniuerſalis ſic. Et dignum eſt quærere vtrum prima phyloſophia ſit vniuerſalis: aut alicuius generis aut vnius naturæ. Nõ enim eſt vna ſpecies: neque in ſcientijs mathematicis etiam: ſed geometria: aut aſtrologia ſunt alicuius naturæ. Et ſcientia vniuerſalis

Sí nõ eſſent ſubſtãtię abſtracte naturalis eſſet prima phyloſophia.

ſalis eſt cõmunis omnibus. Si igit nõ fuerit ſubſtantia aliqua alia à ſubſtãtijs exiſtẽtib⁹ à natura: tunc prima ſcientia eſt naturalis. Et ſi aliqua ſubſtãtia immobilis fuerit illa erit primũ: & ſcientia eius erit prima philoſophia vniuerſalis etiam.

Id eſt, & rectum eſt quærere poſtquã declarauit talem ſcientiam eſſe quæ dicitur prima philoſophia: vtrũ iſta ſcientia ſit vniuerſalis plurib⁹ generib⁹: aut eiuſdẽ generis aut eiuſdẽ naturæ. Deinde dixit, non eſt enim vna ſpecies id eſt apparet enim quod mathematica non eſt vnius generis: ſed diuerſorum generum. Geometria enim eſt naturæ diuerſæ a natura cui⁹ eſt aſtrologia: & vtraq; eſt mathematica. Deinde dixit, & ſcientia vniuerſalis communis eſt omnibus.i. ſed ſi ſcientia iſta fuerit dignius eſt vt ſit communis omnibus entibus. Deinde dixit, ſi igitur non fuerit &c. id eſt & manifeſtum eſt quod ſi non eſſet hæc alia ſubſtantia a ſenſibili: quia non eſſet ſcientia prior naturali. Deinde dixit, & ſi aliqua ſubſtantia mobilis &c. id eſt & manifeſtum eſt etiam q; ſi aliqua ſubſtantia immobilis eſt quod iſta ſubſtantia eſt prima: & q; ſcientia iſtius eſt ſcientia vniuerſalis & philoſophia prima. Et dixit in eſſe a quia ordo addiſcendi iſtam ſcientiam eſt poſterius: & ideo diſcimus eam poſt phyſicam. 3

a Sciẽtia diuina eſt poſterior via doctrinæ: ſed eſt prima ſecundũ naturã. Vide pro hoc. 4. met. cõ. 4. & . 7. hui⁹. c. 39.

CAPVT. II.



ET quia prima de ente inquãtũ ens: hui⁹ vtiq; erit ſpecularí: tunc etiã & quid eſt: & quæ ſunt inquãtũ ens. Sed qm̃ ens dictũ ſimpliciter dicit̃ multipliciter: quorũ vnũ eſt qdẽ qđ ſecũdũ accidẽs & aliud qđ vt verũ. Et nõ ens eſt falſum. Præter hæc aũt ſunt figuræ cathegoricæ: vt quid: quale: quãtũ: vbi: qñ. & ſi quid aliud ſignificat hoc modo. Amplius præter hæc oĩa quod poteſtate: & quod actu: qm̃ itaq; multipliciter dicit̃ ens: primũ de eo quod ſecũdũ accidẽs eſt dicẽdũ: q; nulla eſt circa illud ſpeculatio. Signũ aũt: nulla ſcientia em̃ neq; actiua: neq; factiua ſtudioſa eſt de eo: neq; theorica. Nõ em̃ faciẽs domũ facit quæcũq; accidũt domũ facere. Infinita em̃ ſunt: his quidẽ em̃ voluptuoſam: illis nociuam: alijs autem vtilẽ nihil prohibet eſſe factiuã: & alterã vt eſt dicere ab omnibus entibus: quorũ nullius eſt ædificatiua factiua. Eodẽ autem modo nec geometria ſpeculatur ſic accidentia figuris: nec ſi alterũ eſt trigonum: & trigonum: duos rectos habens: & hoc ratiõabiliter accidit: quemadmodum enim ſolum nomine accidens eſt. vnde Plato modo quodam non male ſophiſticam circa non ens ordinauit. Sunt enim ſophiſticarum rationes circa accidens: vt eſt dicere maxime omniũ: vtrũ idem aut diuerſum muſicũ & grammaticũ: & muſicus coriſcus: & coriſcus. Et ſi omne quod eſt: & nõ ſemper: factũ eſt. Quare ſi muſicus

F Nõ male fecit Plato in ordinãdo ſophiſticã circa non ens.

muſicus ens grammaticus eſt factus: & grāmaticus ens muſicus:& quæcunq; aliæ tales rationum ſunt. Videtur enim accidens propinquum quidem non enti. Palam autem & ex huiuſmodi rationibus. Nam alio modo entium generatio & corruptio. Eorum verò quæ ſunt ſecundum accidens non eſt. Et quia habet conſideratione de ente ſecundū ꝙ eſt ens & q̄d ſit. Sed ens quod dicit̄ ſimpliciter dicit̄ multis modis: quorū vnus vt diximus dicit̄ p̄ accidēs:& vnus dicit̄ quaſi verū. Et non ens quaſi falſum:& aliȷs modis ab iſtis modis figurarum prædicamentorū. Verbi gratia, hoc:& quātū:& vbi:& q̄n: & etiā præter iſta oīa quod dicitur potētia & actu. Et cū ens dicit̄ multis modis:dicam⁹ primo de illo quod dicit̄ p̄ accidēs. Nulla enim ſciētia ſpeculatiua vtit̄ tali modo:& hui⁹ eſt ſignū:quod nulla ſciētia perſcrutat̄ de hoc:neq; actiua:neq; artificialis. Aedificator enim nō facit oīa quæ accidūt cū artificio domus quę ſunt infinita. Nō enim facit vt domus adiuuet vni:& noceat aliȷ:& vniuerſaliter vt ſit aliȷs modis:q nō ſunt facti à nobis. Et ſimiliter geometria etiā nō conſiderat de rebus quæ accidūt figuris tali modo:neq; ſit triangulus alius: & triangulus habet duos rectos angulos alios:& ſi nō conueniant in diffinitiōe. Accidēs enim eſt & quaſi aliquod nomen tantū. Et ideo non male fecit Plato quoquomodo quādo ordinauit ſophiſticū ſub eo quod non eſt. Sermones enim ſophiſtici in maiori parte ſunt in eo quod conueniunt accidēti:ſicut illud quod dicitur quod eſt oīa: & non eſt. Muſicus enim & grāmaticus ſunt idē: & nauta & muſicus ſunt idē:& omne quod eſt nō ſecundū quod dicit̄ de eo. Sicut ille qui fuit muſicus & fit grāmaticus:aut ille qui fuit grammaticus & fit muſicus: & omnes aliȷ ſermones ſimiles iſtis. Accidens enim videtur prope illud quod nō eſt quoquomodo. & hoc manifeſtū eſt ex ſermonibus exemplarib⁹. Res enim quę ſunt alio modo habent generatione & corruptione: quæ autem ſunt modo accidentali non habent hoc.

4 Domin⁹ huius ſciētię .ſ. debet conſiderare de ente. Ens prima ſui diuiſiōe

G

ID eſt quia declaratū eſt quod iſta ſcientia habet cōſiderare de ente ſecundum quod eſt ens .ſ. quid ſit & quæ ſunt res exiſtentes in eo ſecundū quod eſt ens manifeſtum eſt quod dn̄s huius ſciētiæ debet primo incipere & ſcire de ente. D.d. ſed cū ens quod dicit̄ &c. i. iam declaratū eſt quod ens ſimpliciter diuiditur in prima diuiſione de ente per accidēs:& ente per ſe. Prima enim diuiſio eſt talis:aut eſſe: aut non eſſe:quod eſt falſum:& poſsibile:aut eſſentialiter aut accidentaliter:quod aūt eſt eſſentialiter diuiditur in decē prædicamenta. Deinde incæpit numerare decem genera prædicamentorum: & dixit ſicut ho-

mo

mo &c.i.V.g.quod dicit̃ de ſubſtãtia:& quãto:& quali:& vbi:& qñ: & alijs prædicamentis. Et intendit ꝙ hoc nomen ens dicit̃ de oĩbus: oportet artificem huius ſcientiæ conſiderare de omnibus & attribuere illa primũ ens:quod eſt cauſa in omnibus entibus. D.d.& etiã præter oĩa iſta &c.i.& ens etiã diuidit̃ præter iſtã diuiſionẽ in potẽtiã & actũ. D.d.& cũ entia dicantur &c. D.d.cauſam propter quam incæpit cõſiderare de ente qđ eſt per accidẽs:& dixit nulla enim eſt ſciẽtia &c. id eſt & incipiemus loqui de hoc ente ad demonſtrandũ quod iſta ſcientia non conſiderat de illo niſi ne noceat in cognitione entis quod eſt eſſentialiter:& tale debet præponi vt præmuniatur homo ab illo. Deinde dixit,& ſignum eius &c.id eſt & ſignum quod artifex huius artis non habet conſiderare de ente per accidens eſt quod nulla ars conſiderat de illo:neq; ſpeculatiua neq; operatiua.Aedificator enim cum facit domũ non conſiderat facere in ea omnia accidẽtia infinita.Verbi gratia, vt ſit domus fortunata habitatoris & vtilis:hæc enim accidunt caſu:nec etiã vt ſit infortunata & nocens:hic accidunt malo caſu:& alia ſimilia infinita.Quod enim eſt infinitum nõ eſt determinatum. Deinde dixit,& vniuerſaliter &c.id eſt & vniuerſaliter ædificator non facit domũ vtilem aut nocentem:aut alijs modis rerum cõtingentium domui:& ſimiliter geometer non conſiderat de rebus quæ exiſtunt in figuris per accidens:non enim conſiderat in figura habente tres angulos:vtrum accidat ei vt in ea ſint tres alij anguli:neq; etiam conſiderat vtrum accidat illi vt in ea ſint anguli a tribus æqualibus duobus rectis:& tres æquales duobus rectis.& hoc accidit triangulis ſecundum quod ſunt ex ligno & cupro:aut aliqua alia materia. Deinde dixit,& ſi cõueniant in diffinitione. Poteſt intelligi ſic:& ſi anguli accidentes triangulo conueniunt in diffinitione cum angulis qui ſunt eſſentialiter in triangulo in eſſendo æquales duobus rectis. Et poteſt intelligi ſic:& ſi illud quod per accidens conueniat cum eo quod eſt eſſentialiter in diffinitione:& ideo dixit. poſt accidens enim eſt quaſi aliquod nomen tantum, id eſt quod enim eſt per accidens in rei veritate eſt nomen ziferæ, id eſt ſine aliqua ſignificatione. Deinde dixit,& ideo non male fecit &c. id eſt cum Plato poſuit ſermonem ſophiſticum in eo quod eſt non ens non male fecit:& non poſuit ipſum in ente:& cauſa fuit in hoc quod ſermo ſophiſtæ in maiori parte eſt per accidens. Deinde dixit, ſicut illud quod dicitur &c.id eſt quoniam illud quod dicitur eſſe idem per accidens eſt illud quod recipit quodlibet:& ſuum diuerſum vno modo:ſicut accidit homini vt recipiat albedinem & muſicam:& nauigatoriam & alia infinita:talia enim dicuntur idem per accidens:ſicut dicimus qđ muſicus eſt albus:& eſt nauigator. Et hoc intendebat cum dixit muſicus enim &,grammaticus,id eſt.Verbi gratia vt aliquis homo ſit muſicus & grammaticus:dicetur enim quod grammaticus & muſicus idẽ ſunt:ſed per accidens.Et ſimiliter nauigator & muſicus dicuntur idem per accidens:quando aliquis homo fuerit nauigator & muſicus. Et ſimiliter dicit̃ ꝙ homo qui recipit nauigatoriã qđ eſt idem cũ nauigatore:ſed per accidẽs. D.d.omne quod eſt &c.i.& omne qđ dicit̃ eſſe idẽ per accidẽs:nõ dicit̃ ſemp neq; in maiori parte:ſicut dicit̃ ꝙ grãmatic⁹ eſt muſicus:aut efficitur muſicus:aut muſicus eſt grammaticus:aut muſicus

diuiditur in ens p ſe & in ens p accidens. Idẽ.5. meta.13.

2

Quod eſt infinitũ non eſt determinatum. Idẽ.2. phy.40.& 50.Et.5. me.com.vltimo.

3

Vide primo phy.21.

Idẽ ſecũdo phy.48.

ficus efficit grāmaticus. D.d.& oēs sermones &c.idest & silr oē prædicabile accidētale. Plato em̄ posuit eū in nō ente: qa qđ est propter accidēs prope videt ei ꝙ nō est: cū raro accidat: & cū hoc intēdebat cū.d. accidēs em̄ videt prope &c.i. illi ꝙ est nō ens aliq̄ modo. D.& hoc manifestū est &c.i. & nūerare ea quæ sunt ꝑ accidēs sub non ente: apparet ex rebus quæ inducunt. Existentes em̄ res essentialiter sunt illæ quæ habent aliquā speciem in quarū indiuiduis existet generatio & corruptio. Illa autē quæ sunt ꝑ accidēs nullā habent speciem: vnde neq; gn̄ationē neq; corruptionē: & intēdebat ꝙ nulla spēs a inuenit ꝑ accn̄s.

Illud qđ est ꝑ accidēs ꝑ pe videtur ei qđ non est ideo. Plato posuit illud in non ente.

G Vide ꝑ hoc 2. phy. 56. & 53.

a Nulla species inuenit per accidēs. Idē. 7. met. c. 22.

Quod nec semper nec secundū magis: hoc accidens dicimus esse.

Attamen dicēdū est amplius de accidente: inquātū conuenit quæ eius natura: & propter quā causam est. Simul enim forsan palā erit & quare eius non erit scientia. Quoniā igitur sunt in entibus: hæc quidē semꝑ silr se habētia: & ex necessitate nō secūdū vindicta sed scđm qđ dicimus in nō cōtingere aliter. Illa vero ex necessitate quidem nō sunt nec semper: sed q̄si secūdum magis. Hoc principium & hæc causa est eius quod est accidens esse. Quod enim nec semper: nec quasi secundum magis est hoc dicimus accidens esse vt si sub cane fuerit hyems. & frigus hoc accidere dicimus: sed nō si estuatio & calor. Quia hoc qdē semꝑ aut scđm magis: illud vero nō. & hominē albū esse accidit: nec em̄ semꝑ nec scđm magis. Aīal vero nō scđm accidēs. & ædificatorē sanitatē facere scđm accidēs est: qa nō est hoc natus facere ædificator sed medicus: sed accidit medicū ædificatorē esse. Et cocus voluptatē cōcitās: facit vtiq; alicui salubre: sed non secundum pulmentariam. Quapropter accidens dicimus: & est vbi facit: simpliciter autem non. aliorum autē aliæ quandoq; potentiæ factiuæ sunt: horum nec vlla ars: nec potentia determinata. Nam secundum accidens entium aut factorū: causa est secundum accidens. Quare quoniam quidem non oīa sunt ex necessitate: & semper: aut entia: aut quæ fiunt: sed plurima secundum magis. Necesse esse quod secundum accidens est ens: vt nec semper nec secūdum magis: albus musicus est. Quoniam vero fit aliquando secundum accidēs erit. Si autem non: omnia ex necessitate erunt. Quare materia erit causa cōtingēs præterquam vt in pluribus aliter accidentis. Principium autē hoc oportet sumere vtrum nihil est nec semper nec secundum magis: aut hoc impossibile. Est igitur aliud præter hoc ꝙ vtrū q; contingit: & secūdū accidens: sed vtrū hoc quidē vt in pluribus: & quod semper nulli insunt aut sunt quędam sempiterna. De his quidem igitur posterius perscrutandum est. Sed tn̄ loquamur de accidēte secundū ꝙ poe est in sua natura & qua

de

de cauſa ſit.& videt̃ quod cū hoc declarabitur quare nō habet ſcientiam fixam,cum in rebus ſunt quædam quæ ſemper ſunt in eadem diſpoſitione, & ſunt neceſſariæ etiam, non illa quæ dicuntur violente,ſed quæ dicuntur de illis quæ impoſſibibile eſt vt ſint alio modo,& quædam non ſunt neceſſaria neq; ſemper,ſed ſunt in maiori parte,& hoc eſt initium,& cauſa eſſendi per accidens.Quod enim eſt non ſemper,neq; in maiori parte vocet̃ accidēs,ſicut pluuia apud aſcēſum canis, hoc enim accidit quia nunquam fuit,neq; in maiori parte,& accidit vt hō ſit albꝰ,ſed nō ſemꝑ,neq; in maiori parte.& ędificator & medicus curat nō in eo quod ædificator,ſed per accidēs, & cocꝰ poteſt facere ferculum vtile,ſed non eſt ſcientia coquendi.& ideo dicitur quod accidit.Secūdū igitur hāc diſpoſitionē forte virtutes agentes erunt alię,& iſta non habent artem neq; virtutem terminatam.Cauſa enim eorū quæ ſunt aut erunt per accidēs, eſt etiā per accidēs.& cum non omnia ſunt neceſſario ſemper ſed pluries & in maiori parte.Tunc neceſſe vt illud quod eſt ꝑ accidens ſit ſicut albū. Non enim ſemper eſt muſicus, neq; in maiori parte, & ſi eſt in aliquo tempore erunt per accidens, & ſi non omnia erunt neceſſaria,& tunc accidens habebit aliquā cauſam in maiori parte,& poſſibilitatem alio modo. Et oportet illud inueniri primo ſi aliud non fuerit album nigredo, principium eorum æternum.De iſtis perſcrutabitur poſt.

Dicit.& licet illud quod eſt per accidēs nō contineat̃ ſub cognitio- 5
ne,tamē loquamur de eo ſecūdum ꝙ eſt poſe in ſua natura, & notificemus cauſam ꝓpter quā eſt.Videt̃ enim ꝙ in hoc ex hoc declarabit̃ quare non continetur ſub cognitione, & quare nulla ars perſcrutatur de cauſa eius. D.incepit loqui in eo &.d.& cum in rebus &c.i.& cū in rebus ſint aliqua quæ ſemper ſunt in eadem diſpoſitione.ſ.neceſſaria et non neceſſaria quæ dicuntur de rebus patientibus violētiam , ſed quæ dicunt̃ de rebus quæ impoſſibile eſt vt ſint alio modo ab eo quo ſunt.

Deinde.d.& quædam non ſunt neceſſaria &c.i.& cum rerum quędā non ſunt neceſſaria in eſſe,& quædā habent eſſe in maiori parte temporis,, & tūc iſtud genus eſt cauſa eius quod eſt per accidens. Quādo eñ in eis quæ ſunt in maiori parte non fiat illud quod innatū eſt fieri in maiori parte:fiet illud quod eſt per accidens. Et ideo ſi oīa eſſent neceſſaria nihil eſſet per accidens. Et cū narrauit ꝙ cauſa eius quod eſt per accidens eſt aliqua eſſe in maiori parte. qm̄ ſi aliqua fuerint in maiori parte aliqua erunt in minori.D.illud enim quod non eſt ſemper &c. & dicit hoc,qa ex aſcenſu canis ſequitur abſciſio pluuiæ eſſentialiter, & hoc non eſſet,neceſſarium,vt ſi eſſet pluuia in eo in maiori tēpore neq; in minori tpe,&: ideo q nō cōcedit aliqd eſſe ꝑ accñs cōtinget ei vt oīa facta ſint neceſſaria in fiēdo. D.d.& accidit vt homo fuit albꝰ,&c. id eſt &

Si oīa eſſent neceſſaria nihil eſſet ꝑ accidens.

est & ex hoc accidit homini quod fuit albũ, & ꝙ non fuit, & ꝙ album
fuit multa infinita. Verbi gratia, musicus & ædificator, & medicus &
alia. Deinde. d. & ædificator medicus &c. id est, Verbi gratia, ꝙ accidit
ædificatori medicari non in eo quod ædificator, sed quia accidit ei qđ
fuit medicus. Et similiter cocus potest facere ferculum vtile, sed tamen
per accidens, cocus enim facit delectabile ferculum, medicus autem vti
le. D. d. secundum igitur hanc dispositionem &c. id est, secũdum igitur
hunc modum virtutes actiuæ & artes habentes alias operationes ab
eis propter quas sunt. Deinde. d. & ista non habent artem &c. i. & ista
quæ sunt per accidens non habent artem agentem neque virtutem ter
minatam a qua proueniant. Causæ enim eorum quæ fiunt per accidens
sunt etiam per accidens scilicet quæcunq; causa sit. immo causæ infini
tæ. Deinde dicit, & cum non omnia &c. id est. & cum manifestum est
quod non omnia sunt necessaria, sed plura sint in maiori parte, necesse
est vt illa quæ fiunt per accidens sint in maiori parte ex quo illa quæ
sunt in maiori parte sunt necessaria, & si non omnia essent necessaria, &
ista sunt sicut album esse musicum, accidit enim albo quod fuit music⁹
non necessario neq; in maiori parte. D. d. & cum sit in aliquo tempo
re &c. id est, & si illud quod est per accidens non fuerit, tunc omnia en
tia erunt necessaria, & tunc quod fit per accidens habebit causam aliã a
causa possibili quod est in maiori parte. Et dixit hoc, quia eius cau
sa quod est per accidens est causa possibilis qđ est in maiori parte quã
do ex ea non prouenit actio habenda naturaliter, sed alia actio, vt dictũ
est in physicis. Deinde dicit, & oportet accipere hoc primo &c. id
est, oportet accipere quod causa eius quod est per accidens est causa re
rum quæ sunt in maiori parte. Nulla enim est alia causa quæ potest ac
cipi pro causa eius quod est per accidens præter istam.

Causæ corũ quæ fiũt per accidens & infinitæ. Idẽ 2. physi. 50. 52. & 53.

Causa rerũ quæ sunt p accidens est causa rerum quæ sunt in maiori parte, & nulla alia. Vide. 2. phy. cõ. 48.

Quod aũt sciẽtia nõ est accidentis palã. Sciẽtia nãq; omnis,
aut est eius quod semper, aut eius quod secũdum magis. Etẽm
H quomodo quispiam docebitur aut docebit alium. Oportebit
enim diffiniri, aut per se, aut per magis, vt quia vtile mellicra
tum febricitanti vt secũdum magis. Quod autem præter hoc
nõ habebit docere, quando puta noua luna, aut enim semper,
aut in pluribus, & quod noua luna. Accidẽs autem præter hoc.

De ente per accidens nõ est scientia.

Quoniam autem accidens non habet scientiam permanen
tem manifestum est. Omnis enim scientia permanens, aut est
illius quod est semper aut illi⁹ quod est in maiori parte. Quo
modo em̃ potest doceri, aut addisci quod non est ita, q̃m quod
determinatur oportet aut vt sit semper, aut in maiori parte.
Verbi gratia, quod sirupus talis adiuuat febricitantes in maio
ri parte, & impossibile est vt aliud dicatur in alio tẽpore, aut
nouitas mensis quæ est semper, aut in maiori parte.

6 Cum declarauit ꝙ illud qđ est per accidẽs nõ habet naturam deter
I minatã cũ nõ habeat causam determinatã, incepit declarare ꝙ non ha
bet etiã sciẽtiã. Et. d. q̃m aũt &c. &. d. sciẽtiã permanẽtẽ, q̃a illud qđ est

Sciẽtia non

est per accidēs scitur qñ accidit sed non permanēter. Quia sciētia nō est permanēs in scito nisi per causam, & dicere est permanētiā iudicare, ꝙ cū causa fuerit erit causatū, aut de necessitate aut ĩ maiori parte. & ideo in hoc gñe impossibile est aliquā cognitionē esse. Et hoc qđ. d. qđ sciētia ꝑmanēs nō est nisi rerū necessariarū, aut earū quæ sunt in maiori parte, manifestū est ꝑ se. Et ꝙ impo[ssibi]le est addisci, aut sciri qđ nō est alteri⁹ istarū duarū dispōnū, qm̄ sicut dixit, oē qđ diffinit aut disponitur aliqua dispōne, aut illa dispō erit ei necessaria, aut in maiori parte, sicut dicim⁹ ꝙ syrup⁹ acetosus adiuuat febricitātes, q̄a adiuuat eos in maiori parte, & si cōtingenter adiuuerit eos, aut in minori parte, non haberemus sciētiā permanētē in eo. D. d. & impossibile est vt dicat &c. ita accidit in luna & intēdit ꝙ nouitas mēsis est necessaria non in maiori parte, sed illud qđ est per accidēs neq; est necessariū neq; in maiori parte.

permanēs scito nisi ꝑ causam.
Idē.1.poste. textu.cō.11.

Quod quidē igit est accidēs, & ꝓpter quā causam, & quia sciētia nō est ei⁹ dictū est. Quod aūt sint principia & causæ generabilia & corruptibilia sine generari & corrūpi palā. Si em̄ nō hæc oīa ex necessitate erūt: si ei⁹ quod fit & corrūpit nō secundū accidēs causam aliquā necesse est esse. Vtrū em̄ erit hoc, aut nō, si hoc fiat erit, si aūt non: non. Hoc aūt si aliud erit. Et ita manifestū q̄a semꝑ tp̄e ablato à finito tp̄e veniet vsq; ad nūc. q̄re hic morit infirmitate aut vi, si exit hoc, aut si facit, sed hoc si aliud & ita veniet ad quod nūc est. aut ĩ factorū aliq̄d, vt si sitit, hoc quidē si comedit mordicantia. Sed hoc aut est, aut non quare ex necessitate morietur aut nō morietur. Similiter autē & si supersiliat aliq̄s ad facta eadē ratio. Iam em̄ est hoc in aliquo. Dico aūt factū. Ex necessitate, ergo oīa erunt quæ sunt futura, vt moriturū fore viuētē. Iam em̄ factū est aliquid vt contraria in eodem corpore. Sed si infirmitate aut vi, nondum nisi hoc factum fuerit. Palam ergo quia vsq; ad aliquod vadit principium hoc autem non ab hoc ad aliud. Erit ergo eius vtcunq; euenit ipsum, & causa generationis ipsius nulla, sed ad principium quale, & causam qualem reductio talis.

Dictū est igitur quid est accidens, & quid causa accidētis, et ꝙ nullā habet scientiā permanentē. Quoniā aūt principia & causæ sunt generabilia & corruptibilia etiā absq; eo ꝙ generentur aut corrūpant. Manifestū est ꝙ si hoc nō fuerit, tunc oīa erunt necessario. Quoniam si illa quæ generant & corrumpuntur non habuerint aliquam causam modo accidentali, tūc erūt necessario, sicut dicimus vtrum erit hoc aut non erit, hoc erit enim si erit hoc, & si non, non: & hoc si fuerit aliquid, & secundū hāc dispōnē. Et manifestū est ꝙ semꝑ diminuitur tempus,

ex tempore finito.et ſimiliter peruenit ad illud quod eſt in in-ſtanti,ſicut dicimus ꝙ ſi Sor.exierit morietur aut infirmitate, aut violentia.& hoc erit ſi aliud fuerit, & ſic peruenietur ad illud quod eſt inſtans, aut ad aliquid eorum quæ fuerint, vt tale comeſtum inducit ſitim.Et hoc ſi comederit calida,& hoc aut erit,aut non,ergo morietur neceſſario.Et ſimiliter ſi aliquis ordinauerit & dixerit illa quę iam facta ſunt ſermo de eis erit talis.& habent exiſtentem eſſentiam.Dico illa quæ iam fuerint eſſentia eorum,& cognitio eorum, & generatio eorum, ergo erunt neceſſario omnia generabilia,ſicut mors viuí, quia iam præceſsit & fit idem.Sicut cōtraria ſunt eadē,quia ſunt eiuſdē, ſed non ſine infirmitate,aut violentia niſi hoc ſit. Manifeſtum eſt igitur quod accedit ad aliquod principium,& hoc nō accedit ad aliud,& accedit ad illud quod comprehenditur caſu, & non eſt cauſa motus omnino.Sed finis qui eſt talis,erit ad principium habens qualitatem,& cauſam habentem qualitatem.

7 Id eſt,q̄m aut oportet ex hoc hic eſſe cauſas quæ generantur,deinde corrumpuntur abſq; eo ꝙ generent alia,aut alia corrūpant manifeſtum eſt. D.d.cauſam in hoc &.d.q̄m ſi hoc non fuerit &c.id eſt, q̄m ſi fuerit neceſſarium vt omnis cauſa generabilis ſit generans aut corrumpēs, cōtinget vt omnia ſint neceſſaria. D.d.q̄m ſi illud quod generatur &c. id eſt, q̄m ſi illud quod eſt generandum nō habuit cauſam accidentalē, ſed omnem cauſam ſequitur cauſatū neceſſario, tunc omnia quæ fiunt, fiunt neceſſario, & ſic auferetur natura poſsibilitatis. D.d. ſicut diximus vtrū erit &c.i.q̄m ſi oīa fuerint neceſſario, tūc cōtinget vt ſermo dicētis,vtrum hoc erit in futuro,aut non erit,alterū eorum erit neceſſarium & alterum impoſsibile, & continget vt cauſa illius generandi ſit gn̄ata neceſſario,& cum fuerit erit creatū neceſſario, & hoc intendebat cum.d.ꝙ erit hoc ſi fuerit hoc & ſi non,nō. D.d.& hoc ſi fuerit aliquid,& ſecundum hanc diſpoſitionem,id eſt,& continget etiā vt a cauſa eius ſit cauſatū neceſſario ſi fuerint generata,vt ſi ſecūdū hāc diſpoſitionem, ſcilicet vt ſit neceſſario a ſua cauſa,& ſua cauſa ab alia,& hoc perueniet neceſſario ad aliā cauſam neceſſariā in eſſe,tales em̄ cauſæ nō ꝓcedunt in infinitū. Deinde dixit. & manifeſtū eſt ꝙ ſemꝑ diminuit &c.i.ꝙ tēpus in quo fit cauſa rei factæ in tempore terminato futuro diminuit ex illo tempore & diminuitur etiā ex tempore reſiduo tēpus in quo fit cauſa cauſæ donec perueniatur ad inſtans præſens in quo eſt pri ma cauſa eius quod eſt fiendū. D.d.exemplū in hoc &.d.ſicut dicimus ꝙ ſi Sor.exierit &c.id eſt, Verbi gratia, ꝙ ſi fuerit neceſſariū quod ſor. moriatur ſi vulneretur vel ſi infirmetur ꝙ moriatur, & ſi hoc fuerit infirmabitur neceſſario donec perueniatur ad cauſam exiſtentem in præſenti. Verbi gratia, ꝙ ſi patiatur ſitim, patietur calorem neceſſario, & ſi patiatur calorē patietur febrē,& ſi frigus patietur morietur, & ſi materia exiuerit,patietur ſitim neceſſario. D.d.& tale comeſtū,&c.i.& ſi patiat̄ ſitim neceſſario,comedit aliqd' calidū, & ſic comedere illud calidū

erit neceſſariū:& illa conſequētia erunt neceſſario.contingeret enim ex ponere eorum quæ fiunt in futuro eſſe neceſſario.ſ.alterū duorū oppoſitorū vt ſint etiam facta neceſſario:& vt cōſecutio eorū adinuicē ſit neceſſaria. D.d.& hoc aut erit aut nō & innuit aut cām, aut cauſatū.ſ.q̄ vtrunq; erit neceſſario. D.d. ergo morietur neceſſario.i.& ſi iſtæ cauſæ fuerint huius diſpoſitionis neceſſe eſt vt exeat: & moriatur neceſſario.

D.d.& ſimiliter ſi aliquis ordinauerit &c.i.& ſimiliter continget vt omne qđ fit antequam fiat quod fuit neceſſarium vt fieret:ita quod oīa futura & omnia præterita fuerint neceſſaria.& hoc eſt contra intellectū & ſenſum. D.d.& habent eſſentia exiſtentē ex quo cōtinget vt oīa facta habeāt eſſentiā aliquā exiſtentē ex quo cōtinget exitus eorū in actū neceſſario:vt dicitur in exemplis legalibus:quia omnia fienda ſunt ſcripta in tabula:& quod eſt ſcriptum in illa tabula exibit in actū: & ideo expoſuit hoc & dicit dico illa &c.ideſt continget vt naturæ rerum faciant eas generari neceſſario:quemadmodum natura generabilium facit ea corrumpi:& ideo d erūt igitur omnia generabilia &c.i.cōtinget igiť hanc poſitionē vt naturæ & ſubſtātiæ rerū ex quibus generabilia generantur faciant eas generari:quemadmodū cū generanť faciūt eas corrumpi:vt viuus corrūpiť.D.d.fit em idē &c.i.& eſt neceſſe vt gn̄atū corrūpatur neceſſario qđ antequā corrūpatur fuit neceſſariū vt cōponeretur & fieret idē ex contrarijs:& fuit idē quia contraria fiunt in eo.ſ.formæ: & ſic neceſſario corrumpitur:ſed nō ſine infirmitate & violētia:ſed corrumpitur ſi aliqua infirmitas fuerit:aut violenta:quarū altera.ſ. infirmitas eſt naturaliter & de neceſſitate: & altera per accidens.ſ. violentia. L

Corruptio fit de neceſſitate:nō autem gn̄atio.

D.d.manifeſtū eſt igitur &c.i.declaratum eſt igitur ex hoc qđ omne quod generatur & corrumpitur habet cauſas: & quod illæ cauſæ perueniunt ad primam cauſam. Sed tamē differunt:quia corruptio fit de neceſſitate:generatio autem nō:& ſi hoc eſſet:omnia eſſent accidētia neceſſario.& ſi hoc eſſet:tunc generatio eſſet in ſubſtantia rerū in quibus eſt generatio:ſicut corruptio exiſtit in ſubſtantijs eorū. D.d.aut accipietur ad illud quod comprehenditur caſu.i.quod autem ex iſtis cauſis prouenit ad illud quod fit caſu non eſt cauſa alicuius motus naturalis omnino.ideſt quod omne quod fit caſu non eſt cauſa alicuius ſpeciei entium. Deinde dixit ſed finis qui eſt &c.ideſt ſed quod fit caſu fit a principio habente naturam terminatam & cauſam terminatam: quod enim eſt accidentaliter accidit illi quod eſt eſſentialiter.

Vtrum vt ad materiam:aut ad quod cuius gratia: aut vt ad mouens maxime perſcrutandum.Ergo de ente ſecundum accidens prætermittatur:determinatum eſt enim ſufficienter. Qđ autem vt verum ens:& non ens vt falſum:quoniam ſecundum compoſitionem & diuiſionem: totaliter vero circa partitionem contradictionis.Verum quidem enim affirmationem in cōpoſito habet:negationē vero in diſiuncto.Sed falſum habet partitiōis cōtradictionē.Quomodo aūt qđ ſimul aut qđ ſeparatim intelligere accidit alius ſermo.Dico aūt qđ ſimul: & qđ ſeparatim:vt nō in quod cōſequenter:ſed in vnum aliquod fieri.Non

Soletaddu, ci.

Non est verũ & falsum in rebus sed in mente.

M ri. Non enim est verum & falsum in rebus: vt quod quid verũ bonum: quod autem malum falsum: sed in mente. Circa vero simplicia: & quod est: nec in mente est. Ergo quæcũq; oportet speculari circa sic ens: & non ens posterius perscrutandũ. Quoniam autem complexio & diuisio est in mente & nõ in rebus. Quod aũt ita ens alterũ ens ꝺ proprijs: aut quia quid est: aut qa quale: aut quia quantum: aut si quod aliud copulet aut diuidat mens: qđ quidem vt accidens: & qđ vt verũ ens prætermitẽdũ. Causa enim huius quidẽ indefinita. Illius vero mentis aliqua passio: & vtraq; circa reliquum genus entis & nõ extra ostendunt ente aliquam naturã entis. Quapropter ea quidẽ præmittantur. Perscrutandæ vero sunt ipsius entis causæ & principia inquãtũ ens. Palã aũt in qbus determinauimus de quotiẽs vnũ quodq; dicit: quia multipł'r dicitur ens: significat eñ hoc quod quid est. Et oportet nos perscrutari multũ: vtrũ sit quasi perueniens ad materiã: aut ad aliud propter qđ: aut ad illud cuius est motus. Dimittamus igitur loqui de ente accidẽtali: nã sufficit qđ determinatum est de eis: & loquamur de vero ente: qđ nõ est sicut falsum. Est enim in compositione & diuisione: & vniuersaliter in diuisione cõtradictoriorũ: qa habet affirmatiuã secundũ qđ est verũ: & secundũ ꝙ est cõpositũ habet negatione aliquã: & secundũ ꝙ est diuisum habet falsitatẽ istius diuisionis quæ est contradictoria. Quomodo aũt cõtingit intelligi simul: & prius: habet aliũ sermonẽ. Et dico simul & prius ne aliquid sit post aliquid: sed vt sit idẽ. Falsum enim & verũ non sunt in rebus sicut bonũ & malũ: vt verũ sit sicut bonũ: & falsum sicut malũ: sed sunt in cognitione. Et nulla cognitio est de simplicibus: aut de illo qđ est. Oĩa igit quæ perscrutãda sunt de ente quod est huiusmodi: & de eo qđ nõ est: dicenda sunt post. Et cũ in cognitione est: aut compositio: aut diuisio: nõ in rebus: quod est aliud secundũ hunc modum. Ex rebus enim quæ sunt in rei veritate est illud quod significat: aut quid aut quale: aut quãtũ: aut quod copulatur cum alio: & cognitio diuidit illud. Dimittamus igitur ens quod est quasi accidẽs: & quod est quasi verũ. Causa eñ cuius eorũ nõ habet diffinitionẽ: & causa alterius est cognitio: & vtrũq; est in genere diminuto gñerũ entis: & nõ sunt ex eis quæ significãt esse entis. Et ideo dimittat & pscrutet albũ. Iam declarauimus vbi diximus ꝙ vnaquæq; rerũ dicitur multis modis. Quoddã eñ significat quid album.

Modo

Modo narrat quid perscrutandū est de causa ad quā ascendūt oēs cau sæ quæ sunt accidētales: aut essentiales. Et.d.& oportet nos &c.i. & oportet nos multū perscrutari de causa accidētali: vtrū reducat ad cau/ sam materialē vel finalē vel agētē: & ipse iam declarauit in secūdo physi corū ꝙ reducit ad causam agētē: & forte propter hoc dimisit hic loqui de illo. Et cū declarauit ꝙ in hoc ente ꝙ est per accidēs nō cōsiderat ista ars: &.d. dimittamus igit̄ &c.i. qa iam determinauimus de natura ei⁹ quod sufficit. D.d.& loquamur de vero ente.i.& cū iam locuti fuerim⁹ de ente accidentali loquamur de ente veridicanti secundū ꝙ est veridi/ cans. & hoc est illud qđ est in anima. hic enim entia facta sunt ab intelle/ ctu quando diuidit entia abinuicē: aut componit ea adinuicē: hocq; igit̄ ens est vnū genus generū entiū: & est vniuersaliter istud ens tantū in affir matione aut negatiōe. D.d. qa habet affirmationē &c.i. vera enim af/ firmatiua significat compositionē in entibus: & vera negatiua diuisio/ nē. Et quia idē ens impossibile est ꝙ sit compositū & diuisum insimul: ideo si affirmatiua fuerit vera: negatiua erit falsa: &.q.d. affirmatiua autē quia est vera: est ens in compositione quasi haberet negatiuā, cuius fal/ sitas existit in diuisiōe. Quoniā cū affirmatiua est vera per cōpositionē: negatiua est falsa per diuisionē. & similiter quando negatiua est vera per diuisionem: affirmatiua est falsa per compositionem. Deinde.d. quo/ modo autem accidit simul &c.& intendebat per hunc sermonem decla/ rare diuersitatem duorum entium. s. entis quod est in intellectu: & entis quod est extra intellectum. Quod enim est in anima cōtingit vt recipiat duo opposita insimul. Quod autem est extra animam non: &.q.d. quo/ quomodo: aut accidit ꝙ anima intelligit duo opposita insimul qđ non potest esse extra animā: quia materia recipit cōtraria successiue loquen/ dum est de eo in alio loco: & innuit librū de anima. D.d. in hoc cau/ sam. &.d. verum enim & falsum &c.i.& causa in hoc ꝙ intellectus cō/ prehendit insimul duo opposita etiam quia natura primorū opposito/ rū in intellectu. s. veri & falsi nō est natura primorū oppositorum extra animā. s. boni & mali. Verūtamen verū & falsum sunt in cognitioue: & bonū & malū est in materia: & nullū a entium quæ sunt in cognitio ne dicitur esse simpliciter secundū qđ est extra animam. D.d. omnia igitur perscrutanda &c. idest & omnia perscrutanda: vtrū sint de ente in cognitione: aut de ente extra animam dicenda sunt vbi b perscrutat̄ de vniuersalibus: & numeris: & alijs similibus. D.d.& cum in cognitio ne &c.i.& cū illud qđ est in cognitione ex hoc ente: est compositio aut diuisio: absq; eo ꝙ sit extra animam ens quod differt ab isto qđ est in re est illud qđ significat: aut quid: aut quale: aut q̄tū: aut aliqđ continuum cū alio & hæc sunt cætera prædicamenta. D.d.& cogitatio diuisit il lud &c.& forte intendit per hoc illud qđ est præter prædicamēta sub/ stātiæ: & forte intēdit prædicamēta quæ communiter habent cōpositio nē: ista enim existimantur ꝙ nisi anima esset: nō essent. D.d. mittamus ergo ens &c.i. dimittamus igitur perscrutari perscrutatione de ente qđ est per accidēs: & de ente qđ est veridicans. s. ꝙ est in aīa. Ens enim qđ est p accidēs non habet causam terminatā: & qđ est veridicans nō habet etiā causam nisi animā: & ideo vtrūq; numeratur in genere entis diminu ti: & ideo pscrutādū est de ente perfecto qđ est ens extra animā. D.d.

8 Secūdo ph. tex.cō.48. & com.51.

Tertio de anima tex. com.21.

Quod est in anima cōtin N git vt reci/ piat duo op posita simul Sed huius op. vi.4. hu ius tex. cō. 9. Verū & falsum sunt in cognitio ne & bonū & malū est in materia. Vide oppo/ sitū.3. de aīa 34. vbi dici tur ꝙ ens in itellectu est bonum sim plr: & ens extra animā est bonum in respectu.

a Idem.3. de aīa.38. 39.

b 7. met. 46.47.& 5.

5. met. t. com. 14. iam declarauim⁹ &c. i. & determinauim⁹ vbi locuti fuim⁹ a quædã de eis quæ significãt multis modis q̄ ens dicit̃ multis modis. Quoddã eñ dicit̃ secundũ q̄ scilicet de substãtia: quoddam de qualitate: quoddam de quantitate: quoddam de copulationibus istorum cum alijs.

Explicit liber sextus Aristo. primæ philosophiæ.

Aristo. Liber septimus primæ philosophiæ incipit.



11 Quia sicut diximus perscrutaf hic in maiori parte de ꝓpositionibus dialecticis quarũ vna est ꝙ substãtia rei est illud qđ dicit in respõsione ad qd est:& hoc est indiuiduũ substãtiæ:ideo dixit:& iã diximus &c.i. & iã descripsimus hãc substantiã alibi dialectica descriptione ꝙ est illud qđ significat sermo q dat essentiã rei quę est diffinitio. D.d.& est illud qđ dicit per se.i.qđ prædicat essentialiter:& innuit primũ modũ prædicabiliũ essentialiũ.s.diffinitionẽ.declaratũ est eñ ꝙ ista prædicabilia a sunt tria.s.genus:& differẽtia:& diffinitio:quæ cõponit ex eis quæ diffinitio est idẽ cũ substãtia rei: & vniuersaliter prædicabilia substãtialia sunt illa quæ adunãtur cũ subiecto:& adunãtur adinuicẽ. & accidentalia econuerso. Et cũ declarauit ꝙ illa substãtia est illud qđ significãt diffinitiões & partes diffinitionum:& ꝙ prædicabilia ex qb⁹ cõponunt diffinitiões sunt illa quæ adunãtur cũ diffinito & adunãtur adinuicẽ:incæpit declarare quare sermones q demonstrant aliqd extrinsecũ quod nõ inducitur ad interrogationem de quiditate: ꝙ nec sunt diffinitiões nec partes diffinitionũ. D.d. aliqd eñ in loco &c.i. & necesse est vt illa quæ demõstrantur per aliqd extrinsecũ.i.per aliqđ accidẽs nõ sint diffinitiões:qm̃ si essent:cõtingeret vt accidẽtia prædicabilia de aliquo essent eiusdẽ naturæ:idẽ eñ videtur disponi per plura accidẽtia:sed illud qđ cõgregatur ex eis nõ est vnũ nisi p accidẽs:& diffinitio declarat substãtiam rei: & illud quod congregatur ex eis est vnum essentialiter. Si igitur diuersa accidẽtia existẽtia in aliquo declarant substantiã illius erunt eiusdẽ rei: & naturæ. Et hoc intendebat cum dixit.aliquid enim esse in loco &c.id est & si aliquis interrogauit quid est hoc demonstratum:& responderit quis ꝙ est hoc in loco pro diffinitione:& aliquis responderit quod est musicus pro diffinitiõe etiã tunc esset possibile vt natura musici & vbi esset idem quod non est:& vniuersaliter ex hac positiõe.ix.prædicamenta essent eiusdem naturæ, id est naturæ substãtiæ:quoniã secundũ hoc erũt differẽtiæ substantiales:& ideo dixit aliquid enim esse in loco &c. D.d.& etiã vniuersale &c.i.id est nec ista prædicabilia qñ prædicantur de substãtia sunt prædicabilia vniuersalia quę describunt in analecticis posterioribus:aut intẽdit ꝙ nõ sunt vniuersalia substãtialia:vt dictũ est in libro prædicamẽtorũ:& qa sermones cõpositi ex accidẽtib⁹ cõpositiõe ligata qdã sunt cõiũcti p accidẽs & qdã p se.s.per secundũ modũ essentialiũ prædicabiliũ quæ enumerata sunt in posteriorib⁹.s.in quib⁹ subiectũ accipitur in substãtia prædicati. Et cum declarauit ꝙ illud ꝙ significat illa quæ sunt per accidẽs nõ est substantia:incæpit declarare ꝙ neq etiã sermones compositi ex accidentibus essentialibus significant hoc quod est quiditas substantiarum sensibilium : & dixit: nec illud quod est per se &c.nec illud quod significat diffinitio substantiæ:& est illud quod existit p se est sicut illud qđ significãt hæc verba superficies alba. D.d. essentia eñ superficiei &c.i.albedo eñ nõ est quiditas superficiei qñ dicimus ꝙ supficies est alba sicut rationabilitas est quiditatis aïalis : qm̃ dicim⁹ aïal ratiõale. D.d.& etiã nõ est illud qđ est ex ambob⁹ &c.i. nec illud qđ demonstrat iste sermo est aliqđ cõpositũ vnũ ex ambob⁹ sicut illud quod significat aïal ratiõe.s.homo. D.d. propter additionem quæ est in sua diffinitione,id est quoniã compositũ ex duobus diffinit

Com.2.in hoc.7.

a Prædicabilia essentialiter sunt tria.Idẽ pri. poste.ca. de per se.

S

T

Sermones cõpositi ex accidẽtibus cõpositiõe ligata qdam sunt p se: & quidam per accidẽs. Idẽ 4.me.t.cõ.14.

finitur cõposite ex duabus diffinitionibus illorũ duorum,& ideo sequitur vt diffinitio albi sit cõposita ex diffinitione albedinis,& diffinitione subiecti albedinis. Et quia in diffinitione albedinis accipitur diffinitio subiecti:contingit quod in diffinitione albi accipiatur diffinitio subiecti bis,ista igitur est additio quæ accipitur in diffinitione albi,& hoc nõ accidit ex cõpositis ex substãtijs.Verbi gratia,quoniã diffinitio hominis cõponitur ex animalitate & rationalitate,& nõ accidit ex hoc iteratio quæ accidit in cõposito ex substãtia & accidente. D.d.diffinitio igitur &c.id est,diffinitio perfecta est sermo:qui cũ cõpletur nõ remanebit in eo aliquod ens in actu de quo interrogatur per quid:cum in eo sit data quiditas qđ est esse illius rei,& non est in eo ens additũ suo enti.Et ista est differẽtia inter diffinitiones substantiarũ & diffinitiones accidentium. Et.q.d.sermo igitur in quo nõ inuenitur ens de quo interrogatur per quid est diffinitio perfecta quæ dat causam rei quę est quiditas in vnaquaq; rerũ.Deinde dicit post quoniã si essentia superficiei albedinis &c.id est,& si aliquis posuit quod quiditas superficiei est albatio:aut quiditas albedinis est superficies:disponitur per plures dispositiones diuersas:cõtinget vt omnes aliæ dispositiones sint eædẽ,& qđ cõgregatũ ex eis sit idem,& sic albedo lenitas & aliæ dispositiones quibus disponitur superficies essent eædẽ,& ecõtrario ,in prædicabilibus substãtialibus.Rationalitas enim est differentia substantialis exisiens in quiditate animalis rationalis.

V Cõpositum ex duobus diffinit cõposite ex duabus diffinitionibus illorũ duorum.

Quoniam vero sunt & secundũ alias cathegorias cõposita. Est eñ aliquod subiectũ cuiq;:vt qualitati,& quãtitati,& quãdo & vbi,& motui.Perscrutadũ ergo si est ratio ipsius quodquid erat esse cuiusq; ipsorũ esse,& inest his ipsum quodquid erat esse:vt albo homini qđquid erat albo homini,sit nãq; nomẽ ipsi vestis,quid est vesti esse.At vero neq; hoc est ex eorum numero quæ per se esse dicũtur:aut ipsum nõ secundũ se,dupliciter dicitur,& hui⁹ est aliud quidẽ ex additiõe,aliud vero nõ. Hoc quidẽ eñ ex eo dicitur id q diffinit quia ipsum alĳ adĳcitur:vt si albo esse diffiniẽs dicat albi hominis rationẽ. Hoc autẽ eo quod aliud ipsi:vt significat vestis albũ hominem:diffiniat vestẽ vt albũ.Albus itaq; homo est quid albũ.Nõ tamẽ quodquiderat esse albo esse sed vesti esse.Ergo est quodquiderat esse aliquid:aut totaliter:aut nõ.Quod quidẽ eñ. quid erat esse est illud quod aliquid erat esse.Quãdo vero aliud de alio dicitur nõ est quod quidẽ aliquid hoc aliquid:vt albus homo:non est quod vere hoc aliquid.Siquidem hoc substãtĳs inest solũ. Et cũ sint composita ex alĳs prædicamtis:etiã aliquid est subiectum cuilibet.V.g.quãtitati,& qualitati,& quando,& vbi,& motus.Perscrutemur igitur vtrum sit diffinitio cuiuslibet istorum.Erit igitur istis etiã illud quod significat essentiam rei vt X

homo albus. Sit igitur ita quod habeat hoc nomē veſtis: ſi igitur dicatur quid eſt: dicetur veſtis: ſed nõ ex eo quod eſt per ſe. Nec hoc eſt aliquid ex eo quod eſt per ſe: ſed modo ſimplici, & quoddã ex additione, & quoddam nõ. Quoddam enim diffinitur per diffinitionē alterius: ſicut qui diffinit eſſentiã albedinis, & dicit diffinitionē hominis albi, & quoddã per aliã diffinitionem vt veſtis: ſi ſignificat hominē album, & ipſe diffinit veſtē tãquã album. Homo enim albus eſt albũ: ſed diffinitio eius nõ eſt diffinitio albi & quia eſt veſtis habet diffinitionē quæ ſignificat eſſentiã eius quod eſt. & diffinitio rei eſt illud quod ſignificat quid eſt eſſentia rei, & cũ aliud dicitur de alio nõ eſt illud quod eſt iſtud. Verbi gratia, homo albus: quoniam non eſt, hoc enim nõ eſt niſi ſubſtantiarum tantum.

12 Intendit in hoc capitulo declarare quod cõpoſita ex accidẽtibus & ſubſtãtijs nõ habent diffinitionē ſicut diffinitiones cõpoſitorũ ex materia & forma, & quod accidẽtia propter hoc nõ ſunt diſpoſitiones accidẽtales. Et dixit cũ cõpoſita &c. id eſt, & cũ ſint hæc aliqua cõpoſita ex ſubſtãtia, & alijs prædicamẽtis: ſubſtãtia eſt ſubiectũ vniuſcuiuſque accidẽtiũ. V.g. quãtitatis & qualitatis. Perſcrutemur igitur vtrum iſta cõpoſita habeãt diffinitiones ſicut ſubſtãtiæ cõpoſita, & ſic erit in iſtis etiã ſubſtãtia quæ ſignificat diffinitionem, & eſt illa quæ notificat eſſentiã rei. Et dixit hoc: quia ſubſtãtiæ cõpoſitæ manifeſtũ eſt ipſas habere diffinitiões & nomina æqualia ſuis diffinitiõibus. Sed prædicantur de indiuiduis ſubſtãtiæ ſecũdũ quid: aut diffinitiões: aut noĩa æqualia illis diffinitiõibus ſcilicet illa quæ cõgregatæ ſignificãt illud quod diffinitiones ſignificãt diſtincte. In hoc igitur capitulo vult perſcrutari vtrũ cõpoſita ex ſubſtãtia & accidẽtibus habeãt tales diffinitiões & ſic accidẽtia erũt differẽtiæ ſubſtãtiarũ: aut nõ habeãt diffinitionē omnino aut habeãt diffinitiões quæ dicũtur ſecundario in reſpectu diffinitionũ ſubſtãtiarũ, & ideo induxit exẽplũ cõpoſitũ ex ſubſtãtia & accidẽte, & dixit. V.g. homo albus, id eſt, ſi igitur aliqđ iſtorũ cõpoſitorũ habuerit diffinitionē: ſit igitur qđ homo albus habeat diffinitionē quẽadmodũ homo habet diffinitionē. D.d. ſit igitur ita qđ habeat hoc nomen veſtis, id eſt, & ſi homo albus habeat diffinitionē: neceſſe eſt vt habeat nomẽ æquale ei in ſignificatione: ita qđ illud ꝙ cõgregatur de homine & albo ſit vnũ in actu, & duo in potẽtia, & homo erit genus, & albũ differẽtia, & ſit illud nomē veſtis. Cũ igiť quærit de aliquib⁹ nominib⁹ cõpoſitis ex ſubſtãtia & accidẽte. V.g. de hoĩe albo ꝑ quid cõtingit reſpõdere cõgregate: eſt veſtis, & diſtincte ꝑ diffinitionē declarantē quiditatē ei⁹: ſicut accidit cũ aliquis interrogauerit ꝑ quid de aliquo cõpoſito ex duab⁹ ſubſtãtijs: vt de hoĩe qui cõponiť ex aĩalitate & rõnalitate. Debemus eñ rñdere ad hæc ꝑ diffinitionē declarantē quiditatē & eſſentiã hoĩs. D.d. ſed nõ eſt ex eo ꝙ diciť ex eo &c. i. ſed illud ꝙ ſignificat hoc nomē veſtis ſcilicet album hominē nõ eſt ex rebus quæ exiſtunt per ſe: ſed ex rebus exiſtẽtibus tantũ, & hoc intẽdebat cũ. d. ſed modo ſimplici id eſt

Y Subſtãtiæ compoſitæ manifeſtum eſt ipſas habere diffinitiões. Idem 8. me. cõ. vl. ſed vide oppoſitum hic infra cõ. 37.

Z Diffinitum eſt vnum in actu & duo in potentia: ſed vide oppoſitũ infra 43. vbi dicitur diffinitũ ꝑ ſe vnũ eſſe ꝓpter habere vnũ in actu & aliud in potentia: ergo nõ duo in potentia.

id est, q᷑ homo albus secundũ q᷑ est albus nõ existit per se: sed est ens tantũ nõ ens per se: nec pars entis per se: q᷑ est indiuiduum substantiæ. Et cũ narrauit q᷑ iste sermo cõpositus nõ est diffinitio: quoniã non cõponitur ex prædicabilibus essentialibus declarãtib⁹ substãtiã vnius rei simplicis in actu sicut significãt diffinitiones: sed significant aliquod cõpositũ ex duobus scilicet homine & albedine: narrauit etiã q᷑ hæc duo sunt in hoc sermone ex duabus naturis diuersis & partes sermonis diffiniti sunt eiusdẽ naturæ, & d. & quoddã est ex additione & quoddã nõ, id est, duæ partes istius sermonis sunt diuersæ. In diffinitione enim albedinis additur subiectũ secundũ q᷑ est accidens. In diffinitione vero hominis qui accipitur in hoc sermone tanquã genus nihil additur extra ipsum cũ nõ existat in subiecto sicut albatio. Deinde incepit declarare quomodo additio existit in altera duarũ partiũ istius sermonis & nõ in reliqua, & dixit: quiddã diffinitur &c. id est. V. g. q᷑ vult diffinire quiditatẽ albedinis existẽtis in homine accipiet in diffinitione eius diffinitionẽ hominis albi: cũ albedo existens in homine nõ cõstituatur nisi per hominẽ & albũ. Deinde dicit & quoddã per aliã, diffinitio, nõ &c. id est, & necesse est q᷑ illud q᷑ significat hoc nomen vestis diffiniatur duabus diffinitionibus scilicet diffinitione hominis, & diffinitione albedinis: cũ hoc nomẽ vestis significet vtrũq; scilicet & hominẽ & albedinẽ. D. d. & ipse diffiniuit vestẽ tãquam albũ, id est, & necesse est vt diffinitio vestis sit cõposita ex duabus diffinitionibus duorũ: sicut diffinitio alicuius albi cõponitur ex duabus diffinitionibus duorũ scilicet albedinis & sui subiecti. D. d. homo enim albus &c. id est, & diffinitio albedinis nõ prædicatur de homine: ita q᷑ dicatur q᷑ homo est albedo, id est, ita q᷑ prædicatur hoc nomẽ nõ secundũ diffinitionẽ sicut dixit in cathegorijs, & q᷑ propter hoc non habet diffinitionem.

D. d. & quia est vestis &c. id est, sed secũdũ q᷑ posuimus ꝙ hoc nomẽ vestis est nomẽ hominis albi: omne habens nomen habet sermonẽ significantẽ suã essentiã: cũ illud q᷑ significat nomen est determinatum.

D. d. & vniuersalitas rei &c. id est, sed iste diffinitiones nõ habẽt vniuersalitatẽ. id est, nõ est totũ vniuersaliter, id est, vnũ: sed diffinitio quæ declarat quiditatẽ rei est rerũ quæ sunt totũ & vnũ, id est, q᷑ albus nõ est totũ & vnũ: sed est congregatũ ex homine & albedine. D. d. & cũ fuerit dictũ aliud de alio &c. id est, & cũ aliquod cõmune fuerit dictũ in alio proprio aut alterũ fuerit prędicatũ de altero nõ erit natura alterius natura secũdi, & cõgregatũ erit totũ: cũ hoc nõ inueniatur nisi in dispositionibus substãtialibus, & hoc est declaratũ in dialectica. A

Quare quodquid erat esse est quorũcũq; ratio est diffinitio. Diffinitio vero est: non si nomẽ rationi idem significet omnes enim rationes essent vtiq; diffinitiones. Erit enim nomẽ quod cuilibet rationi idem. Quare & illas diffinitio erit: sed si primi alicuius fuerit. Talia vero sunt quæcunq; dicuntur non eo quod aliud de alio dicatur. Nõ erit igitur quicquã non generis specierũ existens quodquid erat esse, sed his solum. Hæ namq; videntur non secundum participationem dici & passionem: B

Diffinitiones quæ declarãt quiditatẽ rei sunt rerũ quę sũt totũ & vnũ.

nec vt accidens.

Ergo quid eſt per eſſentiā eſt idem omnibus rebus:quarum ſermo eſt diffinitio. Et diffinitio nō eſt eius cuius nomen & ſermo ſignificant eadē,& ſi non:tunc omnes ſermones erunt diffinitiones. Omnis enim ſermo habet nomē. Ergo metrum albarū erit diffinitio. Sed cū fuerit alicuius primo. Et talia ſunt nomina quæ dicūtur nō per illud quod dicitur aliud. Illud igitur quod eſt ſecundū eſſentiā non eſt aliqua formarū carentiū genere:ſed illarū tantum. Exiſtimatur enim quod non dicuntur modo communi,& paſsiuo:neq; ſicut per accidens.

13 C Dicit ergo quiditas quæ dat eſſentiā rei eſt omniū rerū quarū ſermo ſignificans eas eſt diffinitio,& diffinitio nō eſt omnis ſermo ſignificans illud qđ ſignificat nomē rei:ſed neceſſe eſt cū hoc qđ ſermo cōueniet nomini vt ſignificet prædicabilia ſubſtātialia per quæ cōſtituitur. D.d. impoſsibile cōtingens ei qui ponit qđ ſufficit in deſcriptione diffinitionis vt ſit ſermo cōpoſitus cuius ſignificatio eſt æqualis ſignificatiōi nominis illius rei,& dixit,& ſi nō omnes ſermones eſſent diffinitiōes, id eſt,& cōtingit ponētibus hoc:vt omnes ſermones cōpoſiti habētes nomina ſint diffinitiones:omnes enim ſermones cōpoſiti habēt aut poſſunt habere nomina. D.d.aut totū metrū &c.id eſt,& ſi hoc fuerit cōtinget vt omnes ſermones quorū ſunt nomina eſſent diffinitiones,& d.hoc quoniā omnia metra fere in eius idiomate habuerunt nomina propria.

Diffinitio non eſt oīs ſermo ſignificans illud qđ ſignificat nomē vide oppoſitū 4. met. tex. com. 28.

D.d.ſed cū fuerint alicuius primi,id eſt,ſed cū nomina æquipollētia ſignificatiōi ſermonū ſignificāt rem,id eſt,eſſentiā rei. D.expoſuit eſſentiā,& dixit,& talia ſunt nomina quæ dicūtur &c.id eſt,& talia nomina ſunt nomina quibus dicūtur aliqua nō propter aliqua extrinſeca ab ipſis:ſicut ea quæ nominātur a ſuis accidētibus. Nomina eīn nō ſignificant eſſentias eorū prima ſignificatione:ſed ſi ſignificāt mediātibus illis accidētibus,& ideo illi ſermōes nō debēt eſſe diffinitiones. D.d. ergo illud quod eſt ſecundū eſſentiā &c.id eſt,ergo diffinitiōes quæ ſignificant quiditates rerū nō ſunt alicuius formarū carentiū genere ſcilicet formarū quarū ſubiectū eſt eis genus,& d.hoc:quoniā ſubiecta accidētium ſunt alia a naturis eorum,& ideo non ſunt genera illorū. Deinde dicit exiſtimatur enim &c.id eſt,& formæ ſubſtātiales ſolūmodo habent genus ſcilicet ſubiectum ex natura illarū quia exiſtimatur qđ non inuenitur per communicātiā cum alijs ſicut accidētia:neq; ſunt paſsiones in alijs,id eſt,in eis in quibus exiſtunt,& vniuerſaliter non ſunt de natura accidentium:quorum eſſe eſt in alio.

Sed ratio quidē erit cuiuſlibet & aliorū quid ſignificat ſi eſt nomē:quia hoc huic ineſt:aut pro ſermōe ſimplici certior. Diffinitio vero nō erit nec quodquid erat eſſe. Aut & diffinitio & ſicut quodquid eſt multipliciter dicitur. Etenim quodquid eſt vno quidē modo ſignificat ſubſtātiā,& hoc aliquid. Alio vero modo quodcūq; prædicamentorum quātitatē & qualitatem,

&

D
&alia quæcūq; talia. Sicut enim & ens existit in oībus: sed nō simpliciter: sed huic quidē primū: illud verò cōsequēter. Ita & quod qd est simpliciter quidē substātiæ: alio verò modo aliis. Etenim qualitatem dicemus vtiq; quid est. Quare & qualitas est eorū quæ quid est: sed non simpliciter. Sed sicut de nō ente logice dicūt quidā esse non ens non simpliciter: sed non ens: sic & qualitatem. Erit igitur sermo cuiuslibet aliorum qui significāt quid sit: aut nomen si fuerit quod significat ꝙ hoc est. Huius aūt sermo simpliciter significat sermonē magis perscrutandū. Diffinitionē autē non habet: nec illud ꝙ est per essentiā. Diffinitio eīm dicit̄ multis modis: sicut dicitur quiditas. Quiditas eīm quoquo modo significat substantiā & hoc: & alio modo vnūquodq; prædicamentorū. V. g. & quātitatem: & qualitatem & alia talia. Quemadmodū enim de substantia interrogatur per quid: similiter de quantitate. Quātitas igit̄ & quale sunt eorum quæ dicuntur per quid. Sed nō vt modo simplici: sed vt quidā dixerunt modo logico in eo quod est non modo simplici: sed illud quod non est tale: & qualitas etiam.

Quodquid est simpliciter est substantiarum.

14 Cum declarauit quod diffinitio simpliciter nō inuenitur nisi in substantijs non in accidentibus: quia sunt compositæ ex substantia & accidente: vult declarare quantum habent accidentia de intentione diffinitionis. Et dixit, ergo erit sermo, id est cum sit declaratū quod in alijs prædicamentis non inuenitur sermo substantiæ, id est diffinitiōis eius: dicamus igitur quod in vnaquaq; rerum quæ sunt non substantiæ inuenitur sermo qui significat illud quod est in ipso non diffinitio simpliciter. Et similiter si fuerit positum in eis nomen: illud nomen significat quod hoc est huius, id est significabit sermonem compositum ex duabus intentionibus subiecto, scilicet & prædicato. Et dicit hoc: quoniam si iste sermo: homo albus habet nomen: illud nomen significat hominem in quo est albedo. Deinde dixit, aut loco sermonis simplicis sermo maioris perscrutationis &c. id est aut dicamus loco eius, quod diximus diffinitionem simpliciter sermonem maioris declarationis quā nomen: quoniam si habuerint sermonem aut diffinitionem: non habebunt nisi illud quod est maioris declarationis quam nomen non diffinitionem simpliciter. Deinde dixit, diffinitionem autem simpliciter non habebunt &c. id est diffinitionem simpliciter nō habebūt nec quiditatē simpliciter. i. dantē esse: & quasi dicit: & ista nō habēt diffinitionem simpliciter: quia non habēt quiditatē simpliciter. Et cū declarauit ꝙ ista habēt diffinitiones quoquo modo declarauit ꝙ ista nominatio potest poni: qm̄ diffinitio dicit̄ multipliciter nō æquiuoce: & dixit: diffinitio eīm dicit̄ &c. i. diffinitio eīm dicitur multis modis secundū numerū eorū quæ dicunt̄ in interrogatiōe ad quid. D. incæpit numerare illos modos diuersæ quiditatis: & dixit illud eīm qđ dicit̄ quoquo modo &c. i. illud qđ significat quiditatē est modo priori: & diffinitio substātię

Distictio de quiditate.

substãtiæ & huius demonstrati, scilicet existentis per se. D.d.& alio modo vnũquodq; prædicamẽtorũ, id est illud q̃d significat quiditatem cuiuslibet prædicamẽtorũ significat alio modo. & causa in hoc est: q̃m quiditas in substãtia inuenit̃ alio modo ab eo quo inuenit̃ in alijs prædicamẽtis. In substãtia eñ inuenit̃ simpliciter: & in alijs prædicamẽtis secundũ quid: & ideo talis dispositio diffinitionũ quæ significãt has duas quiditates. Proportio eñ diffinitiõis ad diffinitionẽ debet esse sicut proportio quiditatis ad quiditatẽ. Et cũ dixit q̃ habẽt diffinitiones aliquas & quiditates aliquas: incæpit ratiocinari super hoc: & dixit: q̃m queadmodũ interrogatur &c. i. signum eius q̃ alia accidentia habẽt quiditates est: quemadmodum interrogamus per quid de quiditatibus substantiarum simpliciter: similiter interrogamus per quid quoquo modo de alijs prædicamentis. Verbi gratia, quid est quantitas: & quid est qualitas. Deinde dixit, sed vt quidam dixerunt &c. id est quoniam nomen diffinitionis in eis nõ dicitur modo simplici: sed diffinitio est in eis secundum quod dictum est in diffinitione priuationis, scilicet quod est illud quod non est tale nec tale, id est illud quod est nõ esse alicuius non esse simpliciter. Et dixit hoc: quoniam hoc nõ est aliquid quod non est simpliciter: si quoniam non est non esse simpliciter: sicut nec est esse simpliciter: sed non esse in respectu: cum non esse est non esse alicuius. Deinde dicit: & qualitas &c. & ita est de prædicamento qualitatis etiam in hoc sicut in alijs prædicamentis. Et appropriauit qualitatem vt mihi videtur: quoniam hoc nomen quale existimatur significare substãtiam cum quod interrogatur per ipsum in speciebus quæ significant substantias: & in indiuiduis significat prædicamentum quod dicitur quale quod numeratur in accidentibus.

E Proportio diffinitiõis ad diffinitionẽ est sicut proportio quiditatis ad quiditatẽ. Idem in sequenti. Priuatio nõ est non ens simpl'r vide oppositũ. j. phy. cõ. 79.

F Oportet quidem igitur intendere: & quomodo oportet dicere circa vnumquodq;. Non tamen magis quã homo habet. Quapropter & nunc: quoniam quod dicitur est manifestũ: & quod quid erat esse similiter inerit. Primũ quidem & simpliciter substantiæ. Deinde alijs: queadmodum quid est. Non simpliciter quid erat esse sed qualitati: aut quãtitati quid erat esse. oportet eñ aut æquiuoce hoc esse dicere entia: aut addẽtes: aut auferẽtes. Queadmodũ & quod nõ scibile scibile. Quoniã hoc quidẽ rectũ est: neq; æquiuoce dicere: nec eodẽ modo. Sed queadmodũ aliquid medicinale: eo quod ad idẽ quidẽ & vnũ: non idem autẽ & vnum. Attamen nõ æquiuoce. Nihil enim medicatiuũ corpus & opus & vas dicitur: nec æquiuoce: nec secũdũ vnum: sed ad vnum. Hoc quidem: igitur quocunq; modo quis velit dicere differt nihil. Oportet igit̃ vt latitudo sermonis in vnaquaq; rerum si secũdum q̃ oportet: & vt sit in sermone magis: & ideo si iste sermo quem modo diximus fuerit manifestus: erit illud quod est in essentia tale. Etiã & erit primo modo & simplici substantiæ deinde alterius etiã sicut est nõ illud

quod eſt per eſſentiam modo ſimplici: oportet igitur vt entia non dicantur eodem modo æquiuocationis ſed ſicut magis & minus. Sicut illud quod nō eſt notum etiā de noto & ignoto. Sermo enim verus qui non eſt modo ęquiuoco: ſed ſecundum ſimilitudinem: ſicut medicina quæ attribuit alicui: ita quod ſit idem: non ita quod ſit cum eo idem: nec modo æquiuoco etiā. Quoniā corpus medicinabile: & actio medicinabilis non dicuntur æquiuoce: nec vno modo: ſed reſpectu vnius. Iſta igitur ſint dicta à dicente quocunqꝫ modo voluerit. Quoniam inter ea non eſt differentia in ſermone omnino.

Oportet igit̃ vt ſermo de vnaquaqꝫ rerū ſit ſecundū ꝙ pertinet ad na 15
turā illi⁹ rei: & nō debet cōtinere magis ꝗ̃ illud qđ pertinet ad ſuā na- G
turā nec minus. Et.d.hoc: quia qui dicit accidētia habere diffinitiōes dicit ea habere magis ꝗ̃ habēt: & ſilr̄ qui dicit ꝙ nō dicit̃ de eis hoc nomen ens: & diffinitio: dicit ea nō habere illud qđ debēt habere. Et dixit hoc: vt mihi videt̃: qm̄ antiqui habebant in eis has duas opiniōes: & ipſe induxit mediū quæ eſt vera: & ideo dixit & ideo ſi iſte ſermo &c.i. & ideo ſi noſter ſermo de diffinitiōib⁹ eſt iuſtus: neceſſe eſt vt noſter ſermo de naturis quas ſignificāt diffinitiōes ſit talis. Et dixit hoc quia poſuit principiū perſcrutatiōis de iſtis naturis a diffinitionib⁹. D.d. & erit primo &c.i. & ſi noſter ſermo de diffinitionib⁹ fuerit verus: tūc diffinitiōes erūt duob⁹ modis. Quorū vnus primo & ſimplr̄ eſt diffinitio ſubſtātię: & hoc nō intēdebat cū dicit & erit primo modo & ſimplici ſubſtātiæ. Secūd⁹ nō prīo mō & ſimplici: ſed nō cōuenięti nature rei cui⁹ eſt diffō. Et hoc intēdebat cū dixit. d. alteri⁹ etiā ſicut. i. diffō erit primo mō ſubſtātiæ: q̄a eſt ens ſimplr̄. d. erit accidētis etiā ſicut eſt accidēs in ſuo eſſe cū nō ſit mō ſimplici. D.d. oportet igit̃ vt nō dicātur entia &c.i. & cū ſit declaratū ꝙ illud qđ eſt ſimplr̄ eſt ſubſtātia: & qđ iſta habēt alia entia: oportet vt hoc nomē ens nō dicat̃ de eis æquoce pure ſicut noīa quæ dicunt̃ de affirmatiua & negatiua: & vl̄r de oppoſitis: & hoc intēdebat cū. d. ſecūdū magis & min⁹: qđ em̄ addit affirmatiua diminuit negatiua: & ideo dixit ſicut illud qđ nō eſt notū: & verū etiā, id eſt ſicut illud qđ dixit hoc nomē noto de noto & ignoto. Et forte intēdit ꝑ hoc ꝙ hoc notū dicit̃ de noto ſciētia vera: & de noto ſophiſtice: & iſte modus æquiuocationis debet numerari inter modos nominū æquiuocorū: & hoc multū inuenit̃ in idiomate arabico. V.g. cearā qđ ſignificat lucē & obſcuritatē: & aliū quod ſignificat magnū & paruū.

Qui dixerit accidētia habere diffinitiones dicit ea habere magis ꝗ̃ habēt: & q negat diffinitionē in accidētib⁹. d. ea hr̄e min⁹ ꝗ̃ dicūt habere.

D.d. ſermo em̄ verus &c.i. ſermo em̄ verus de iſtis eſt ꝙ hoc nomen ens dicit̃ de ſubſtātia & de alijs prædicamētis nō modo æquiuoco: ſed ſecundū ꝙ alia attribuunt̃ eidē: ſicut plura attribuunt̃ medicinæ: & nō eſt idē in reb⁹ attributis: & hoc intēdebat cū dicit nō quia nō eſt idem cū eis vnū &c.i. & iſta attribuuntur eidē: tamē illud idē nō eſt in eis in oībus: ſed in reſpectu. V.g. qm̄ cū dicimus herba medicinalis: & inſtrumentū medicinale attribuunt̃ eidē, id eſt medicinæ: ſed non eſt eadē intentio medicinæ in inſtrumēto ſicut in herba: quoniā ſi ita eſſet: eſſet ſermo in eis ipa eſſe medicinalia ſicut ſermo in reb⁹ multis viuis ipſa eſſe aīalia.

animalia. D.d.neq; modo æquiuoco.i.& cũ ita ſit hoc nomen ens nõ
H ſignificat prædicamenta modo æquiuoco:neq; vniuoco. D.d.non enĩ dicimus corpus medicabile &c.i.& hoc nomen ens non dicitur de eis æquiuoce neq; vniuoce:quia hoc nomẽ ens dicitur de accidentibus :ſicut dicitur corpus medicinale & actio medicinalis:& iſta non dicuntur æquiuoce neq; vniuoce. Et dicit hoc:quoniã dicere vnũquodq; prædicamentorum eſſe ens eo qđ deriuatur ab eſſe:ſed eſſe non ſecundum vnam & eandem intẽtionem eſt in vnoquoq; eorum:quemadmodũ herba & inſtrumentũ attribuuntur medicinæ:ſed medicina nõ inuenitur in eis eadem omnibus modis:niſi inquantum quidem inducunt vnũm finẽ: & proueniunt ab eodem agente.ſ.medicina. D.d.iſta igitur dicantur &c.i.& cũ iſta intentio fuerit:intellecta per hoc nomen ens:tunc homo vocat omnes iſtos ſermones fingentes naturas accidentium quomodocũq; voluerit diffinitiones:,& ſi voluerit deſcriptiones & diffinitiones ſunt ſubſtantiæ tamen:& ideo dixit poſt.

Hoc nomẽ ens nõ ſignificat prædicamẽta modo æquiuoco: nec vniuoco : vide 4. me.c. 2. & pri. phy. 13.2.de aĩa. 30.12. me. 21.22.&.5. met.14. Hinc ſumitur qđ non quælibet ratio notificans rem ſit diffinitio.

Illud autem palam quia quæ primo : & ſimpľr diffinitio: & quodquid erat eſſe ſubſtantiarum eſt:& nõ ſolũ : ſed etiam aliorum ſimiliter eſt.verũtamẽ non primo. Nõ enim eſt neceſſe:ſi hoc ponimus huius diffinitionem eſſe quod vtiq; rationi idem ſignificat:ſed cuidam rationi.Hoc autem ſi vnius fuerit:non eo quod continuum:ſicut illas:aut quæcũq; colligatione:ſed ſi quotiens dicitur vnũ.Vnũ verò dicitur ſicut ens . Ens
I autem hoc quidem hoc aliquid:aliud verò quãtitatem : aliud qualitatem ſignificat.Quapropter erit albi hominis ratio & diffinitio.Alio verò modo: & albi : & ſubſtantiæ. Et hoc eſt manifeſtum quod diffinitio primo modo:& ſimpliciter:& qd eſt per eſſentiam:eſt ſubſtãtiæ:& eſt aliorum ſimiliter etiã: ſed nõ primo modo.Nõ enim eſt neceſſe ſi nos poſuerimus aliqđ ſubiectũ eſſe vt ſua diffinitio quæ ſignificat ipſum ſic ſicut ſi ergo ſermonis : ſed aliquis ſermo . Et illud etiam quandò fuerit vnum:nõ ita quod ſit cõtinuum:ſicut dictamẽ abaln:& omnia quæ copulantur per aliquod ligamentum:ſed cum fuerit vnũ ex eis modum ſecundum quos dicitur vnum.Ens igitur quoddam ſignificat hanc ſubſtantiã:& quoddã quantitatẽ: & quoddam qualitatem.Et ideo homo albus habebit ſermonẽ& diffinitionem:ſed alio modo:& ſubſtantia alio modo.

16 Cum.d.qđ nulla eſt differẽtia inter hoc qđ homo vocat ſermones ſignificantes quiditates cuiuslibet prædicamenti:diffinitiones autem nõ ſcilicet qñ intellexerit naturã eſſendi in quolibet eorũ. D.ſed hoc eſt manifeſtũ &c.i.declaratũ eſt igiť ex hoc ſermone φ diffinitio primo modo & ſimpľr & qditas ſimpľr quã ſignificat diffinitio eſt ſubſtãtiarũ:& manifeſtũ eſt φ alia etiã habẽt diffinitiões ſiľr:ſed nõ primo modo ſcilicet ſimplici:ſed ſecũdario. D.d.nõ eñ eſt neceſſe &c.i.nõ eñ eſt neceſſe ſi poſue-

si posuerimus aliquid esse vt habeat diffinitionē significantem ipsum ad modum significationis diffinitionis simplicis, sed tantum est necesse cum non habuerit diffinitionem simplicem vt habeat aliquam diffinitionem. D.hoc ne aliquis dicat quod substantia est vna omnium rerum. Et cum.d.ꝙ illa quæ habēt diffinitiones debent esse vnum, excepit ex eis illa quæ dicuntur vnū per ligationē & contactū cū ista non habeāt diffinitionē, neq; simpliciter, neq; secūdū qd, &.d. & illud etiā &c.i.& est necesse vt aliquid habeat diffinitionem, qm̄ hoc nomē vnū dicitur de eo, nō sicut dicitur de aliquo dictamen esse vnū, quia copulatur per coniunctiones, aut quia est eiusdem intentionis, & vniuersaliter quia omnia dicuntur vnum per ligamenta & copulationē, sed cum dicitur vnū aliquo modo vero eorū secundum quos dicitur hoc nomē vnū, dictū est in tractatu in quo distincta sunt omnia. D.d.ens vero quodam significat &c.i.& cū hoc nomen ens significat substantiā hanc, & quoddā hanc quantitatē, & quoddā qualitatē, manifestū est ꝙ nō eadē intentione est eis omnibus diffinitio & nomē. D.d. & ideo albus homo habebit sermonem &c.i.homo albus habebit etiā nomē & diffinitionem, & similiter vnūquodq; prædicamentorum, sed diffinitio & nomen est eis alio modo, & substantia alio modo.

Illa quę sūt vnū per ligationē & cōtactū nō habent diffinitionem neq; simplr neq; secundū qd. 5.met. text. com.7.

CAPVT. V.



Habet autē dubitationem si quis nō dicat diffinitionē esse ex additiōe rōnē cuius, nā erit diffinitio ipsorū nō simpliciū sed copulatorū. Ex additione em̄ necesse palam facere. Dico aūt vt est nasus, & cōcauitas, & simitas ex duobus dictū, eo ꝙ hoc in hoc est, & nō secundū accidēs, neq; cōcauitas neq; simitas passio nasi: sed secūdū se. Neq; vt albū calliæ, aut homini, qa callias albus cui accidit hominē esse. Sed vt masculinū animali & quātitati æquale, vt oīa quæcūq; secundum se dicuntur existere. Hæc aūt sunt in quibuscunq; existit, aut ratio, aut nomē, cuius hæc passio, & non cōtingit ostēdere separatū sicut albū sine homine contingit, sed non fœmininū sine animali. Quare horū quod quid erat esse, & est diffinitio, aut non est alicuius, aut si est aliter est quēadmodū diximus.

Hic sumit ꝙ passiōes ꝓprię non possunt diffiniri sine subiecto.

Si igitur aliquis dixerit sermo qui recipit additionē nō est diffinitio, erit in hoc error, qm̄ si non fuerit, quid igitur est diffinitio eorum quæ non sunt simplicia, sed cōgregata insimul. Necesse est igitur vt significentur, ita ꝙ recipiant additamentū. V.g. nasus & concauitas & simitas quæ dicitur ex vtroq;, hoc em̄ est in hoc, & cōcauitas nō est passio nasi modo accidētali, neq; simitas, sed ꝑ se. Et nō sicut calliæ, aut homines qui est callias albus, qm̄ accidit ei ꝙ sit homo, sed sicut masculinū in animalibus, & æquale in quātitate, & oīa quæ dicunt per se sunt rerū. Et ista omnia quæ sunt in eis, aut diffinitio, aut nomē, cuius est

ius est ista passio, & non potest significare sine ipso alio modo sicut albũ potest sine homine, sed fœmina sine animali non potest. Ergo aut non est habitum ab istis illud quod est per essentiã, & diffinitio etiam, aut si fuerit erit alio mõ sicut diximus.

17 Dixit Arist. si igit aliqs dixerit &c. i. si igit aliqs dixerit ꝙ diffinitiones in qb⁹ addit natura alia a natura diffiniti nõ sunt diffinitiones oĩno, in hoc erit dubitatio. D. d. qm̃ si nõ fuerit &c. i. sed huic positioni cõtinget improbabile, & est vt diffinitiones sint simpliciũ & nõ cõpositorũ ex substãtia & accidẽte cõpositiõe essentiali, nõ cõpositione accidẽtali, vt hõ albus, & ideo. d. necesse est igit &c. i. necesse igit dicere in diffinitionib⁹ quã significãt res cõpositas essentialiter ex substantia & accidẽte eas recipere additionẽ. D. d. V. g. nasus &c. i. V. g. nasus & cõcauitas & simitas quę significãt nasum & cõcauitatẽ. D. d. Hoc eñ in hoc &c. i. & est necesse vt diffinitio simitatis sit ex ambob⁹, quia simitas significat nasum & cõcauitatẽ, & cõcauitas nõ est passio existens in naso per accidẽs, sed per se. & etiam simitas nõ est in naso sicut albedo in Sorte aut in homine. Simitas eñ est in naso de accidentibus in essentialibus albedo aut est in homine de accidẽtibus non essentialibus, & ideo nõ necesse est vt homo accipiat in diffinitione albedinis, sicut est necesse vt nasus accipiat in diffinitione simitatis. Hoc eñ nomẽ significat ambo. s. concauitatem & nasum. D. d. accidit enim ei &c. i. accidit enim albo ꝙ sit Sortes aut homo. D. d. sed sicut masculinum &c. i. sed cõcauitas in naso est sicut masculinitas in animalib⁹, & æqualitas in quantitate. Et intendit ꝙ nasus diuiditur in simum & non simum, sicut animal in masculum & feminam, quantum in æquale & in inæquale. D. d. & ista sunt omnia &c. i. & ista accidẽtia sunt accidẽtia & passiones in quorũ diffinitiõe accipitur, aut diffinitio rei cuius est ipsa passio, aut nomẽ eius. D. d. & non potest significare sine ipso. i. & nomẽ illius passionis, & diffinitio eius non possunt significare ipsam sine eo ꝙ significant suum subiectũ. sicut est possibile in albo & sua diffinitione. i. ꝙ non indigent significare hominẽ, sed quẽadmodũ fœmina non potest significari a suo nomine, aut a sua significatione sine animali, ita simitas non potest intelligi sine naso. D. d. ergo aut non est habitum &c. i. ista ergo aut non habent quiditatẽ verã & diffinitionem veram, aut si habẽt, habẽt alio modo & secũdario. Et hoc est ita, quoniam subiecta talium accidentium non sunt sicut genera differẽtiarũ sunt enim diuersa secũdũ genus, & secũdũ naturã, qđ nõ cõtingit in genere & differẽtia drarum, neqꝫ illud qđ cõgregat ex eis & ex subiecto est vnũ in actu, sicut illud quod congregatur ex differentia & genere, & ideo substãtiæ sunt digniores diffinitionibus & quiditatibus.

M In diffinitione accidentiũ essentialiũ ponit obiectũ non in diffinitione accidẽtiũ p accidens.

Est aũt & alia dubitatio de eis. Si enim idem est simus nasus & concauus nasus, idem erit simum & concauum. Si verò non, quia impossibile est dicere simum sine re cuius est passio secundum se, & est simum concauitas in naso. Nasum simum dicere aut non est, aut bis idem erit dictum, nasus nasus concauus. Nasus enim simus nasus concauus erit. Propter quod incõ

ueniens est inesse talibus quod quid erat esse. si autem non in infinitum sunt. Naso namque nasi simum adhuc aliud inerit. Palam itaque quia solius substantiæ est diffinitio.

Et in istis rebus est alia dubitatio. Quoniam si idem est nasus simus, & nasus concauus idem est simum & concauorum crurium. Et si non, quia impossibile est vt dicatur simus per se sine illo cuius est passio. Et si simus est concauitas in naso, aut impossibile est vt dicatur nasus simus, aut idem dicetur bis, aut erit nasus aut simus, & ideo talia non debent habere quod est per essentiam, & si non proceditur in infinitū. Nasus nasus itaqꝫ post non erit aliud. Manifestum est igitur quod diffinitio est substantiarum tantum.

Cum declarauit ꝙ ista diffinitio vera est substātiarū tm̄, quia habent genera & differentias & in suis diffinitionibus nō inuenit̃ additio, & quod accidentia nō habet diffinitiones, qm̄ in suis diffinitionibus accipiuntur diffinitiones suorū subiectorū, quæ nō sunt genera eis, sed aliȩ naturæ. Et accidētia sunt in subiectis duob⁹ modis, aut accidentaliter, vt albedo in homine, aut essentialiter vt simitas in naso, & masculinitas in animalibus, & primus modus istorū duorum non habent diffinitionem omnino. Diffinitio enim significat res terminatas in diffinito, quia qui considerat ad istum modū accidētiū & non ad aliū, negat accidentia habere diffinitiones omnino, & qui cōsiderat etiā accidētia habentia subiecta essentialia affirmat eas habere diffinitiones simpliciter, ideo incepit declarare quod substātias habere diffinitiones est manifestum: & ꝙ accidētia habēt aliquid de intētione diffinitionis, & quȩstio contingens in hoc ex accidentibus quæ sunt in subiectis per accidens soluitur ex hoc. s. qn̄ accipiuntur in suis subiectis essentialibus, quia tunc habebūt nomina quæ significant vtrūqꝫ vt simitas. Et quia aliquis potest dicere in talibus accidentibus, quia habent diffinitionē substantiæ, & quæ sunt tanquam differentiæ suis subiectis, & sua subiecta tanquam genera, incepit & declarare impossibilia cōtingentia huic positioni. Et.d. & in istis rebus &c.i. & est qūo est dicere quod simitas est dr̄ia substātialis nasi, & ꝙ illud qd̾ cōgregat̃ ex eis est vnū, sicut est dispositio in dr̄ia cū genere. Cōtinget cm̄ dicēti hoc vt nasus simus, & nasus concauus sint idem, qm̄ cōcauitas est differētia substātialis in naso, & sic nasus cōcauus erit idem cū naso simo, & ex hoc cōtingit ꝙ crura cōcaua & nasus simus sunt idem. s. eiusdē speciei, qm̄ subiectū cōcauitatis est tanquā genus concauitatis, & concauitas tanquā dr̄ia, & sic oīa in quibus inuenitur concauitas sunt eiusdem speciei, quēadmodū om̄ia quæ constituuntur per eandē differentiam sunt eiusdem speciei. D.d. impossibile enim est vt simus sit per se.i. & contingit, quia impossibile est fingere ꝙ simitas existat per se sine subiecto. D.d. & si simitas est cōcauitas in naso &c.i. & si simitas significat concauitatem in naso sicut nomen significat congregatū & dr̄ia & genere, vt homo animal rōnale mortale, necesse est vt nasus nō disponat̃ per simitatem dicēdo nasus

18
N
Accidentia sunt duob⁹ modis. Idē supra cō.17 &.j.ph.29.
O

Accidētia p accidens nō habēt diffinitionē oīno, sed oppositū videtur dicere supra.14.& 5.com.2.

Omnia quȩ cōstituūtur per eandem differentiā sunt eiusdē speciei.

sus simus, qm̄ tunc ante dicetúr idem bis .s. quod dicere nasus simus erit tanquam differentiæ nasus nasus, aut dicere animal homo, aut simus significat aliquod oppositum ei quod significat nasus, aut simitas erit aliquid existens per se sine naso. Et hoc intendebat cum .d. aut erit nasus aut simus, & hoc est necesse quando concauitas fuerit differētia substātialis, qm̄ nasus est ei tanquā genus. & sic hoc nomē simitas continet ipsum sicut genus continet speciem compositam ex genere & differentia. Et cum dicitur nasus est simus accidit nugatio quæ non accidit si concauitas est accidens in naso. Hæc enim simitas non consignificat nasum nisi per continentiam. Et si dicitur aperte non sequitur impossibile, scilicet quin dicitur nasus simus, cum profunditas sit in eo accidens erit in potentia. Et cum dicitur in actu non sequitur impossibile. Si autem profunditas esset substantia in naso, tunc hoc nomen simitas consignificaret nasum in actu, & tunc esset dicere nasus simus, sicut dicere nasus nasus. Et ideo. d. & ideo ista non habent aliquid quod est per essentiam &c. id est, & manifestum est igitur quod si illud haberet diffinitionem veram contingeret vt nasus haberet nasum, & nasus nasum, & sic in infinitum, ita quod impossibile esset inuenire nasum postquā non esset alius. Et cum declarauit quod sequitur ex his sermonibus talis nugatio. Deinde manifestum est igitur quod diffinitio est substantiarum tantum, id est, propter impossibile prædictum.

Hinc sumi solet q̄ aggregari per accidēs non est diffinitio

P Nam si aliarum cathegoriarum necesse est ex additione esse vt æqualis & imparis, non enim est sine numero, nec quæ feminini est sine animali, ex additione verò dico in quibus accidit idem bis dicere, sicut in his. Si verò hoc verum non copulatorum erit vt numeri imparis, sed latet, quia non recte dicuntur rationes, si verò sunt & horū termini, aut alio modo sunt, aut quemadmodū dictum est multipliciter oportet dicere esse diffinitionem & quod quid erat esse. Quare sic quidem nulli⁹ erit diffinitio, nec quod quid erat esse alicui inerit nisi substantijs, sic autem erit. Quod quidem igitur est diffinitio quæ quidem ipsius quid erat esse ratio, & quid erat esse, aut solū substantiarum est. & maxime & primum & simpliciter palam.

Et si est aliorū prædicamētorū inesse est vt sit ex additiōe vt diffinitio quātitatis & numeri, qm̄ nō est sine numero, nec illa quę est femine est sine animali. Et sermo q̄ est ex additiōe quę accidit ex eis est dicere bis idē, sicut est in istis. Et si est verū nō erit incongregatus insimul vt numerus impar, sed latet quod diffinitiones nō dicunt̄ perfectæ. Si igit̄ istæ habēt diffinitiōes sunt alio mō sicut dictū est. Dicamus igit̄ quod diffinitio & illud quod est per essentiā dicit̄ multis modis. Ergo quoquomō nihil oīno habet diffinitionē, aut illud quod est per essentiā, nisi substātiæ, & quoquomō hn̄t. Quoniā aūt diffinitio est sermo

eius

eius quod est per essentiam: & illud quod est per essentiam solummodo substantiarum: aut magis primo modo & simpliciter manifestum est.

Id est: & si alia prædicaměta habẽt diffinitionẽ necesse est vt in illis diffinitionibus sit additio supra naturam diffiniti. D.d. vt diffinitio quantitatis &c. i. sicut diffinitio quantitatis & imparis. Impar enim non diffinitur sine numero: nec numerus sine quantitate. Et similiter femina nõ potest diffiniri sine eo qđ in sua diffinitione accipitur. s. animal: & ista sunt subiecta eorũ: subiecta igitur eorum adduntur in diffinitionibus eorũ. D.d. & sermo qui est ex additione &c. id est & accidit in diffinitione in qua est additio. s. diffinitione accidentis quando nitit aliquis diffinire illud qđ componit ex subiecto & accidente: dicere idẽ bis. s. subiectũ in diffinitiõe: necesse est enim diffinire subiectũ per se: sed quia in diffinitio accidentis accipit subiectũ cõtinget subiectũ dici bis in diffinitione: & si est verũ ꝙ in diffinitionibus istorũ est additio. i. ꝙ idem dicit bis in diffinitione cõgregati ex duobus: ideo res congregata ex duobus nõ habet diffinitionẽ. V.g. numerus impar. Et quia sermones compositi ex substantijs nõ dicunt esse vnũ secundũ congregationẽ cũ sint vnũ in actu plures in potentia econtrario ei quod est in sermonibus compositis ex substantijs & accidentibus. D.d. sed latet &c. id est sed latet ꝙ diffinitiones non dicunt eodem ordine: nec quærit in eis perfectio eodẽ modo: & ideo si ista habent diffinitiones sunt alio modo diffinitiones. s. accidentiũ & diffinitiones eorũ quæ congregant ex accidentibus & substantijs. Deinde. d. dicamus igitur ꝙ diffinitio &c. id est ponamus igitur secundũ quod apparet ex sermone hoc ꝙ diffinitio dicitur multis modis: ergo quoquomodo debem⁹ dicere ꝙ nihil habet diffinitionẽ præter substantiã: & alio modo possumus dicere ꝙ oĩa habẽt diffinitionẽ. Et. d. hoc: qm̃ qñ intelligit per diffinitionẽ illud qđ dat qditatẽ rei propriã sibi: & cõuenit nomini sinẽ additioue & sine iteratione: tũc diffinitio nõ erit nisi in substãtijs: & cũ fuerint accepta alia quę sunt præter substantiã scđm ꝙ sunt entia cõtinget vt habeãt diffinitiones. Et cũ fuerit positũ ꝙ diffinitio dicit multis modis dissoluetur qõ: & ista est dispositio demõstratiõis cũ sermonib⁹ logicis. s. qa distingunt partẽ veram a falsa. Dicere enim accidentia habere diffinitiones quodãmõ est falsum: qa nõ habẽt diffinitiones substãtiæ: & quodãmõ verũ est: qa habẽt aliquas diffinitiones. D.d. qm̃ autẽ diffinitio &c. i. declaratũ est igit ex hoc sermone ꝙ diffinitio simpl'r est sermo qui significat quiditatẽ rei: & ꝙ quiditas nõ inuenit nisi in substãtijs tm̃: aut magis in substantijs: & modo priori & simpliciori. 19

Ista est dispositio demonstrationis cum sermonibus logicis. s. quia distinguunt partẽ verã a falsa: vide ꝑ hoc. 52. & 53. primi phy.

Capitulum Sextum.



Trũ aũt idẽ est aut alterũ qđ qd erat esse: & vnũquodq; ꝑscrutãdũ est. Est em̃ aliqd preopere de substãtia ad perscrutationẽ. Singulũ em̃ nõ aliud videt esse ã suimet substãtia: & qđ qd erat esse dicit singuli substãtia. In dictis itaq; scđm accidẽs videbitur vtiq; diuersum esse: vt albus homo: alterũ

et albo hõi esse. Si enim idem homini esse & albo homini idẽ: idem enim homo & albus homo vt dicunt: quare & albo homini & homini: aut nõ necesse est quæcũq; secũdũ accidẽs esse eadem: cũ per se existẽtibus. Non enim similiter extremitates fiunt eædem: sed forsitan illud videt accidere extremitates fieri eadẽ secundũ accidẽs vt albo esse & musico. Videtur aũt nõ. In dictis vero secundũ se, semper necesse idem esse: vt si quæ sunt substãtiæ quib⁹ alteræ nõ sunt substãtiæ: nec alterę naturæ priores quales dicunt ideas esse quidã. Si eñ erit alterũ ipsum bonũ & qđ bonũ esse & aĩal: & qđ aĩali esse: & ens & quod enti erũt aliæ substãtiæ & naturæ & ideæ præter dictas: & priores substãtiæ illis si qđ quid erat esse substãtiæ est. Et si quidẽ absolutæ abinuicẽ: harũ quidẽ nõ erit sciã: hæc aũt nõ erũt entia. Dico aũt absolui si nec bono ipsi existit esse boni: nec huic esse bonum. Sciẽtia eñ cuiuslibet per hoc qđ quid erat illi esse: & in bono & in aliis simił͛r se habet. Quare si nec bono eẽ bonũ. nec ꝙ enti ens nec ꝙ vni vnũ. Simił͛r aũt oĩa sunt: aut nullũ quod qđ erat esse. Quare si neq; quod enti ens nec aliorũ vllũ. Amplius cui nõ inest bono esse nõ bonũ. Necesse igitur vnũ esse benignum & benigno esse: & bonum & bono esse: & quæcunq; non secundũ aliud dicũtur: sed primo & secundum se. Etenim hoc sufficiens si extiterit: quãquã non sint species: magis autem forsan & si sint species. Sed perscrutemur vtrum qđ est per essentiã & singulare sint idem antequã perscrutemur de substãtia. Singulare enim nõ existimatur esse aliud quã substantia in qua est: & dicit ꝑ qđ qd est ꝑ essentiã est substãtia singularis in eis: aut quę dicũtur ꝑ accidẽs rectũ est existimare esse aliũde. V.g. homo alb⁹ est aliud: & quid est albi hominis ꝑ essentiã est aliud. Qm̃ si fuerint idẽ: tũc essentia hominis & homo alb⁹ idẽ erũt. Homo eñ & homo albus vt dicũt sunt idẽ: ergo homo albus & homo etiã. Aut nõ erit necesse vt sint idẽ oĩa quæ sunt ꝑ accidẽs: qm̃ non erũt eadẽ extrema. Sed rectũ est existimare hoc accidere eis vt essentia albi & musici: sed hoc nõ videtur. In eis autem quæ dicuntur per se rectũ est: vt sint idem necessario: sicut dicimus si aliquæ substãtiæ sint primæ: & non sint substantiæ aliorũ: nec naturæ aliorũ: sicut quidã dicunt de formis. Quoniam si bonum est illud ꝙ bonum erit & essentia boni etiã: & aĩal & essentia aĩalis: & essentia entis & ens: & aliæ substãtiæ: & naturæ & formæ & aliæ ab eis quæ dicũtur: & ille substãtiæ sunt

Q. In dictis secundum se necesse est idẽ esse subiectũ & prædicatum.

ſunt priores ſi quid eſt per eſſentiam ſit ſubſtantia:& ſi ſint abſolutæ abinuicem:quedam nō ſcientur per ſcientiā:& quedam nō erunt entia.Et dicimus ea eſſe abſoluta ſi bonū per ſe nō habet eſſentiam boni:neq̧ illud quod dicitur hoc:habet eēt eſſentiam boni . Scire enim cuiuslibet rei hic eſt ſcilicet ſcire quid eſt per eſſentiā:& ſimiliter in bono:& de alijs ſimiliter.Si ergo bonum non habet eſſentiam boni:ergo ens non habet eſſe: neq̧ vnū.Et ſimiliter omnia aūt habebūt quid eſt per eſſentiā: aut non habebunt.Et ſi ens non habet:ergo neq̧ omnio aliud. & etiam illud quod nō habet boni eſſentiam. etiam eſt bonū. Ergo neceſſe eſt vt bonum & eſſentia boni ſint idem: & ſtudium & eſſentia ſtudij ſint idem:& omnia quæ dicuntur non de alijs:ſed ſunt prima per ſe etiā.Quoniā in iſtis eſt ſufficientia ſi ſint formæ:& ſi non ſint:ſed dignum eſt etiam vt ſint formæ:& non eſt manifeſtum ſi ſint inſimul.

Cum declarauit ꝙ quiditates ſimplices non inueniunt niſi in ſub/ 20
ſtātias & quæ per illas ſunt ſubſtātiæ:vult hic perſcrutari.vtrū iſta ſubſtantia quæ eſt quiditas & ſubſtantia ſingularis ſcilicet indiuiduum ſubſtantiæ ſint idē:ita ꝙ quiditas quæ eſt ſubſtantia eius ſit quiditas ſingularis: illud ſingulare eſt ſubſtantia per iſtam quiditatē : aut quiditas rei ſit aliud a re in actu. Et queſiuit hoc ꝓpter formas quas dicit Plato:quoniā ſecundū illā opinionē erunt quiditates primarū ſubſtatiarū aliæ a primis ſubſtantijs:quia ſunt etiā primæ ſubſtantiæ exiſtentes per ſe. Et.d.ſed perſcrutemur &c.id eſt & cū ſit declaratū ꝙ quiditates ſunt ſuaſtantiarū ſingulariū:perſcrutemur vtrū ſubſtantia quæ eſt quiditas & ſubſtantia ſingularis ſunt idē,aut nō:anteq̄ perſcrutemur de ſubſtantia quā ſignificat diffinitio quid ſit. D.d.ſingulare enim exiſtimatur &c.id eſt apparet enim ꝙ ſingulare nihil aliud eſt q̄ ſubſtantia cuius eſt ſcilicet quiditas eius:& apparet etiā econtrario ſcilicet ꝙ ſubſtātia quæ eſt quiditas eſt ſubſtātia ſingularis.v.g.Sortes eſt animal rationale.Sor.eēm nihil aliud eſt q̄ animalitas & rationalitas quæ ſunt quiditates eius.nec animalitas:& rōnalitas ſunt quiditates,niſi Sor.& Pla.

R Sortes nihil aliud eſt q̄ animalitas: & rationalitas quę ſunt qditates ei⁹.

D.d.illa autē quæ dicūtur per accidens &c.id eſt cōpoſita aūt ex ſubſtantijs & accidentibus quæ ſunt vnū per accidens dignū eſt exiſtimare ꝙ prædicabilia eorū non ſint eadē cū quiditatibus eorū de quibus ſupponuntur. D.d.V.g.homo albus eſt aliud &c.id eſt.V.g.quoniā homo albus eſt aliud ab homine ſimpliciter.qm̄ ſi homo ſimpliciter & homo albus eſſent idē:tunc quiditas hominis & quiditas hoīs albi eſſent idem. D.d.homo enim &c.contingit enim dicentibus hoc dicere ꝙ idem eſt dicere homo:& dicere homo albus.d.notificauit etiam ꝙ contingit dicere ecōtrario &.d.ergo homo albus & homo &c.id eſt & etiā homo albus erit homo tantum. D.d.quoniam autem non eſt neceſſe &c.id eſt quoniā autem impoſſibile eſt vt prædicatū & ſubiectum ſint idē in prędicalibus accidētalibus:manifeſtū eſt ex his.ſ.ꝙ prædicatū & ſubiectū quæ ſunt extrema nō ſunt idē per ſe.V.g.muſicus albus. Et

proſunt in generatione ſubſtantiarum neq; in generatione accidentium id eſt quod ſi intendunt ꝙ formæ vniuerſales ſunt cauſæ agentes formas particulares non proſunt in generationibus, ſcilicet in generatiõe ſubſtantiarũ & accidentiũ. Omnis enim generatio manifeſtũ eſt qđ fit per tranſmutationẽ materiæ: & materia eſt indiuiduũ generãs. Et dicit hoc qa impoſsibile eſt ꝙ formæ ſeparatæ trãſmutẽt materiã: nõ eñ trãſmutat materiã niſi illud qđ eſt in materia: & ideo cõtingit dicẽtib⁹ mundũ generari ꝙ trãſmutans ipſum ſit aliqđ indiuiduũ. ſ. corpus particulare. D. d. & nõ erũt ſubſtãtiæ per ſe ꝓpter iſta. i. & impoſsibile eſt ꝙ ſubſtãtiæ ſint ſeparatæ exiſtẽtes ꝑ ſe ad generãdũ ſubſtãtias particulares. Manifeſtũ eſt eñ in plurib⁹ generalib⁹ ꝙ pater eſt ſimilis filio in forma: ſed etiã ꝓpter hoc nõ ſunt idẽ: qm̃ nõ eſt verũ dicere ꝙ pater eſt filius: aut filius pater: ſed vnũ ſecundũ formã. D. d. ſicut eſt in reb⁹ naturalibus. i. ſicut eſt diſpoſitio in ſpecieb⁹ generalibus quarũ generatio eſt naturalis. V. g. homo qui generaẽ ab hoĩe & equus ab equo. D. d. homo eñ generat hoĩem &c. i. oĩs eñ ſpecies generat ſpeciẽ ſibi ſimilẽ. V. g. homo hominẽ: niſi generatio ſit per accidẽs: & nõ ſecundũ naturã: vt mulus qui generatur ab equo & aſino. Et induxit hoc exemplum ad verificandum propoſitionem vniuerſalem dicentem ꝙ omne qđ generaẽ generaẽ a ſuo ſimili in forma. Dubitatur enim in hac ꝓpoſitione ex aĩalibus propinquarũ ſpecierũ quorum congregatiõe generaẽ aliud animal in ſpecie vt ab equo & aſino mulus. Et ideo ad verificandũ hanc ꝓpoſitionẽ dicendũ eſt quod omne generatum generatione actuali. i. generatione non ceſſabili generatur a ſuo ſimili. Et reſpondetur ad hoc per hoc quod dixit. & hoc ſimile eſt etiam nominatur enim &c. id eſt & hoc non negat vniuerſalitatem propoſitionis dicẽtis quod omne quod generatur: generatur a ſuo ſimili in forma. Mulus enim generatur a natura ſibi ſimili: & eſt natura communis equo & aſino. D. d. teſtimonium famoſum ſuper hoc ex hoc quod nomen muli apud eos ſignificat communem naturam. D. d. rectum eſt igitur vt ambo ſint æqualia id eſt rectum eſt igitur vt ex duobus ſeminibus generetur natura æqualis id eſt temperata. Et innuit hoc quod dicit in libro de animalibus quod ſperma aſini eſt frigidum: & ſperma equi calidum: & temperantuẽ apud mixtionem: & fit illic natura media inter equum & aſinum.

Impoſſe eſt ꝙ formę ſeparatæ trãſmutent materiam. Idẽ infra. c. 31.

N

Omne gñatũ gñatione actuali gñaẽ a ſibi ſimili in ſpẽ: vide etiã pro hac propõne. c. 24. 12. hui⁹.

Deinde dixit manifeſtum eſt igitur quod non oportet &c. id eſt rerũ quæ generantur inter duas ſpecies, id eſt quæ generantur a putrefactione. Deinde dedit ſignum ſuper hoc & dicit ſi non magis quæritur in iſtis reb⁹ &c. i. & ſi natura indigeret in generatione rerũ quæ non generaẽ ſemp exẽplari: tũc generabilia magis indigerẽt illa quæ ſunt diffinitiõe & noĩe ſubſtãtiæ digniora. D. d. ſed vt generãs poſſit &c. i. ſed ſufficit in generatione vt in generante ſit potentia ad generandum formam ſibi ſimilẽ in materia quæ eſt in potẽtia forma eius. i. quia actio ei⁹ nihil aliud eſt ꝙ̃ extrahere illud qđ eſt in potẽtia in actum: & erit cauſa a in multiplicatione generabilium ab vno generante multiplicatio materierũ in quas agit: & vniuerſaliter ipſum agere in aliud: & vt generãs & generatum cum hoc ſint idem in forma. Et hoc intẽdebat cũ dicit & vt ſit Sor. & Callias &c. i. quoniã ſi generatio eſſet a formis ſeparatis non poſſibile eſſet vt iſte formæ eſſent cauſæ eius quod apparet

Vide. 2. ph. 45.

Actio agẽtis nihil aliud ẽ ꝙ̃ extrahere illud qđ ẽ ĩ potentia ad actũ. Idẽ. 8. me. com. 15. & 12. meta. com. 18.

a Cãĩ mul/

ret fcilicet quod generans & generatam funt duo in numero, & vnum in forma.

tiplicatione generabiliũ ab vno generãte eft multiplicatio materierum in quas agit vide. 7. met. com. 40.

CAPVT IX.



DVBITABIT autẽ aliquis quare alia fiunt arte & à cafu vt fanitas:alia non vt domus. Caufa vero eft:quia hoc quidẽ eft materia incipiens generationis in facere & fieri aliquid eorũ quæ ab arte in qua exiftit aliqua rei pars. Hoc quidẽ talis eft qualis moueri ab ea: illa vero nõ,& huius hæc quidẽ potens:hæc autẽ eft impotẽs. Multa nãq; poffunt quidẽ ab ipfis moueri:fed nõ fic:puta faltare. Quorum igitur talis eft materia vt lapides impofsibile fic moueri nifi ab alio. Sic tamen vtiq; & ignis. Propter hoc: hęc quidem non habent fine habente artem:hæc autem erunt. Ab his enim mouebuntur non habẽtibus artem quafi artem. Moueri vero potentibus eis:aut ab aliis nõ habentibus artem:aut ex parte.

Et forte quæret aliquis quare quædã fiunt artificio & ex fe etiã vt fanitas,& quædam nõ vt domus. Et caufa iftius eft quoniã materia quarũdam rerum quæ eft principiũ generationũ fuarum:aut in generatione alicuius ex ea ex artificio in quo eft aliqua pars rei eius:quędã pars eft ficut iftud poteft moueri ex fe & quædam nõ,& quoddã poteft fecũdũ quod oportet. Multa enim funt quæ poffunt moueri per fe:fed nõ fecundũ quod oportet vt faltatio. Omnia igitur quorũ materia eft talis:vt lapides:nõ poffunt moueri in eo quod oportet nifi per aliud,& per fpeciem motam. Et ideo ignis non generat quoddam fine illo cuius eft artificiũ,& generat quoddam. Mouebũtur enim ex iftis illa quæ nõ habent artificiũ:fed poffunt moueri: aut ex aliis quæ nõ habent officium nifi particulare.

QVIA aliquis poffet dubitare fuper hoc quod pofuit quod generatũ fit a conuenienti in nomine nifi generatio fit non fecundũ curfum naturalẽ vt generatio muli ab equo & afino, & fuit dictum etiam quod hoc quoquomodo eft a conueniẽti:vult diffoluere aliam quæftionem in hoc,& eft quod quædam videntur generari a natura,& ab artificio infimul, & quædam non generantur nifi ab artificio tantum. Exiftimatur enim propter hoc aliquid generari a duobus formis artificiali & naturali,& eft dubitatio fuper hoc quod generans & generatum funt idem in forma. Et.d.& forte quæret aliquis,id eft,& forte quæret aliquis in hoc dicendo quare quædam fiũt ab artificio & a natura vt fanitas quæ fit ab arte & a natura,& quædam non fiunt ab artificio tantum vt domus quæ non fit nifi ab artificio. Deinde dedit caufam in hoc,& d.& caufa illius eft: quoniam in 29

Hic videtur ponere inchoationē formarum.

Eorū, quæ mouētur in loco quędā mouētur ex se, & quędā ex alio. vide 8. phi. 23. & 32. ita etiam est de generabilibus: sed huius oppositū require 2. phi. c. j. In materia rerū artificialiū nō est principiū naturale quo possint moueri p se ad finē quē intē A dit ars. Idē 3. de anima com. 18. & quæ ibi.

materia quorūdā eorū quæ generātur ab artificio est pars potētiæ naturalis similis artificio, & in materia quorūdā nō est pars potētiæ naturalis similis artificio, & ista sunt quæ generātur ab artificio tantū. Illa aūt in quibus est pars potētiæ naturalis similis artificio generātur ab vtroque. Ita enim est de generabilibus sicut de mobilibus: quemadmodum enim eorū quæ mouētur in loco quædā mouētur ex se, & quędā ex alio ita est de generabilibus. D. d. & quoddā potest secūdū qđ oportet, id est, & quoddā eorū in quibus est pars potētiæ naturalis similis artificio potest trāsmutari ex se donec cōpleatur sua generatio secūdū qđ oportet, & quoddā nō potest hoc donec ars adiuuet. D. d. plura enim &c. id est, & sicut hoc inuenitur in natura: ita etiā inuenitur in arte: quædā enim artes non possunt agere suas actiones: nisi alia ars adiuuet. V. g. ars saltitādi: quæ nō cōplebitur nisi cū arte trah. quæ est pars musicæ. Deinde dicit omnia igitur quorū materia &c. id est, & omnia in quibus nō est pars potētiæ motus ex se, & omnia quę nō mouētur nisi ab artificio tantū: vt lapides: impossibile est vt moueātur ex se: ad cōplementū: sed mouētur per alia, & iste sunt omnes materiæ artificiorū in quibus non est principiū naturale quo possent moueri per se ad finē quē intēdit ars: neq́ perfectū: neq́ diminutū nisi per artē. Illa autē in quibus est principium naturalæ quo ars vtitur sunt sicut ars medicinæ & culturæ, & vniuersaliter omnes artes in quibus ars iuuat naturam. Deinde dicit & ideo ignis nō generat &c. id est, & propter hoc inuenimus quædā quæ nō possunt generare aliquid sine artificio & possunt generare alia ex se. Verbi gratia, ignis qui nō potest generare cultellū nisi ex arte, & potest generare aliū ignē ex se. Deinde dicit mouebūtur enim &c. id est, & cū ita sit accidit quibusdā moueri ex se absq́ eo qđ indigeant artificio omnino, & sunt illa quæ nō indigent artificio particulari: aut vniuersali adiuuāte vt sanitas quæ fit prętet medicinā in quibusdā ęgritudinib⁹.

Palam vero ex dictis: quia modo quodam omnia fiunt ex vniuoco quemadmodū naturalia: aut ex parte vniuoco: vt domus ex domo: aut ab intellectu. Ars enim species est aut ex parte: aut habēte aliquam partem nisi secundū accidens fiat. Causa namq́ faciendi prima secundum se pars. Calor enim in motu calorem in corpore facit: hic vero est: aut sanitas: aut pars: aut sequitur eum. pars aliqua sanitatis: aut sanitas ipsa. Propter quod & dicitur facere: quia illud facit sanitatem cui consequitur & accidit calor.

Manifestum est igitur ex dictis quidē quoquomodo omne quod fit: fit à conuenienti in nomine sicut illud quod est per naturam. Aūt à parte eius quod est conueniens in nomine: vt domus ex domo: aut per actionem: quoniam artificium est forma. Aut ex parte quæ habet partem: si non fuerit generati per accidens. Agens enim est aut per se pars: quoniam calor per motum facit calorem in corpore, & hæc est sanitas principium, aut pars. Sequitur enim ipsum aliqua pars sanitatis per se, & ideo

ideo dicitur quod confricatio & exercitium agit:quia facit sanitatem per illud quod sequitur ipsum,& accidit ei calor.

In hoc sermone facit rememorationẽ de prædictis, &.d. manifestum 30 B est igitur ex prædictis quod omne quod generatur a cõueniẽte in nomine & ratione:vt illud quod est a natura,id est,homo ab homine. Deinde dicit,aut a parte eius &c.& intẽdit per cõueniens in nomine generabilia naturalia ex patre & matre sicut diximus. Et intendebat per hoc quod dicitur a parte eius quod est cõueniens in nomine illud quod generatur ab arte,&c.d.hoc ex parte quia artificiatũ componitur ex materia & forma,& nõ est in anima artificis ex generato nisi forma tantũ quæ est pars generati,& ideo.d.artificiũ enim est forma,id est,quod artificiũ non est nisi forma generati non congregatum congregatione materiæ & formę:sicut est dispositio in generabilibus naturalibus,& ideo nõ.d.in istis generari totũ a toto. Deinde dicit,vt domus a domo, id est,vt domus quæ fit ex lateribus & lapidibus generatur a domo quæ est in anima artificis,& intendit per hoc quod dixit:aut per actionẽ, id est,aut per actionem aliquam artificij:non per omnes actiones. Deinde dicit,aut a parte quæ habet partem &c.id est,aut ars agit in subiecto per aliquam partem ipsius in substãtia scilicet quod habet partẽ etiam ex partibus naturæ,& ista ars est earum quarũ actio componitur ex arte & natura,& ideo ars agit partem actionis:quoniã habet in talibus istis.

Artificium non est nisi forma generati nõ congregatũ ex materia & forma. vide 2.phy.13.& 2.de aia.cõ.8.&.3.de aia.18.&.8.meta.cõ.12.

C Deinde dicit,& spectat finem actionum naturæ, ista enim est dispositio artis medicinæ & culturæ cum virtutibus naturalibus quæ sunt in corporibus animalis,& in seminibus & in plantis. Deinde dicit,aut generatur alia pars rei ab aliqua parte conueniente in nomine,& vtrumq; est conueniens cum generato. Deinde dicit,si nõ fuerit generatio per accidens,id est,& si generatio alterius duarum partium a reliqua nõ fuerit per accidens,& excepit hoc:quoniã illa quæ generantur abinuicem per accidens non sunt conuenientia. Deinde dicit,agens enim est aut per se pars,id est,& primum agens quod est ex artificio est existens aut partẽ agentem quæ est in natura,calor enim per motũ est &c.id est.Verbi gratia,calor qui sequitur motum corporis:est enim sanitas quoquo modo:quia generat in corpore aliquem calorẽ,& generatio illius caloris est sanitas:aut sequitur eam sanitas,& vniuersaliter calor qui est in corpore:aut est pars sanitatis:aut est sanitas in potentia: quia sequitur ipsum pars sanitatis quæ est quasi vltima perfectio. Deinde dicit & ideo dicitur &c.id est,& ideo dicitur quod confricati & exercitium agunt sanitatem:quia agunt illud quod sequitur sanitas. Illud enim cui accidit calor facit medicus.

Illa quæ generãtur ab inuicẽ p accidens non sunt conueniẽtia. vide 12.hui⁹ cõ.24.&supra hic.cõ.28.

D Quare quemadmodũ in syllogismis omnium principium est substantia. Nam ex quo quid est syllogismi sunt & hic generationes. Similiter itaq; his & quæ sunt natura constituta se habent. Nam sperma facit sicut quæ ab arte:habet enim potestate speciem,& a quo sperma est aliqualiter vniuocum. Non enim omnia sic oportet quęrere,vt ex homine homo,& enim fœmina ex viro. Vnde mulus non ex mulo:sed si non orbatio

fuerit. Quæcūq; autem à caſu ibi fit quorumcūq; materia poteſt à ſeipſa moueri hoc motu quo ſperma mouet. Quorūcūque vero non ea impoſsibilia ſunt fieri aliter quā ex ipſis.

Ergo ſicut dictū eſt quod in ſyllogiſmis eſt principium cuiuſlibet ſubſtātia. Syllogiſmi enim ſunt ex eis quæ ſunt: ita hic generationes. Et illa per quæ conſtituūtur natura ſimiliter. Semen enim facit ſicut illa quæ ſunt ex artificio quoniā in eo eſt forma in potentia, & iſtud ex quo eſt ſemen conueniens in nomine ſicut illa quoquo modo. Non eñ oportet quęrere omnia in iſta eadem diſpoſitione in qua generatur homo ex homine. Mulier enim eſt ex viro, & ideo mulus nō eſt ex mulo: niſi ſit quidam. Omnia enim quæ generantur ex ſe ſunt, ſicut illic: omnia quorū materia habet potentiā vt moueantur ex ſe hoc motu quo mouet ſemen. Et omnia quorū materia non poteſt hæc ſunt alio modo non ex iſtis.

31 Dicit, ergo ſicut dictum eſt &c. id eſt, & intendit per ſubſtantiā quiditatem rei factę quæ eſt ſimilis ſyllogiſmo. Et dicit quemadmodum principiū cuiuſlibet rei factę eſt ſua quiditas quæ eſt ſimilis, ita eſt etiā in omnibus generabilibus per naturā ſcilicet qđ ſunt a quiditate præcedēti. Et hoc intēdebat cū dicit quoniā ſyllogiſmi ſunt ex eis quæ ſunt, id eſt, quēadmodū ſyllogiſmi ex quibus fiunt artificiata ſunt quiditates artificiorū: ita res generabiles ſunt a ſuis quiditatibus, & indifferēter eſt in hoc ars & natura, & hoc intēdebat cū. d. & illa per quæ cōſtituuntur &c. id eſt, & illa quæ inueniūtur a natura ſunt ſicut illa quæ inueniūtur ab artificio. Deinde dicit, ſemen enim facit &c. id eſt, ſemen enim generat per potētiā in eo ſimilē artificio quæ eſt quiditas artificiati, & hoc declaratū eſt in ſextodecimo libro de animalibus. D. dicit forma enim eſt in potētia, id eſt, forma enim generati eſt in ſemine in potētia: quēadmodū forma artificiati eſt in artifice in potētia, & illud ex quo eſt ſemē cōuenit nomine & ratione cū eo qđ fit ex ſemine quoquomodo. Deinde dicit, nō enim oportet quærere &c. id eſt, & dicimus quoquomodo: quoniā non inuenitur in omnibus rebus qđ filius ſit ſicut pater ſimpliciter in omnibus modis. V.g. vt homo maſculus ſit ab homine maſculo: cū mulier inueniatur a maſculo & magis: quoniā mulus inuenitur non a mulo: ſed ab aliquo alio a mulo quodāmodo, & hoc intendebat cū dicit, niſi ſit quidā. Deinde dicit, omnia enim quę fiunt per ſe, id eſt, omnia autē quæ generantur ex ſe nō a ſimili generantur modo ſimili generationi rerū in quarū materia eſt potētia vt ex eis generetur aliquod ſimile per potentiā quæ eſt in ſemine. Et intendit qđ generatio accidentiū eſt quodāmodo ſimilis generationi ſubſtātiarū quæ fiunt non a ſuo genere, & modus ſimilitudinis inter ea eſt: quia generantur nō a ſimili in ſpecie. D. d. & omnia quorū materia nō poteſt &c. & intendit animalia quæ generantur non a ſuo genere. In materia enim eorū nō eſt potētia generare ſimile, & iſte modus etiam generatur alio modo ab eo quo generantur accidentia: & ab eo quo generan

tur illa quæ generantur ex se? & ab eis quæ generantur ex seminibus.

Hæc igitur est summa eorũ quæ dicuntur in hoc loco, scilicet quod si sint formæ hic separare nihil prosunt in generatione: & ꝙ generatio est ex rebus conuenientibus secundũ formam: & diuersis secundum nu merum. Et in hoc quod dixit sunt multæ quæstiões difficiles: qm̃ cũ Digressio fuerit positum ꝙ illud quod est in potentia sit in actu ab illo qđ est sui Arg. primũ generis: aut suæ speciei in actu. & nos videmus hic plura animalia aut plures plantas exire de potentia in actũ sine semine quod generaᷓ a suo simili secundũ formã: & ex hoc existimatur substantias & formas esse dantes istas formas per quas sunt animalia & plantæ. & hoc est maior ratio quæ attribuitur Platoni. Et dicitur etiã ꝙ cum forma substan Secũdũ arg. tialis in quolibet ente est aliquid additũ formis complexiõalibꝰ in re/ bus miscibilibus & primis qualitatibus quatuor: vt forma leuitatis in igne: & grauitatis in terra: & maxime animæ: quoniam manifestum est animam esse additam formis complexionalibus. Istæ igitur formæ ad/ ditæ qualitatibus aut generantur ex alio extrinseco: & illud extrinsecũ aut est aliquod indiuiduũ illius speciei: aut generis: aut forma separata. Sed quia formæ rerũ generabiliũ a semine generãtur neqꝫ a genere: neqꝫ Cõfir. secũ/ a specie: necesse est formas esse quæ dant eis formas. Et hoc non so/ di. lummodo existimatur in non generabilibus ex semine: sed in generabi/ libus etiam. In semine enim non est anima in actu: sed potentia: & omne quod est potentia indiget aliquo in actu: & similiter in habentibus se/ men. in semine enim non est anima in actu: & nõ possumus fingere quod animæ fiunt a complexione nisi secundum opinionem dicẽtium animã complexionem. Propter ista igitur existimatur ꝙ necesse est formas 2 separatas esse & secundũ posteriores philosophos philosophia Aristo. Opiniones est illud qđ vocat intelligẽtiam agentẽ: & existimatur ꝙ nõ solũmodo ꝓpter argu/ dat formas animatas: & formas substãtiales cõsimiliũ partiũ: sed etiam menta addi/ formas substãtiales quæ sunt elemẽtorũ. oportet eñi elementa ꝙ nõ pa/ ta. tiantᷓ: neqꝫ agãt nisi per qualitates: nõ per formas substãtiales. Et vniuer saliter apparet ꝙ nõ sunt hic potentiæ agẽtes nisi quatuor qualitates: & istæ nõ sunt formæ substãtiales: & ideo nõ dicimus ꝙ leuitas & graui/ tas sunt actiuæ aut passiuæ. Et vniuersaliter ista quæstio fundaᷓ sup 3. phy. 17. ꝓpositiões. Quarũ vna est ꝙ illud qđ est in potẽtia nõ erit in actum nisi ab aliquo extrahẽte suæ speciei: aut sui generis. Et ꝙ formæ sub/ In li. de sen/ stãtiales materiales: neqꝫ sunt actiuæ neqꝫ passiuæ essentialiter: & quod su & sẽsato. actiuæ & passiuæ sunt primæ qualitates. Et ex istis sequitur vt agens istas formas sunt principia non naturalia. Et ideo quia Auic. obedit istis propositionibꝰ credidit oẽs formas esse ab intelligẽtia agẽte quam vocat datorẽ formarũ. Et existimaᷓ etiã ꝙ Themistius dicat hoc. In Themistiꝰ. entibus vero quæ generantur ex semine: manifestũ est de eo: & iam di/ cit hoc aperte in tractatu libri suæ abbreuiationis. In oĩbus vero for/ mis apparet hoc ex hoc. &c. d. in sexto suæ abbreuiatiõis de aĩa. ꝙ ani/ ma nõ est illud in quo sunt oẽs formæ tantũ, scilicet intelligibile & sen sibile: sed est illud qđ ponit omnes formas in materijs & creat eas. Et manifestũ est ꝙ ipse intendit per hanc animam formã separatã. Ale/ xan. autem videtur conuenire ei qđ dicitur hic ab Aristo. & ei quod di Alexander. xit in sextodecimo de animalibus. Et etiã potest aliquis dicere quod Rõ ꝓ Auic. formæ

formæ elementorũ proueniunt a datore formarum: qm̃ videmus a motu generari ignem in actu ex eo quod est ignis in potentia: & nõ possum⁹ dicere ꝙ motus facit formam substantialẽ ignis: sequitur igitur vt forma ignis qui fit a motu sit a datore formarum. Nos aũt dicamus qđ cũ cõsiderata fuerit demonstratio Arist. in hoc loco super hoc ꝙ formę materiales sunt generantes formas materiales: apparebit quod semina sunt illa quæ dant formas rerum generatarum a seminibus per formas quas dederũt semina generantia. In generabilibus autem nõ ex se. id est casu apparebit ꝙ corpora cælestia sunt illa quæ dant istis aliquid loco seminũ: & virtutũ quæ sunt in seminib⁹: & in eis quæ generantur ex semine: & ꝙ omnia ista sunt virtutes naturales diuinæ generantes sibi similia secundũ ꝙ artes generãt sua artificiata. & ideo dixit Aristo. in libro de animalibus ꝙ hæ erunt similes intellectui. s. quia agunt actiones intellectuales. Et istæ virtutes assimilantur intellectui in hoc ꝙ non agũt per instrumentũ corporale: & in hoc differunt iste virtutes generatiuæ quas medici vocãt formatiuas a virtutib⁹ naturalibus quæ sunt in corporibus animaliũ. Istæ enim agunt non actiõe intellectus operatiui: sed agunt per instrumẽta terminata & membra propria. Virtus aũt informatiua nõ agit per membrum proprium: & ideo dubitat Gal. & dicit nescio vtrũ ista virtus sit creator aut nõ. Sed vniuersaliter nõ agit nisi per calorẽ qui est in semine: nõ ita quod sit forma in eis sicut anima in calore naturali. sed ita quod sit inclusa in eis sicut anima est inclusa in corporibus cælestibus: & ideo Aristo. magnificat hanc virtutem & attribuit illam principijs diuinis non naturalibus. Sed istam virtutem esse intelligentiam separatam est impossibile. & demonstratio Aristot. in hoc est quod formæ non generantur per se: quóniam si sic esset: tunc generatio esset nõ a materia: & cũ ita sit generatum est formans generãs igitur est illud quod mouet materiam donec recipiat formã. id est illud quod extrahit ipsam de potentia ad actum: & illud quod mouet materiam necessario est corpus habens qualitatem actiuam aut potentiã quę agit per corpus habens qualitatem actiuam. Et si illud quod generat subiectum formæ esset aliud a generante formã: tunc subiectũ & sua forma essent duo in actu: qđ est impossibile: & quia subiectũ formæ nõ habet esse nisi per formã: ideo actio agẽtis nõ pendet ab ipso nisi secundũ ꝙ pendet de forma etiã: cũ actio agẽtis nõ pendet a forma neqꝫ de subiecto sine forma. Et cũ ita sit manifestũ est ꝙ actio agentis pẽdet ex subiecto propter hoc quod pendet de forma. Illud autem quod generat subiectũ formæ est illud quod generat formã in vno: nõ generat subiectum nisi quia generat formã. Et si subiectũ formæ generetur ab aliquo agente & forma ex alio: tunc vnũ actum secundũ ꝙ est actũ vnũ generaretur a duobus agentibus quod est impossibile. Secundũ hoc igitur dicitur homo sustentari in hoc loco quod homines errauerunt in hoc quia non intellexerunt demonstrationem Aristo. & non est mirum de Auic. sed de Alpharabio. videtur enim in suo libro de duab⁹ philosophijs dubitare de hoc. Et oẽs hoĩes declinãt magis ad opinionẽ Plato. quia est similis ei ꝙ loquentes nostre legis opinant. s. ꝙ agẽs omnia est vnũ: & quod nõ operantur in se adinuicẽ. Videtur eñ ꝙ cõtingit eis ex creatione eorum adinuicem procedere in infinitum in causis agentibus: & ideo

3 Op. auer. ꝙ qua etiã vide. 12. meta. c. 13. & . 18.

B

Quõ virtus informatiua assimilat̃ intellectui.

Vide. 8. ph. cõ. 15. & . 7. ph. t. cõ. 10. & . 12.

Cã errorũ antiquorũ.

ideo posuerũt vnũ agẽs nõ corpus. Sed illud impossibile est vt trãs mutet materiã nisi mediãte corpore aliquo nõ trãsmutabili.s.corporibus cælestib⁹:& ideo impossibile est vt intelligẽtiæ separatæ dent aliquã formã formarum mixtarũ in materia.Sed mouit Aristo.ad ponendum mouens separatum a materia in factione virtutũ intelligentiũ:quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtæ cum materia. Vnde necesse est vt illud quod est non mixtum cum materia generet quoquomodo a non mixto cum materia simpliciter:quemadmodum est necesse vt omne mixtum cum materia generetur a mixto cum materia.

Ratio cõtra illos.

Necesse est vt nõ mixtũ cũ materia gñet quoq̃ modo a non mixto cum materia. vide cõsimile primo met. com.31.

Non solum autem de substantia ostendit ratio non fieri speciem:sed de omnibus similiter primis cõmunis ratio:vt quantitate & qualitate:& aliĳs cathegorĳs.Fit em̃ velut ænea sphera:sed nõ sphera nec æs:sed in ære si fit. Semper enim oportet præexistere materiam:& speciem:& in quid & in qualitate:& in quantitate:& in aliĳs similiter cathegorĳs. Non enim fit quale sed quale lignum:neq; quantum:sed quantum lignũ aut animal.Sed proprium substantiæ ex his accipere est:quia necesse est præ existere semper aliquam substantiam actu existentem quæ facit vt animal si animal nascitur.Quale verò & quantum non necessarium:nisi potestate solum. Et iste sermo non significat substantiam tantum:quod forma non generatur:sed est sermo communis omnibus primis rebus. Verbi gratia quantitati & qualitati:& aliĳs prædicamentorũ:vt sphera cuprea:sed non est sphera,nec cuprũ. Sed si est ex cupro oportet semper vt materia sit ante formam per essentiam & forma etiam.Et similiter istud quod est per qualitatem etiã & quantitatẽ & alia prædicamẽta.Qualitas a enim non erit ante lignum habens qualitatem:nec quantitas:sed lignũ quantum: aut animal.Sed innuũtur ex istis quod substantiæ propriæ habens semper necessario aliam substantiam:quæ est aut in actu: vt animal si est animal. Qualitatem autem esse aut quantitatem non est necessarium nisi in potentia tantum.

Solet adduci.

F

a Substãtię propriæ habẽt semper necessario aliã substantiã actu præexistẽte q̃litatẽ aũt aut quãtitatem nõ est necessariũ præexistere nisi potẽtia tãtum.

Et iste dicit, & hoc quod dicimus quod forma non generatur nec corrumpitur non est proprium substantiæ; sed est commune prædicamento substantiæ:& etiam aliĳs prædicamentis. Deinde dicit est em̃ sicut sphera cuprea &c.id est generatur enim sphera cuprea de materia & non generatur sphera,scilicet figura neq; cuprum.Deinde dixit & si generatur ex cupro &c.id est & si sphera generatur ex materia & forma:oportet vt materia & forma præcedant compositum ex eis,scilicet generatum. D.d.& similiter illud quod est &c.id est & similiter prædicamentum qualitatis & alia prædicamenta,scilicet φ generatũ est ex eis cõpositũ est ex substãtia & accidẽte secundũ tẽpus. Deinde dixit nõ enim generatur qualitas &c.i. non enim generatur qualitas quæ est tanq̃

32 Pro hoc passu, vide cõ. 43. secundi de celo.

Vide.12.metа.t.cõ.17.

Nõ gñatur

qualitas. tanquam forma: sed generatur corpus habens qualitatem aliquam. Verbi gratia hoc lignum demonstratum in quo est albedo aliqua: & similiter in substantia nō generatur forma. Verbi gratia animal. & hoc intendebat cum.d.aut animal. Deinde.d.si inuenitur ex istis &c. & est proprium substantiæ inter alia prædicamenta vt ante generatum sit alia substantia agens ipsum quod est in actu ex specie illius quod agit vt animal quod generat animal sibi simile. Deinde.d.qualitatem autem esse &c. G id est sed non est necesse vt ante qualitatem generatam sit alia qualitas agens: sed est necesse vt ante qualitatem generatam sit aliquid quod est in potentia qualitas id est materia. Et dicit hoc quoniam qualitas a alia generatur a sibi simili qualitate: & alia est cuius generatio sequitur formam mixtionis primarum qualitatum.

Vide.5.ph.c.5. Propriū est substātię inter alia præsentia vt ante generatū sit alia substantia agēs. instantia est de igne gñato a motu ex prio meteororū. & ex.2.ce.c.42. a Qualitatis generatio dupliciter cōtingit. Vt ratio ad rem ita partes rōnis ad partes rei. Primum dubium.

CAPVT X.

Quoniam autem diffinitio ratio est: & omnis ratio partes habet: vt autem ratio ad rem: & pars rationis ad partem rei similiter se habet. Dubitatur iam an oportet partium rationem esse in totius ratione an nō. In quibusdam enim videtur esse: in quibusdam nō. Nam circuli ratio non habet eam quæ incisionū. Quæ autē syllabæ habet eam quæ elementorū: & tamen diuiditur in incisiones: vt syllaba in elementa. Amplius autem si priores sunt partes toto: & recti acutus est pars: & digitus hoīs prior erit acutus recto & digitus homine: videntur autē illa esse priora. Secundū rationē namque dicunt ex illis: & inesse siue inuicē priora. Aut multipliciter dicitur pars quorū vnus quidem modus est qui mensurat secūdum quantitatē. Ergo diffinitio est sermo & omnis sermo habet partes: & quēadmodum est sermo ad rem: ita est pars sermonis ad partem rei. Dubitatur ergo in hoc vtrum sermo partiū debeat collocari in sermone totius aut nō: videmus igitur quod quædam collocant: & quædam nō. In sermone enim circuli nō est ille qui est partum. In sermone autē syllabæ est sermo literarū & si circulus diuiditur in suas partes sicut syllaba in literas. Et etiam si pars est ante totum & acutum est pars recti: & digitus ente hominem. Sed existimātur illa esse priora quæ dicuntur per sermonem: quoniam sunt ex illis: & quia sunt ex aliis ab illis sunt ante etiam. Aut dicamus quod pars dicitur multis modis: quorum vnus est qui enumeratur per qualitatem: & alius per quantitatem.

Scd'm du.

33 Cōtinuatio

Cū declarauit quod diffinitio est illud qd' significat quiditatē rei: & quod solūmodo est substātiæ: & secundario aliorū prædicamētorū & quod diffinitio & diffinitū sunt idē in actu: & quod multitudo in suis partibus est in potētia. Et declarauit ex hoc quod si res habēt quiditates & formas existētes per

tes per se ꝙ nõ sunt eædem cum rebus quarũ sunt formæ:& ꝙ propter hoc in hoc ꝓsunt in scientia illarum rerum quarum sunt formæ, & qđ formæ & etiam ideæ si sunt nihil prosunt in generatione rerũ quæ sunt substantiæ sensibiles. Omnis enim substantia generatur a substantia si/bi simili, cum generatio non sit formæ nec materiæ, sed congregati ex eis, quod est demonstratum. Et cum hoc declarauit reuersus est ad com plẽdum sermonem de diffinitionibus. Et dixit. ergo diffinitio est ser mo &c. id est, & quia diffinitio est sermo & omnis sermo habet suas partes significãtes partes rei. Et apparet ꝙ sicut est ꝓportio diffinitio/nis ad rem, ita est proportio partis diffinitionis ad partem rei, id est, qm̃ quẽadmodũ diffinitio declarat quiditatẽ rei, ita pars diffinitionis decla rat partem quiditatis rei, ideo accidit quæstio in hoc. Et est quæstio talis, verum omnes diffinitiones partium rei debeant esse partes diffini/tionis, ita ꝙ præcedant rem & eius diffinitionẽ. s. vt diffinitiones partiũ sint tota diffinitio, & priores ipsa, aut non omnes diffinitiones partium diffiniti sunt partes diffinitionis, sed sunt posteriores re & sua diffini/tione. Et intendebat per hanc perscrutationem declarare partes dif/finitionis quæ significant partes quiditatis rei, & non partes suæ mate/riæ & quæ non significant. D. d. videmus igitur quod quædam &c. i. hæc quæstio accidit in hoc ex hoc ꝙ nos videmus quasdam res partiũ quarum diffinitio non collocatur in suis diffinitionibus. Verbi gratia, diffinitiones partium circuli quæ non clauduntur in diffinitione circu li: quia tertia & quarta pars circuli non collocantur in diffinitione cir/culi, nec diffinitio circuli dissoluitur in diffinitiones earum, sed circu/lus accipitur in diffinitione partis. In diffinitionibus vero syllabarum est diffinitio literarũ, qm̃ syllaba est illud quod cõponitꝰ ex duabus lite ris, scilicet cõsonante & vocali. Si igitur syllaba fuerit breuis diffinitꝰ ita, ꝙ est illud quod cõponitur ex duabus literis. & sic accipitur in sua diffinitione diffinitio literæ consonantis. s. breuis & vocalis, & simili/ter syllaba longa. Accipitur enim in sua diffinitione diffinitio literæ cõ sonãtis productæ & vocalis, sed in diffinitione circuli nõ accipitꝰ diffi nitio medietatis nec quartæ, & hoc manifestum est, immo facimus ecõ/trario. Dicimꝰ enĩ ꝙ medietas circuli est arcus circuli quem distinguit diameter, & sic circulus est acceptus in diffinitione semicirculi, & non econtrario. D. d. & si circulus diuiditꝰ &c. i. & cum in hac diuersitate quæ apparet in istis partibus videmus totum vtriusꝙ istorũ duorũ mo/dorũ diuidi in partes eodem modo, syllabæ enĩ diuiduntur in literas si/cut circuli in partes. D. d. & etiam si pars est ante totum &c. i. & sequi tur ex hoc sermone etiam in hoc modo, scilicet in eo quod est simile cir culo quod pars præcedit totum, aut acutum sit ante rectum, & est econ uerso. s. ꝙ diffinitio recti accipitur in diffinitione acuti & in diffinitio/ne expansi, & similiter diffinitio circuli præcedit partes, & diffinitio a/nimalis præcedit digitum. D. d. sed existimatur &c. i. sed existimatur ꝙ rectus est ante acutum, quia diffinitur per rectum, & existimatur qđ acutum est ante rectũ; quia iste inuenitur line eo ꝙ inueniatur rectus, & intendit ꝙ secundũ quod sunt partes inueniuntur præcedere in genera/tione totum. Deinde dicit. aut dicamus ꝙ pars dicitur multis modis, quorum vnus est ille qui numeratur per quantitatẽ, id est, & ista quæstio dissoluitur

Expositio.

Primum dubium.

Documẽtũ.

Ratio primi dubij.

Secundum documentũ.

Principium respõsionis. vide. 5. met. com. 30.

Partes qua/litatiuæ, & partes quã/

titatiuæ dif ferunt. Vide etiā primo phy. 5. & 36 com.

dissoluitur etiā dicēdo φ partes dicunt duob⁹ modis, dicunt eñ de partibus qualitatum, & partibus quantitatum. diffinitiones igitur partium qualitatis sunt posteriores diffinitione totius & toto. diffinitiones vero partium quantitatis præcedunt diffinitionem totius & totum.

Sed hic quidem prætermittatur, ex quibus verò substantia est vt partibus perscrutandum est. Si igitur est hoc quidē materia illud verò species. aliud ex his, & substantia est materia & species & quod ex his est quidem vt materia pars alicuius dicitur, est autem vt non. Sed ex quibus speciei ratio vt concauitatis non est pars caro, hæc nāq; materia est in qua fit. Simitatis verò pars aliqua est. Et totius quidem statuæ pars est æs, eius autem quod & species dicitur statuæ non. Dicendum eñ speciem, & inquantum habet speciem vnumquodq; sed materiale nunquam secundum se est dicēdum. Quapropter circuli ratio non habet ipsam quæ est incisionum, sed quæ syllabæ eam quæ est elementorum. Nam elementa rationis partes sunt sicut speciei & non materia. Incisiones verò huiusmodi sic partes vt materia in quibus fiunt, propinquius tamen speciei quā æs quando in ære fit rotunditas. Est autem vt neq; elementa omnia syllabæ in ratione insunt, vt hæc cerea aut quæ sunt in aere. Iam enim vt æs & hæc pars syllabæ quasi materia sensibilium. Etenim linea nō si in dimidia corrumpitur aut homo in ossa, aut neruos & carnes. Propter quod & sunt ex his sic vt entibus substantiæ partib⁹, sed vt ex materia, etenim quidem quod simul totū partes, speciei verò & cuius ratio non adhuc. Quapropter nec in rationibus. Horum quidem igitur inerit talium partium ratio, horum verò non oportet inesse si non fuerint simul sumpti. Nam propter hoc quædam quidem ex his vt principijs sunt in quæ corrumpūtur, quædam verò nō sunt. Quæcunq; igitur simul sumpta species & materia sunt vt simum aut æneus circulus, hoc quidem corrumpitur in hoc & pars ipsorum materia. Quæcunq; verò non concipiuntur cum materia sed sine, vt rationes speciei solum, hæc non corrumpuntur aut omnino, aut taliter non. Quare illorum principia quidē & partes quæ sunt sub ipsis. speciei verò nec partes nec principia hæc. Et ideo corrumpit̄ lutea statua in lutū, & sphera in eis, & callias in carnē & ossa. Amplius aūt circulus in incisiones. Est eñ aliquis qui concipitur cū materia. Aequiuoce nāq; dicit̄ circulus qui simpl'r dicit̄ & singuli, qa nō est ꝓprium nomen singulorū.

Præmittit

Et dimittamus hoc & perscrutemur de eis

ex

ex quibus eſt ſubſtantia,& ſunt tanꝙ partes. Si igitur quædã eſt materia,& quædã forma, & quædã illud quod eſt ex iſtis. Subſtantia aũt, & materia,& forma, & illud quod eſt ex iſtis forte dicit̃ pars rei,ſicut dicit̃ materia etiã,& forte nõ dicit̃,ſed ex quibus eſt diffinitio formæ, vt caro quæ nõ eſt pars profundi. Eſt em̃ materia in qua eſt profundũ,& eſt pars ſimitatis. Et cuprũ pars totius idoli,& non eſt pars idoli quod dicit̃ forma. Forma igit̃ dicit̃ de illo quæcũqꝫ rerũ habet formã,materia autem nõ dicitur eſſe omnino per ſe. Et ideo in diffinitione circuli nõ dicitur diffinitio partiũ, & in diffinitione ſyllabæ ſunt literæ. Literæ enim ſunt partes formæ & nõ ſunt materia. Partes verò circuli ſunt partes tanꝙ materia ſuper quam ſunt, & ſunt propinquiores formæ cupri cũ circulus eſt in cupro. Et forte eſt poſsibile vt nõ ſint oẽs literæ ſyllabæ in ſermone vt iſtæ audibiles,aut quæ ſunt in ære. Iſta em̃ etiã ſunt partes ſyllabæ qa ſunt ſenſibiles per naturã. Linea em̃ non corrũpit̃, qa ſemp diuidit̃ in media,aut hõ in oſſa & neruos & carnẽ,& ideo ſunt ex iſtis ſecundũ hũc modũ tanꝙ partes ſubſtãtiæ, ſed quaſi ex materia,totius verò nõ ſunt partes. Formæ aũt & illius quod habet diffinitionẽ nõ ſunt partes,& ſilr in diffinitionibus etiã. Soluit.

In qbuſdã verò nõ ſunt,neqꝫ aliqua diffinitionũ partiũ quæ ſunt tales,& in qbuſdã nõ oportet vt ſit vnũ niſi ſit illud quod eſt cõgregatũ. Iſta em̃ quædã ſunt ex iſtis quæ ſunt principia, & in ea corrũpunt̃,& quædã nõ. Oĩa igit̃ quorum materia & formæ ſunt cõgregatæ,vt ſimus & circulus cupri,corrumpunt̃ in iſta,& materia eſt pars eorũ & oĩa quæ nõ cõgregant̃ cum materia,ſed diffinitiões formæ ſunt ſine materia,aut corrũpũtur oĩno,aut nõ corrũpunt̃ ſicut illa corrũpunt̃. Ergo in illis autẽ illa quæ ſunt ſub eis ſunt principiũ & partes earũ,forma verò nõ eſt iſtæ partes nec principia earũ,& ideo corrũpitur idolũ terreſtre in terrã,& ſphæra in cuprũ, & callias in carnes & oſſa,& ẽt circul⁹ in ptes. Quodcũqꝫ igit̃ cõgregat̃ cũ materia, & dicit̃ æquiuoce circulus q dicit̃ modo ſimplici,& ille q dicitur particularis, particularia em̃ non habent propriũ nomen. Diſtingui modos.

Id eſt,ſed dimittamus hanc quæſtionẽ de æquiuocatione patris, & ponamus perſcrutationẽ de æquiuocatione quæ eſt in hõc uoĩe ſubſtãtia. Deinde dicit ſi igitur quædã ſunt materia &c. id eſt, ſi igitur hoc nomen ſubſtantia dicitur ſimpliciter de materia ſubſtantiæ compoſitæ ex materia & forma,& de forma eius & de compoſito, tunc forma ſubſtantiæ dicetur eſſe ſubſtantia rei cum ipſa declarat eſſentiã illius,materia vero dicit̃ ſecundũ cõſiderationẽ ad ſubſtãtiã compoſitã ex materia 34 Idẽ.2.de aĩa t.c.2.& hic ſupra cõ.7. &.8.meta. H

Materia nõ est pars qditatis sed vehiculũ deferens qditatẽ vide idẽ supra.c.21.& infra cõ.43.

Materia nõ pdicaf de habẽte formã vera pdicatione: nedũ vt pdicef p se. vide supra.cap.23.& quæ ibi.

In diffinitionib⁹ cõpositorũ ex materia & forma apparet materia.idẽ 2.ph.t.c.vl.&.1.de ala c.16.idẽ.cõ 31.37.39.& 6.met.t.c.2.&.8.met.t.c.6.

Quõ partes circuli assimilanť materiæ in actu.nõ sic syllabarũ. Solo instantie inductæ.

& forma esse pars substãtiæ, secũdũ cõsiderationẽ vero ad substantiam declarãtẽ essentiã rei nõ dicif esse pars substãtiæ, sed esse apparens deferẽs formã in suã diffinitionẽ. V.g. simitas cuius diffinitio est concauitas in naso, aut in carne nasi. Nasus eñ est pars substãtiæ ei⁹ qd' significat hoc nomẽ simitas, qđ est cõgregatio nasi & simitatis, & nõ est pars diffinitionis cõcauitatis, sed est subiectũ ei. Et hoc qđ dicit nõ accidit nisi in rebus quarũ noĩa significãt aliqd existẽs in subiecto non aliquid existẽs per se, & similiter cuprũ est pars diffinitionis idoli facti ex cupro, & nõ est pars formæ idoli. Et cũ dedit differẽtiã inter partem diffinitionis quæ est materia, & inter partem quæ est forma, indiget dare differẽtiã inter materiã & formã & dixit. forma igitur, dicaf &c.i.& differẽtia inter formã & materiã est qm̃ forma prædicatur per se de habẽte formã secũdũ qđ declarat quiditatẽ eius substãtialem. Materia vero nõ prædicatur de habẽte formã vera prædicatione, nedũ vt prædicetur per se. Idolũ eñ nõ dicif esse cuprum, nec homo caro, nec simus nasus. D.d.& ideo nõ dicif in diffinitione circuli.i. qm̃ cum in diffinitionibus quarũdam appareat materia, & sunt composita ex materia & actu & forma. ideo diffinitiones oẽs suarum partiũ nõ sunt partes diffinitionis. Et quia in diffinitionibus quarũdam.s. rerum simpliciũ nõ apparet materia in actu, & partes diffinitionis in eis sunt partes formæ, cõtingit in talib⁹ istis vt diffinitiones omniũ suarũ partiũ sint partes diffinitionis, & quia diffinitiones syllabarũ sunt ex hoc gñe, ideo diffinitiones, literarũ sunt partes diffinitionis syllabæ. Et quia dispositio circuli cũ suis partibus est dispositio materiæ rei cũ forma eius, & ideo partes circuli non accipiuntur in diffinitione circuli, qm̃ in diffinitione circuli non apparet materia, & per hoc intendebat dissoluere hanc quæstionem. Et quia partes circuli nõ apparent in diffinitione circuli, sicut materia apparet in diffinitione rerũ habentium materiam. Verbigratia, sicut cuprũ apparet in diffinitiõe circuli cuprei, & potest aliquis obiicere ei per hoc. D.d. partes vero circuli &c.i.& pars circuli licet non sint materia quæ apparet in diffinitione circuli, tñ est similis materiæ quæ apparet in diffinitionibus rerum, & est propinquior formæ quam materia quæ apparet in diffinitiõe circuli qui est ex cupro. Et quia partes circuli assimilanť materiæ quæ apparet in diffinitionibus rerum habentium materias, ideo diffinitiones partium non sunt partes diffinitionis circuli, sicut diffinitiones literarum sunt partes diffinitionum syllabarum. Deinde dicit, & forte est possibile &c.& dixit hoc, quia syllaba non consideratur cum hoc quod est motus compositus ex duobus motibus est de numero rerum in quarum diffinitionibus apparet materia.& diffinitio cuiuslibet partis eius non est pars diffinitionis totius. Et cum consideratur secundum hoc quod est vox composita ex duab⁹ vocibus est de numero rerum in quarum diffinitione non apparet materia, & diffinitio cuiuslibet partis eius erit pars diffinitionis. Deinde inuenimus in libro continuum. linea enim non corrumpitur &c. id est, & apparet hoc quod diminuitur aliquid in duo capitula hoc cum quo posset sermo continuari. Sermo enim est de diffinitione rerum in quarũ diffinitione non intrat materia, vt linea & superficies, & in quarum diffinitionibus est materia vt homo qui nunquam inuenitur nisi in carne,

neruis,

neruis:& ossibus:& sunt res quæ cum accipiuntur quodāmodo inueni tur materia in sua diffinitione:& quodammodo non vt circulus quo, niam quando accipit secundū qd' circulus cupri inuenitur cū sua diffini tione materia:& qñ secundū qd' est circulus nō inuenitur in eo materia: & in quibusdam est dubium:& ideo dixit post.& ideo sunt ex istis secū dum hunc modū &c.i.& ideo partes materiales rerum in quarū diffini tione inuenitur materia sunt quodāmodo partes substātiæ:& quodam, modo nō sunt partes substātiæ in respectu congregati ex materia & for ma sunt partes substantiæ:in respectu vero eius quod habet verā diffini tionē.s.formæ nō sunt substātiæ. D.d.in quibusdā autē &c.& qa en tia inueniuntur his duobus modis.s.forma sine materia & forma in mate ria:ideo in diffinitionibus quorūdā nō inuenit aliqua diffinitionū rerū quæ sunt in materia:& sunt illa quorū partes sunt partes formæ eius:& nō inueniūtur in alijs nisi per accidēs:& sunt quædā in quorū diffinitio ne inuenitur nisi sit in re necessario & essentialiter. D.d.qm̄ quædam ista &c.i.qm̄ illa in quorū diffinitiōe nō inuenit materia quę est in actu: & cū materia nō est in actu:sicut ex ea & suis principijs:& ideo cū ma, teria corrumpitur:corrumpitur ista. Deinde dicit & omnia quæ non congregantur cum materia &c.id est res autem in quarum diffinitione non apparet materia sensibilis: sed apparent in sua diffinitione partes formæ:aut non corrumpuntur aliquo modo:aut corrumpuntur per ac, cidens. Deinde dicit ergo in illis autē &c.i.& ideo illa quorū esse est in alio:illud aliud est principia & partes eorum.Illa vero quæ naturali, ter non existunt in alijs:sed in sua natura est sua forma:illa alia nō sunt partes neq; principia eorum. Deinde dicit & ideo corrumpitur ido, lum terrestre in terram:&c.id est & quia quædam entia existunt in alijs: vt idolum terrestre in terra:& sphæra cupri in cupro:& callias in carne & ossibus:& circulus in partibus suis. Et intendit q partes eius sunt quasi materia.licet materia sit insensibilis:sed intelligibilis vt post dice, mus. Circulus igitur mathematicus in respectu partium assimilatur entibus quæ sunt in alijs. Deinde dicit quodcunq; igitur congrega, tur cum materia &c.id est & cum ita sit hoc nomen circulus quando dicitur de circulo simpliciter:& quando dicitur de circulo qui magis est proprius isto:& quasi particularis in respectu ipsius:qa est ex cupro: aut ex terra : hoc nomen circulus dicitur æquiuoce. Plura enim quæ sunt huiusmodi non habent proprium nomen scilicet quoniam non est nomen proprium quod significet circulum cupreum:aut lapidem.

L Distinguit modos secū dū quot ma teria diffinit

M Quid sit ma teria sensibi lis & qd in, telligibilis. Vide in ca. se. &.5. me. ca.3.

Dictum est quidem igitur & nunc ipsum verū:& tamē am plius & manifestius dicemus repetentes. Nā quæcūq; sunt ra, tiones partes:& in quas diuidit ratio: hæ sunt priores aut oēs aut quædā.Recti verò ratio non diuiditur in acuti rationē: sed quæ est acuti in quæ est recti.Vtit enim diffiniēs acutum recto. Minor enim recto acutus.Silr aūt & circulus:& semicircul⁹ se habent.Semicirculus em̄ diffinitur circulo & digitus toto. Ta, lis enim hominis pars digitus.Quare quæcūq; sunt partes vt materia:& in quæ diuidit:vt in materiā totū sunt posteriora.

Quæcunq; verò vt rõnis & substãtiæ secundũ rõnẽ priora aut oĩa aut quædã.Qm̃ verò animaliũ aĩa est forma ipsorũ. Hæc em̃ substantia est animati quæ secundũ rõnem substantia est: & species:& quod quid erat esse tali corpori. Vniuscuiusq; em̃ pars si diffiniatur bene nõ sine opere diffinietur:quod non existet sine sensu. Quare huiusmodi partes priores aut omnes:aut quædã simul toto aĩali:& secundũ vnũquodq; ita simil'r. Corpus verò & hmõi partes posteriores substãtia hac. Et qđ diuiditur in hæc:vt in materiã nõ substãtia:sed simul totũ. Eo quidem igĩt q̃ simul totũ priora:hæc est vt sic:est aũt vt nõ. Neq; em̃ possunt esse separata. Neq; em̃ quocũq; modo se habẽs digitus aĩalis sed æquiuocus qui mortu⁹. Quædã verò simul quæcunq; principalia:& in quo prima rõ & substantia:puta si hoc cor aut cerebrũ. Nihil em̃ dicitur vtrũ tale. Homo aũt aut equus: & que ita in singulis. Vniuersaliter autẽ nõ sunt substãtia: sed simul totum:quoddã ex hac materia & hac rõne vt vniuersaliter. Singulare verò ex vltima materia Socrates iam est & in aliis similiter. Pars quidem igitur est & speciei. Speciem aut dico quodquid erat esse & simul totius eius quod ex specie & materia ipsa est:sed rationis partes quæ speciei solum sunt. Ratio verò est ipsius vniuersalis. Circulo enim esse & circulus & animæ esse & anima idem:& totius autem puta circuli huius & singularium alicuius:aut sensibilis:aut intellectualis. Intellectuales autem dico vt mathematicos:& sensibiles vt æreos & ligneos. Horũ autem nõ est diffinitio:sed cum intelligentia aut sensu cognoscuntur hoc est cum actu videntur. Abeuntes verò ex actu non palam: vtrum quidem sunt:aut non sunt: sed semper dicuntur & cognoscũtur vniuersalis ratione. Materia quidem ignota secundum se. Materia verò alia sensibilis: alia intellectualis. Sensibilis quidem vt æs:& lignum: & quælibet mobilis materia. Intellectualis verò quæ in sensibilibus existit non inquantum sensibilia vt mathematica. Iam igitur diximus sermonẽ latentẽ modo: sed tamẽ dicamus magis manifestum:sed prius reuertamur ad quot sunt partes sermonis:& in quot diuiditur sermo. Ista enim sunt ante:aut omnia,aut quædam. Diffinitio autem recti non diuiditur in diffinitionẽ acuti: sed qua est acuti in rectũ. Qui enim diffinit acutũ vtitur recto. Acutus enim est minor recto. Et circulus & semicirculus sunt similia istis. Semicirculus em̃ diffinitur per circulum; & digitus

N Digit⁹ mortu⁹ æquiuoce digit⁹ dicitur. Idem infra,39.

O Recedẽtib⁹ sensibilibus a sensu nescimus vtrũ sint vel non sint. Materia secundũ se est ignota

tus per totum. Digitus enim est pars talium partiũ hominis.
Omnes igitur partes quæ sunt tanq̃ materia: & quæ diuidun-
tur sicut ista quæ sunt in materia vltima. Et oẽs quæ sunt diffi-
nitionũ substantiæ quã significat diffinitio: aut omnia: aut quæ-
dam & etiã animalis anima. hæc enim est substãtia animalis
animati per substantiã quæ est tan q̃ diffinitio & forma: & q̃d
est per essentiã talis. Vnaquæq; igitur partiũ si diffinitur bene
nõ diffinitur sine diffinitione quæ est cum genere. ergo partes
eius sunt ante aut omnes aut quædã: magis q̃ partes animalis
congregati: & similiter in omnibus particularibus. Corpus ve-
rò & suæ partes sunt post hanc substantiam: & ista diuiduntur
sicut illa quæ diuiduntur in materiam: nõ ita q̃ sint substãtiæ:
sed quia sunt vniuersum. Ista igitur sunt ante vniuersum & for-
te nõ: quoniã nõ possunt diuidi: & nõ erit illud quod est aliquo
modo in aliqua dispositione digitus animalis nisi æquiuoce vt
mortuus & imagines eorũ quæ sunt in rei veritate: & in quo
est diffinitio primo & substantia vt cor aut cerebrum: aut illud
quod est eis & non est in hæc diuersitas. Homo vero & equus
& quæ sunt huiusmodi in particularibus non sunt modo vni-
uersali: sed aliquid totale congregatum ex hac diffinitione &
materia: sicut duæ partes totius vltimi & est sermo & simili-
ter in aliis rebus: & forma etiam habet partem: dico formam
istud quod est per essentiã & totũ congregatũ etiam ex mate-
ria & forma: sed partes diffinitionis sunt formæ tantum: diffi- p
nitio verò totius. Essentia enim circuli & circulus & essentia Partes diffinitiõis sunt formæ.
animæ & anima sunt idẽ: res autẽ totalis cõgregata. Verbi gra-
tia ille circulus aliquod particularium aut sensibile aut intelligi-
bile. Et dico intelligibilia vt mathematica & sensibilia vt cu-
prea & lignea non habent diffinitionẽ: sed cognoscuntur cum
cognitione aut sensu. & cũ recedunt ab intellectu: nõ manife-
stantur vtrũ sint aut non sint. Idẽ verò dicitur & cognoscit ser-
mone vniuersali. Materia verò per se nõ cognoscit. Et quædã
materia est sensibilis: & quædã intelligibilis. Sẽsibilis vt cuprũ
& lignũ & oĩa quæ mouent. Materia intelligibilis est illud q̃d
est in sensibilib⁹ nõ secũdũ q̃ sunt sensibilia vt mathematica.

Iam igitur diximus &c. &. d. hoc quia ex sermone prædicto declara- 35
uit, q̃ diffinitiones sunt duobus modis: modo scilicet cuius altera pars Præambula ad soluendũ scd'm qõnẽ.
est materia. & modo in cuius diffinitione non apparet materia: & illud
in cuius diffinitione apparet materia diffinitio suæ partis non est. pars
diffinitionis sui totius. In eis autem in quorum diffinitione non apparet
materia diffinitio cuiuslibet partis est pars diffinitionis totius: & ex

hoc ſolummodo apparet quare diffinitio quarundam partium diffini-
tionum eſt pars diffinitionis:& quarũdam non:& non apparet ex eo ſo
lutio quæſtionis poſitæ, ſcilicet quare res totius ſunt in diffinitiõe par
tis quæ eſt in quantitate:& non inuenitur pars in diffinitione totius: &
ideo dicit iam diximus &c. Deinde dixit, ſed prius reuertamur &c.
quia hoc eſt principium perſcrutationis de ſolutione quæſtionis quam
nititur ſoluere:& dicit iſta enim ſunt ante &c.id eſt iſta enim ſunt ante
diffinitionem aut omnia aut quædam:quoniam ſi omnia fuerint partes
formæ omnia erunt ante:& ſi quædam fuerint partes formæ:& quædã
materiæ:tunc quædã erunt priora tota diffinitiõe & quædã nõ. D.d.
diffinitio aũt recti &c.i.& diffinitio anguli acuti nõ eſt pars diffinitio-
nis recti:ſed econuerſo.ſ. ꝙ diffinitio recti eſt pars acuti: & ſimiliter eſt
de diffinitiõe partis circuli cũ circulo vt de hoĩe cũ ſua parte. V.g.cũ di
gito. Homo em̃ accipitur in diffinitiõe partis:& nõ pars in diffinitione
hoĩs:& iſtæ diffinitiões in quib⁹ totũ accipit̃ in diffinitione partis ſunt
de genere diffinitionũ in quib⁹ apparet materia: nõ de eis in quibus nõ
apparet niſi pars formæ. D.d.& oĩa quæ ſunt diffinitiõis &c.i.& cũ
ſit declaratũ ꝙ diffinitionũ quædã eſt in quo apparet materia:& quędã
nõ:ergo partes diffinitionũ & partes rei quã ſignificãt ſunt partes diffi
niti:aut oẽs.ſ.in diffinitionib⁹ in quibus nõ appareat materia:aut quæ-
dã.ſ.in diffinitionibus in quibus apparet materia. Et cũ voluit decla
rare quæ ſunt illa in quibus nõ apparet niſi forma:& partes eius:& quę
ſunt illa in quibus apparet vtrumq3:dedit exemplũ de animali:& dicit
& etiã anima animalis &c.id eſt & anima eſt exiſtẽs ſubſtãtia in corpo
re quod eſt recipiens animam:& ſunt illa quorum congregatũ dicit̃ ani
mal : & diffinitiones oẽs quæ ſunt partes formæ ſunt partes talis ſub-
ſtãtiæ.ſ.animæ & ſimilis. Et intẽdit ꝙ diffinitio animæ quę dat qui-
ditatẽ eius:videt̃ eſſe ipſum ſuũ eſſe:& quod in diffinitione eius nõ ap-
paret materia omnino:& iſta in quorum diffinitione apparet materia:

Solutio ad quęſtionem ſecundũ materiam.

ſunt illa in quorum diffinitione apparet aliud:& diffinitio dicitur in il-
lis principaliter:& in iſtis ſecundario vt declaratum eſt. Deinde di-
xit, & vnaquæq3 partiũ &c.i.& vnaquæq3 partiũ diffinitionũ ſiue fue-
rit de diffinitionibus in quibus apparet aliud a diffinito : aut de eis in
quibus non apparet niſi diffinitum : non diffinitur niſi eo quod in eius
diffinitione appareat genus & differentia. Et intẽdebat notificare per
hoc ꝙ hoc ſequitur in omnibus diffinitionibus: & in rebus habentib⁹
diffinitiones. D.d.ergo partes eius ſunt ante aut oẽs aut quædã &c.
id eſt & cum hoc ſit declaratum partes cuiuslibet diffinitiõis ſunt ante
diffinitũ magis ꝙ̃ ſint partes diffiniti quæ ſunt ſecundũ quantitatẽ ante
totum aut omnes ſi in partibus diffinitionis non appareat materia : aut

Prioritas totius reſpectu partium eſt prioritas formæ ad materiam. prioritas vero par

quædem ſi appareat. Et dixit hoc : quia quæſtio prædicta fuit quare
partes nõ inueniuntur in diffinitione totius.ſ.quæ ſunt ſecundũ quãti-
tatẽ:& totũ inuenit̃ in diffinitiõe partiũ:& dixit:quia partes diffinitiõis
præcedũt iſtas partes.ſ.quæ ſunt ſecundũ quãtitatẽ aut omnes ſi partes
diffinitionis ſunt formales aut quædam : ſi quædam ſunt formales : &
quædam materiales. Et intendebat quoniam ſi illud quod eſt prius
debet accipi in diffinitione rerum poſteriorum:tunc recte accipit̃ rect⁹

quia est totum in diffinitione partis & non econuerso scilicet secundum quãtitatẽ. Quoniã totũ præcedit partem magis quã pars totum: quoniã prius est totũ parte prioritate formæ ad materiã, & pars est prior toto prioritatę materiæ ad formã scilicet tẽpore indiuiduali, & ideo partes circuli præcedunt circulum indiuidualem non vniuersalem, & diffinitio est partium præcedentium speciem, & hoc est vnum eorum per quæ dissoluitur quæstio prædicta & est dicens: quare pars non inuenitur in diffinitione totius. Et cum pars præcedit totum cum sit existens per se: totum autẽ constituitur per partes. Deinde dicit, & similiter in omnibus particularibus, id est, & similiter est de omnibus particularibus cũ suis vniuersalibus scilicet quod partes totius præcedãt in diffinitione particulariũ: nõ diffinitio particulariũ diffinitionem totius: sicut est dispositio generis cũ suis specieb⁹. Et dixit totũ hoc: quia ista est dispositio recti cũ acuto & circuli cũ suis partibus, & vniuersaliter generum cũ partibus quæ sunt secundũ quãtitatẽ, & quasi æquat partes rei secũdum qualitatẽ cũ eis quæ sunt secundũ quãtitatẽ: quoniã prioritas qualitatis est prioritas formæ, & prioritas partiũ quãtitatis est prioritas materię & totũ est prius parte prioritatę formæ, & ideo dixit corpus autẽ & partes ipsius sunt post hãc substãtiã scilicet formã. D.d. & diuidũtur ista &c. id est, & omnia diuidũtur in suas partes secundũ quãtitatẽ diuisione rerum per suas materias, id est, diuisione speciei in indiuidua.

Deinde incepit diminuere prioritatẽ partiũ quæ sunt secundũ quãtitatẽ quia est prioritas materialis, & dixit, ista igitur sunt sicut totũ &c. id est, & partes quæ sunt secundũ quãtitatẽ sunt priores, secundũ tẽpus in generatione, & cũ hoc ista prioritas non inuenit in omnibus, & sunt partes quæ nõ possunt separari a forma: neq; præcedere eã in esse neq; sequi eã vt partes a animalis cũ animali: quãdo em̃ anima separat: nõ nominatur a suo nomine vero nisi æquiuoce. V.g. digitus quoniam si dicatur digitus in mortuo dicitur æquiuoce, & similiter antequã in eo sit sensus, & hoc intẽdebat cũ dixit: quoniã nõ possunt diuidi &c. id est impossibile em̃ est vt iste partes diuidãtur a forma: neq; mutãtur in aliã speciẽ essendi: quæ species & prima collocãtur sub eodẽ genere nisi prima species & aliæ ad quam mutantur dicantur æquiuoce: vt hoc nomen manus quod dicitur de manu viui & mortui. D.d. & imagines eorũ quæ sunt in rei veritate &c. id est, & omnes partes animalis sunt in hac intẽtione sicut vera pars in qua est principiũ animæ: aut cor vt quidam dicunt: aut cerebrum vt alij. Nulla enim est diuersitas quo ad hoc quod opinantur quod nomen dicitur de prima parte quando separatur a vita æquiuoce cũ eo existente in vita. Nullus enim dubitat quod quãdo in istis non sunt formæ: quod tunc nomen eius non simpliciter dicitur de eis nisi æquiuoce, & in hoc nõ nocet quæstio accidens vtrum sit cor aut cerebrum. Deinde dicit homo vero & equus &c. id est, homo autẽ demõstratus, & omne quod est ex particularibus & non modo vniuersali prædicatur nõ plus quã de vno particulari: sed est totum demõstratũ congregatum ex forma demonstrata & materia demonstrata, & est in sua vltima specie: sicut Sortes in specie hominis, & similiter alia particularia in suis speciebus, & intendit licet non habeant nomina sicut Sortes & Plato habent, & intendebat quod hoc nomen spe-

tiũ respectu toti⁹ ẽ prioritas materiæ ad formã. idem. 4. phy. cõ. 49 & hic infra cõ. 39.

a Pars aĩatis qñ aĩa separat nõ nominat a suo noie vero nisi æquiuoce idẽ infra. 39 & 4. meteororũ. t. c. vl. & hic. c. 37. Vide. 7. physico. cõ. 4.

Q. Nomẽ formæ dicit de forma vniuersali & de forma particulari. idẽ in sequenti.

Prima cau sa quare, indiuidua nõ habẽt diffinitionẽ. vide infra. 53. Secũda causa. Materia per se nõ cognoscit sed cognoscit

per formã. Idẽ pri.phi. tex.cõ. 69. &.4.phi.c. 16. &.j. ca. de substãtia R orbis &.12. me. cõ. 14. &.9.me.11.

cies dicit de indiuiduo & specie æquiuoce. D.d.forma vero est pars &c.id est, forma vero est pars. Sed nomẽ formæ dicitur de forma vniuersali quæ declarat quiditatem speciei, & de forma particulari quæ est forma materiæ demõstratæ. D.d.sed partes diffinitiõis &c.,id est, sed partes veræ diffinitiõis nõ sunt partes formæ nisi vniuersalis: diffinitio aũt toti⁹.i.speciei nõ indiuidui. Quiditas enĩ circuli,& circul⁹ sunt idẽ apud intellectũ, & similiter anima vniuersalis, & quiditas animæ. D. dicit res autẽ totalis cõgregata sicut iste circulus &c.id est, indiuiduum autẽ cõgregatũ ex forma & materia demõstrata. Verbi gratia, iste circulus aut aliquod particulariũ quæ sunt in materia demõstrata:aut sensibili aut cõprehẽsa per intellectũ:aut qđ suũ esse in sensibili sit cõprehensum per intellectũ vt indiuidua quæ sunt in mathematicis, ista enim nõ habent diffinitionẽ. Deinde dedit causam in hoc dixit, ista enim non habent diffinitionẽ &c.id est, & illa quæ cognoscuntur per diffinitionẽ nõ mutãtur secundũ substãtiã:quoniã scientia eorũ nonq̃ mutatur:ergo sunt alia ab indiuiduis. Deinde dicit, & vnũ nõ dicitur neq; cognoscitur &c.id est, & vnũ numero nõ cognoscitur omnino, per diffinitionẽ:sed cognoscitur sensu, id est, & ideo nõ habet diffinitionem:materia autẽ per se non cognoscitur:sed cognoscitur per formã. Deinde dicit & quædã a materia est sensibilis &c.id est, & intelligibile est, illud quod comprehenditur in sensibili, & intellectus iudicat quod non sunt in sensibilibus secundum quod sunt sensibilia:vt linea demonstrata, & superficies & corpus. Ista enim sunt materia figurarum habentium angulos & carentium angulis.

a Distinctio de materia sensibili; & intelligibili pro qua vide supra cõ. 34.&.5. m. cõ.13. &. 8. me.te.c. 15. & in hoc.7 tex. cõ. 39.

Quomodo igitur habet de toto & parte & priore & posteriore dictũ est. Interrogatiõi vero obuiare est necesse: quãdo quis interrogat vtrũ rectus & circulus & aĩal priora:aut in quas diuidũtur:aut ex quib⁹ sunt partes quia nõ simpliciter. Siquidẽ enĩ est & anima animal:aut animatũ:aut vnũquodq; vnicuiq; & circulus q̃ circulo esse, & rectus q̃ recto esse, & substãtia recti q̃ quidẽ est & quomodo dicẽdũ est posterius:puta his quæ in ratione, & quæ recto vniuersali. Etenim hic quidẽ est materia qui æneus rectus, & qui in lineis figuralib⁹. Hic aũt sine materia his quæ in ratione posterior. Eis vero quæ in singulis partibus prior:simpliciter autẽ nõ dicẽdũ. Si vero altera, & nõ est anima animalis, & sic hoc quidẽ dicẽdũ, hoc autẽ nõ dicẽdũ sicut dictũ est. Dictũ est igitur quomodo est de toto & parte: de ante & post:sed necesse est vt r̃nsio sit secũdũ interrogationẽ qñ aliquis quæsiuerit vtrũ rect⁹ & circulus vniuersaliter sint añ: aut p̃tes in quas diuidunt. Quoniã essentia nõ est recti simpl̃r. Neq; aĩa simpl̃r est aĩal:aut animatũ:neq; vnusquisq; circulorũ, & q̃ habet quilibet circulus est circulus & rectus, & essentia recti est rect⁹, & substãtia q̃ est recti. Quod aũt dicit post & post nõ sicut illa quæ sunt in diffinitiõe sunt añ & post.i. rect⁹.

Rectus

Rectus enim qui est cũ materia cuprea est rectus,|& qui est in lineis particularibus. Qui autẽ est sine materia, est post, partes quæ sunt in diffinitione, & ante partes quæ sunt in particularibus. Et non dicitur simpliciter si vnum fuerit aut fuerint nõ sicut anima si fuerit animal. Secundum igitur hunc modũ dicitur quidam esse & quidam non dicitur sicut dictum est.

Dictum est igitur quo modo est dispositio totius apud partẽ in prioritate & posterioriate. D.d. sed necesse est &c. id est, sed oportet vt responsio in interrogationibus quæ dicũtur æquiuoce sit distinguendo nomina æquiuoca in illa interrogatione. Verbi gratia, quod cũ aliquis quæsiuerit vtrum angulus rectus: aut circulus: aut animal sint ante partes suas aut econuerso: oportet enim distinguere secundũ quot modos dicitur rectus aut animal aut circulus, & secundũ quot modos dicitur pars aut totũ & ante & post. Deinde incepit narrare qđ ista nomina sunt æquiuoca &c. d. quoniã nõ est essentia recti &c. id est, quoniã intentio quã significat hoc nomẽ rectus nõ est eadem: neq; cõparatio animæ ad animal aut animatũ est vna. Et intendit qđ anima attribuitur animali attributionibus diuersis: quarũ sunt quædã veræ, & quædã falsæ Verbi gratia, vt dicatur qđ anima aut qđ animatũ sit animal. Deinde dicit, & rectus & essentia recti, id est, & omnia ista dicuntur æquiuoce: & secundũ attributiones diuersas. Quiditas enim recti vniuersalis & est forma attribuitur recto secundũ qđ sunt idem. dicimus enim qđ quiditas recti est rectus, & dicimus quãdoq; quod quiditas recti & est forma eius existit in recto, & secundũ hoc forma recti & non erit rectus: sicut anima nõ est animal. D.d. illa quæ dicũtur post & post nõ, id est, & similiter ante & post quæ dicũtur in istis rebus: post enim dicitur multis modis. Illud enim qđ est post quodãmodo, & nõ est post, quodam alio modo est sicut diffinitiones cũ suis partibus diffinitiuis, & partes eius quæ sunt secundũ quãtitatẽ cum diffinitione. D.d. & post, id est, rectus &c. id est, cũ igitur dixerimus qđ partes recti sunt post rectũ, distinguẽdũ est qđ rectũ intẽdimus & quã partẽ. D.d. rectus eñ qui est cũ materia &c. id est, angulus eñ rectus dicit̃ de illo qui est in materia scilicet particulari, & dicit̃ de illo qui est nõ in materia scilicet, vniuersali, & similiter circulus dicitur de his duobus modis: vniuersalia autem ista sunt post partes suæ diffinitiõis, & ante partes quæ sunt in particularibus & ante particularia. D.d. & nõ dicũtur modo simplicit̃ &c. id est & nõ attribuũtur adinuicẽ attributione vera quocũq; modo attributio nis sit: vt animæ ad animal. Dicere eñ qđ anima est animal: est falsum, & qđ est animatũ: est verũ. D.d. secũdũ igit̃ hũc modũ &c. id est, secũdũ igit̃ hũc modũ attribuitur verũ rebus in quibus est diffinitio rerũ: in quarũ diffinitiõe apparet materia, & innuit per hoc qđ dixit sicut dictũ est illud qđ prædixit in prędicto ca. Omnes igitur partes diffinitionum quæ sunt substãtiæ quæ habẽt diffinitionẽ: aut omnes aut quædã, id est, aut vere dicentur simpliciter de diffinito, & sunt diffinitiones substãtiales: aut quædã vere prædicabũtur & quædã, nõ, id est, qđ vere prædicantur quodam modo, & alio modo non, & hoc manifestius est in expositione loci præcedentis.

36 Oportet vt responsio in iterrogationibus quæ dicunt̃ ęqui uoce, sit distinguendo noĩa æquiuoca in illa iterrogatione. Idẽ. j. cę. tex. cõ. 110. & 4. physi. com. 24.

Dicere qđ aĩa ẽ animal est falsum, ꝙ quõ intelligẽdũ sit vide supra cõ. 21.

CAPVT XI.

Vniuersalis & speciei e diffinitio.


VBITATVR autē merito quæ speciei sunt partes & quæ non:sed simul sumpti:hoc enim nō manifesto existente nō est diffinire vnūquodq;. Vniuersalis enim & speciei est diffinitio. Quæ igitur sunt partiū vt materia & quæ nō si non fuerint manifeste:nec ratio erit manifesta quæ rei. Quæcūq; quidē igitur facta in diuersis specie:vt circulus in ære & lapide & ligno:hæc manifesta esse videtur. Quia nihil circuli substantiæ æs:neq; lapides propter separari ab ipsis. Quæ vero nō videtur separata nihil prohibet similiter his se habere vt si circuli omnes videantur enei. Nihil enim vtiq; minus erat eis speciei. Hoc autē auferre mente non est difficile vt hominis species semper in carnibus apparet & ossibus & talibus partibus. Vtrum igitur sunt partes huius specie & rationis:aut nō:sed materia. Sed quia nō & in aliis fiunt non possimus separare. Quoniam autem hoc videtur contingere immanifestum quando.

Hominis species semper in carnibus aparet & ossibus.

Et rectū est vt quærat aliquis quæ sunt partes formę & quę nō sunt partes eius:sed cōgregati. Quoniā si hoc nō fuerit manifestū impossibile erit diffinire quodcūq;. Diffinitio em̄ est totius & formæ:quæ igitur materia est partiū, & quæ etiā cum fuerit nō erit res,& sic non erit diffinitio quæ est rei manifesta etiā. Omnia igitur quæ vidētur esse per formā in aliquo vt circulus in cupro & ligno & lapide existimātur esse. Cuprū em̄ nō est aliquid de substātia circuli:neq; lapis quia separatur ab eis. Omnia vero quæ nos videntur separari nihil prohibet vt sint sicut ista:queadmodū omnis circulus si videtur cupreus. Quoniā si ita esset cuprū nō esset sine forma omnino. Sed difficile est vt hoc sit separabile in intellectu: vt forma hoīs quæ semper videtur,& in carnibus & ossibus,& in partibus similibus istis. Vtrū igitur etiā ista sint partes formæ & diffinitionis:aut non:sed sunt materia:sed quia nō separantur in aliquo etiā nō possumus cognoscere ea:quia hoc existimatur esse possibile:sed non manifestatur in hac hora.

37 CVM declarauit quæ sunt partes quarum diffinitiones præcedūt diffinitionē totius,& quæ quarū præcedunt diffinitum tantum: non diffinitionē totius,& quæ partes sunt quas totū præcedit, & sunt illæ quæ sunt secundū quātitatē:vult modo inquirere quæ sunt partes formæ,& forma quæ est materia. Et t.d.& rectum est &c.id est, rectum est vt aliquis quærat quæ sunt partes formæ,& quæ nō sunt par-

tes eius:& intendit per hoc partes materiales.& cum hoc non fuerit cognitum: tunc diffinitiones nõ erunt cognitæ quoniam cum partes quæ sunt formæ non fuerint distinctæ apud nos a partibus quæ sunt congregatæ ex forma & materia:& tunc diffinitiones latebunt nos & non poterimus diffinire illud apud nos quod est tale donec distinguãtur partes eius formales a partibus cõgregati ex materia. Deinde dedit causam in hoc, scilicet ꝙ qui nescit formam & suas partes:non poterit diffinire aliquid & dicit diffinitio enim est vniversalis & formæ &c.id est & causa in hoc est: qm̃ diffinitio est intẽtiõis vl'is & formæ vl'is & propriæ non congregati ex forma & materia:vt declaratum est in posterioribus analecticis. Deinde dixit,& quæ materia partium &c. id est & declarandum est quæ est materia propter quã inueniuntur partes in cõgregato ex illa & forma:& quæ est pars rei quæ cum fuerit nõ sequitur vt sit res,scilicet materia.Forma enim est pars quæ cum fuerit est res. Materia vero est illud ꝙ cum fuerit non erit res. Deinde dixit, & sic non erit diffinitio rei manifesta,id est & si hoc nõ fuerit cognitũ:diffinitio non erit cognita. Deinde incæpit perscrutari de hoc & dicit oĩa igitur quæ videntur &c.id est & manifestũ est quod omnia quæ videntur existere secundum formas in pluribus subiectis:quoniam formæ earum sunt aliæ a materijs:& hoc manifestũ est per se. Verbi gratia, circulus qui quandoꝙ est in cupro & quãdoꝙ in lapide & in alijs materijs: & ideo dixit.ista enim existimantur esse &c.id est quoniã manifestũ est per se ꝙ cuprũ nõ est pars circuli substantiæ:nec lignum. Circulus enim quandoꝙ existit in cupro quandoꝙ in ligno:& si alterum istorum esset de substãtia circuli:tũc circulus nõ esset circulus nisi per illud. Deinde dixit omnia vero quæ non videntᷣ separari &c.id est omnes vero formæ quæ non existunt plus ꝙ̃ in vna materia a qua nunꝙ̃ separantᷣ.quoniam hoc non prohibet intellectum intelligere: in eis est aliquid simile materiæ:& aliquid simile formæ. Quemadmodum si circulus nunquã esset nisi in cupro:hoc non prohibet intelligere quod cuprũ non est forma circuli:nec pars formæ. Deinde quoniam si ita esset: tunc cuprum nõ esset sine forma,quoniam si forma circuli esset propria cupro & cuprum proprium ei ad modũ secũdum quem est in materijs rerũ naturaliũ cũ suis formis:tunc nõ esset possibile cuprũ esse sine forma:nisi diceretur cuprũ æquiuoce:queãdmodũ ẽ impossibile carnẽ existere sine sensu & motu nisi æquiuoce. Deinde sed difficile est &c.i.sed differẽtia est inter formas quæ non habent materias proprias.s. mathematicas & formas naturales quæ habẽt subiectũ propriũ. V.g.forma hominis quę nunꝙ̃ est sine carne & ossibus:quoniam istæ formæ naturales difficile abstrahuntur intellectu a suis materijs.Impossibile enim est intelligere hominem sine carne & ossibus.Formæ autem mathematicæ quæ inueniuntur in pluribus vna materia intelligũtur abstracte a materijs. Et intendebat quod intellectus comprehendit diuisionem inter formas & materias facile:quia abstrahit eas in imaginatione a materia.In naturalibus vero difficile:quia non potest abstrahere eas in imaginatione a materia:& ideo accidit quæstio in talibus istis rebus inter partes quæ sunt per materiã:& inter illas quæ nõ sunt per materiã:& ideo dixit: vtrum ista sunt partes formæ &c.id est & ideo dubitatur in talibus entib⁹ naturalibus:

T Diffinitio ẽ formæ vl'is & nõ cõgregati ex materia & forma. vide oppositũ.8.meta.com.vlt. Forma est quæ cũ fuerit erit res: sed materia cũ fuerit nõ erit res.

Cõsimile supra.55.

In naturalibus intellectus nõ põt abstrahere formã ĩ imaginatione a materia. Idẽ 4.ph. com. 16.&. 1.de aĩa. cõ. 16. & quæ ibi. sed vide oppositum. 4. phy.c.17.& 8.me. cõ.8.

In naturalibus itellct⁹ non põt ab/

strahere formā in imaginatione a materia. Idē 4. physi. cō. 15. &. j. de aīa com. 16. & quæ ibi. sed vide oppositum. 4. phy. c. 17. & 8. me. cō. 8.

turalibus: vt in homine & in animali vtrū tota sint materię aut sint hoc formæ extra ipsa: aut sint composita ex materia & forma. Verbi gratia, os & caro, vtrum sint partes formæ in aīali: aut partes materiæ. Deinde dedit causam in hac quæstione: & dixit, sed quia non separant &c. id est & causa in hoc quod nos non possumus distinguere inter eam & formam in istis rebus est quia forma non est in alijs materijs: sed in vna materia. Deinde dixit, hoc enim existimatur esse possibile ad sciendum in omnibus rebus licet in aliqua hora non manifestetur, scilicet in principio originis philosophiæ.

Dubitant quidā iam & in circulo: & in trigono quasi nō sit cōpetens lineis diffiniri & cōtinuo: sed omnia hæc similiter dici ac si sint carnes & ossa hoīs: & æs & lapis circuli. Et referunt omnes ad numeros: & lineæ rationē eā quæ duorū esse dicunt: & ideas dicentium hi quidem ipsammet lineam dualitatē: hi autē speciem lineæ. Quidam enim speciem eandem: & cuius species vt dualitatem & speciem dualitatis: in linea verò non adhuc. Accidit itaq; vnam multorum esse speciem quorū species videtur esse altera quod & pythagoricis accidit. & cōtingit vnam omnium facere per se speciem: alia verò nō species: quamuis sic vnum omnia erunt. Et quidam dubitant in circulo & in triangulo: quoniā non debent diffiniri ꝙ sunt lineæ & cōtinui: sed dicere ꝙ omnia ista sunt: sicut caro hominis dicitur & ossa eius cuprū & lapis circuli sunt quasi membra circuli. & attribuuntur omnia ista numeris: & dicunt quod diffinitio lineæ est diffinitio duorum. Et quidam eorum qui dicūt formā dicunt quod est linea: quoniā linea est prima dimensio: & duo est prima dimensio duorū. Et quidā ꝙ est forma lineæ: & ꝙ quædā sunt res eadē forma & habēs formā vt duo: & formā duorū: & hoc nō est in linea. Vnde accidit vt vna forma sit plurimū quorum forma videtur esse partes: & accidit hoc pythagoricis: & ꝙ est possibile vt istud sit forma oīm: & vt aliud non forma: & secundum hunc modum omnia erunt vnum.

33 Id est, quidā dubitant in circulo & triangulo: & in alijs figuris quoniam vident ꝙ non diffiniuntur per lineas: aut per naturam cōtinui: sed vident quod res mathematicæ sunt quasi materiæ: & ꝙ ista non habent formas quæ declarant substantias eorum: & quod sunt in entib⁹ quasi os & caro: & hoc intendebat cum dicit, sed dicuntur ista omnia sicut dicit caro &c. D. d. & attribuunt omnia numeris, id est & propter hoc posuerunt formas omnium esse numeros: & posuerunt omnia cōtingentia eis in numeris illis. & isti qui posuerunt numeros formas figurarum dicunt ꝙ diffinitio lineæ est diffinitio duorum. D. d. & quidam eorum qui dicunt formas &c. i. & quidam eorum qui dicunt formas esse nō dicunt ꝙ diffinitio lineæ est pars duorū: sed dicunt quod diffinitio lineæ

est

est linea:& ꝙ in eo est primũ & post:& remotio a linea: sicut nos dici/
mus in diffinitionibus cũ diffinitis.& similiter dicunt in vnitate:& in
dualitate ꝙ in ea est primum & post:& remotio a dualitate.i.quoniam
in istis rebus est aliquid simile formæ:& materiæ: & hoc intẽdebat cũ
dicit & quidã ꝙ est forma lineæ. D.d.quædã enim res &c.i.& quidã
istorũ dicũt ꝙ res diuidunẽ in formã materialẽ:& in illud qđ habet for
mã.V.g.in duo demonstrata & in formã dualitatis:& quædã sunt ma/
teria tãtũ vt linea:& hoc intẽdebat cũ dicit & hoc nõ est in linea. Et
cũ notificauit ꝙ isti hoies posuerũt oĩa quasi materias: & dicũt formas
& numeros esse dicit.vnde accidit &c.id est & cõtingit istis vt res plu
res quæ videnẽ esse diuersæ secundũ formã & diffinitionẽ sint vnũ:& vt
hoc qđ videẽ sit factũ:& ꝙ oẽs species sint vnũ secundũ formã.V.g.ꝙ
si vnitas existẽs in hoie & lapide est eadẽ:necesse est vt forma hois & la
pidis sit eadẽ:& siṙr in vnitatibus:& sic hoc nomẽ vnũ nõ diceẽ æqui/
uoce nec multipliciter:sed vniuoce. D.d.& hoc accidens accidit py/
thagoricis &c.&.d.hoc:quia Pythagorici opinanẽ etiã ꝙ numeri sunt
principia entiũ:sed nõ opinanẽ oẽs esse principia secũdũ formas:sed se/
cũdũ ꝙ sunt elemẽta entiũ:vtriꝗ sectæ,cõtingit idẽ.s.vt formę rerũ quę
cõueniũt in eadẽ forma naturali sint eędẽ.trinitas enim existẽs in quã/
titate cõtinua & discreta & lapidibus & aĩalib⁹ & cælis facit oĩa ista
esse eiusdẽ naturæ:& sic nõ erit illic differẽtia inter entia.& hoc intẽde
bat cũ dicit & qđ est impossibile vt ipsum sit forma omniũ & vt alia
nõ sint forma.i.& secundũ hoc contingit vt numerus sit forma oĩm re/
rum:& vt alia quæ dicimus esse formas nõ sunt formæ oĩno: & secun/
dum hoc omnia erũt numerus & nihil erit hoc extra naturam numeri.

Si vnitas existẽs in hoie & lapide sit eadẽ necesse est vt forma hois & lapidis sit eadẽ.

V

Quod quidẽ igitur habẽt dubitationẽ quandã quæ sunt cir-
ca diffinitiões:& propter quã causam dictũ est. Quare oĩa re-
ducere ita:& auferre materiam superfluũ est. Quædam enim
forsan hoc in hoc sunt:aut sicut hęc habẽtia.& parabola de ani
mali quam consueuit Socrat. iunior dicere non bene se habet.
abducit enim à veritate:& facit suspicari:quasi cõtingẽs sit ho
minem esse sine partibus:sicut sine ęre circulum.Sed hoc non
simile:sensibile nãꝗ aliqd forsan animal:& sine motu non est
diffinire: quare nec sine partibus se habentibus qualitercunꝗ.
Nõ enim semꝑ homines est pars manus:sed potẽs opus perfi-
cere.Quare animata existens pars: non animata verò nõ pars.
Circa mathematica autem quare non sunt partes rationes ra-
tionnm:vt circuli emicicla.Non enim sunt sensibilia. Hoc autẽ
nihil differt.Erit enim materia quorundam: & nõ sensibilium
& omnis quod non est quod quid erat esse & species secũdum
se:sed hoc aliquid.circuli quidem igitur non erit eius qui vni-
uersalis : singularium verò erunt partes hæ:sicut dictum est
prius.Est enim materia hæc autẽ sensibilis: hæc autem intelle-
ctualis. Palam autẽ & quod anima est quædã substantia pri-
ma:

Nõ semper hois ẽ pars man⁹ sed potẽs opus ꝑficere.

Materia alia sẽsibilis alia intellectua/lis.

X

ma:corpus autem materia:homo vero aut animal quod est ex vtrisq; vt vniuersale:sed Socrates aut Coriscus vt singulariter. Siquidē igitur anima dupliciter dicitur:alij namq; vt animā: alij vero vt totū. si verò simpliciter anima hoc: & corpus hoc: vt quidē vniuersale:& singulare. Vtrum autē præter naturā talium aliqua substātiarū alia:& oportet quærere substātiā ipsorū alteram quādam vt numeros:aut aliquid tale perscrutandū est posterius. Huius enim gratia & de sensibilibus substantijs tentamus diffinire.quoniam modo quodam physicæ & secundæ phylosophiæ opus circa sensibiles substātias speculatio. Nō solū enim de materia oportet scire physicum:sed & de ea quæ secundum rationem & magis. Dictum est igitur qđ in diffinitionibus est dubitatio:& quod est hoc:quia omnia non sunt eiusdem dubitationis:& quia materia est materia totius. Rectum est igitur vt quoddam sit tale in hoc sicut homo in hoc: aut sicut oportet vt sint illa quæ sunt semper & cum ideæ quas Socrates minor est assuetus dicere in animalibus non est bonum. Procedit enim à veritate.& existimatur quasi esset possibile vt homo sit sine alio:sicut circulus sine cupro:& hoc nō est simile. Rectum est igitur vt animal sit aliquod habēs sensum: & non est sine motu:& ideo non est sine partibus & sunt quoquo modo. Manus enim nō est pars hominis omni modo:sed quando potest complere actionem. Ergo quādo fuerit animatus:& cum nō est:non est pars. In mathematicis verò quare nō sunt diffinitiones partium diffinitionum: vt semicirculorum quoniā ista non sunt sensibilia:aut non est hic differentia. Ergo erit materia etiam quibusdam rebus non sensibilis:& cuiuslibet quod non est illud quod est per essentiam. Circuli verò vniuersalis non erunt partes:particularium autem erunt istæ partes sicut fuit prius:quoniam materia alia sensibilis: alia intelligibilis. Manifestū est igitur q aīa est prima substātia:corpꝰ verò materia:homo verò aut animal aut illud quod ex vtroq; sicut totale. Sortes verò & Remus si fuerit.& corpꝰ & anima est dupliciter.quidam enim est sicut anima: & quidam sicut totum & congregatum. Et si fuerit modo simplici:tunc ista anima:& illud corpus erit sicut vniuersale & particulare.

Nō solū de materia oportet scire physicū sed de forma & magis. Idem 2.phy.21.& 26.& prio de partibus aīaliū ca.j.

Translatio ista arabica est defectuosa deficit enim totum illud qđ īcipit in nostra translatione ab illa pte. vtrū autem præter &c.

39 Dictum est igitur q in diffinitionibus est quæstio: & dictum est in solutione istius quæstionis q solutio eius est per hoc q diffinitiones rerum non sunt sicut dicentes formas opinabantur. Deinde dicit & quia materia est materia totus &c.id est & quia materia manifestum est q non

Illud qđ separatur sermone existi

quod non poteſt eſſe extra formã, manifeſtũ eſt ꝙ formæ naturales, aut plures, aut omnes nõ ſunt extra materiam. D.d.& ideo ideæ quas Socrates minor aſſuetus &c.id eſt, cum declaratũ ſit ꝙ impoſsibile eſt formam eſſe ſine materia, cum ſit poſsibile materiã eſſe ſine forma, ergo illud quod opinatur Socrates minor, & eſt Pla.ſ.animal abſtractũ eſſe, et hominem ſeparatum eſſe eſt falſum, & extra rationem. Quoniam ſi ita eſſet, tunc poſsibile eſſet hominẽ eſſe ante hominem, & hoc intendebat cũ.d.ſine alio. Et.d.hoc, qm̃ ſi eſſet poſsibile hominẽ eſſe ſeparatum, tũc poſsibile eſſet hominem eſſe ſine corpore, quod eſt impoſsibile, & ideo dixit.ſicut circulus ſine cupro.i.ſermo for.facit imaginari ꝙ in diffinitione hominis non eſt neceſſe vt appareat materia hominis. quemadmodum nõ eſt neceſſe vt materia circuli appareat in diffinitione circuli vt cuprũ & lapis. Et.d.hoc, quia illud quod ſeparatur ſermone exiſtimatur ſeparari ſecũdũ eſſe, illud aũt qđ non ſeparatur ſermone, quanto magis non ſeparatur in eſſe, & ideo ſermo obuiauit vero in hac opinione. D.d.& hoc non eſt ſimile.i.& res naturales in hoc ſunt econuerſo mathematicis. Quiditates eñ naturaliũ nõ poſſunt intelligi ſine motu & ſenſu, ſicut poſſunt intelligi quiditates mathematicorũ. D.d.& ideo non ſunt ſine partibus.i.& oportet hanc cauſam cogentem vt forma animalis ſit in materia, impoſsibile eſt vt animal ſit ſine eo quod habet partes materiales. D.d.& ſunt quodãmodo &c.i. & partes cũ ſeparantur a ſenſu ſunt alio modo ab eo quo ſunt qñ habẽt ſenſum. V.g. qm̃ manus non eſt pars hominis niſi quando agit actionẽ manus. D.d.cũ igitur fuerit animatus &c.i.& manus.V.g.qñ fuerit animata erit pars animalis, & qñ non fuerit animata, non erit pars illius. Et cũ.d. ꝙ illa naturalia habẽt partes per quãtitatẽ, quia nõ intelliguntᷣ ſine materijs.& mathematica intelliguntur ſine materia ſenſibili, exiſtimatᷣ qđ ſequitur ex hoc ꝙ mathematica etiam non habeant partes poſteriores diffinitione totius, ſed quia habẽt tales partes accidit quęſtio in hoc, & ipſe vult declarare hoc. Et.d.in mathematicis vero quare non ſunt diffinitiones partium diffinitionum vt ſemicirculi partes circulorum, quia iſta ſunt in ſenſibilia, id eſt, poteſt enim aliquis dicere dubitando, qm̃ diffinitiones omnium partium non ſunt ante diffinitionẽ totius, qa illa quæ ſunt alia habent materias ſenſibiles, quare igitur mathematicis non ſunt diffinitiones partiũ ante diffinitionem totius vt diffinitio, ſemicirculorum, qm̃ iſta non habent materias ſenſibiles. D.d.& in hoc non eſt differentia &c.id eſt, & reſpõſio in hoc eſt dicere quod iſta etiam habent materiam ſicut illa, & quod in hoc non differunt, ſed quędam habent materiam ſenſibilem, ſcilicet naturalia, & quædam intelligibilẽ ſicut mathematica, ſicut dictũ eſt. D.d.& cuiuſlibet &c.id eſt, & vtriuſqꝫ modorũ duarũ partiũ.ſ.quæ ſunt ſcđm quãtitatẽ in duobꝰ generibꝰ.ſ.mathematico & naturali nõ habẽt diffinitionẽ.& hoc intendebat cũ.d.illud qđ non eſt qđ eſt per eſſentiã.D.d.circuli vero &c.i.qm̃ partes quæ ſunt ante materiã quæ ſunt poſteriores in diffinitione a diffinitione totiꝰ nõ inueniunᷣ in ſpecie intelligibili de circulo ſed ineniũtur in particularibꝰ.ſ.in indiuiduis imaginatis, ſicut eſt diſpõ in rebus naturalibꝰ. D.d.materia eñ alia ſenſibilis, alia intelligibilis.i. vtraqꝫ eñ nõ indiuiduaᷣ, niſi qa eſt in materia, & ideo.d. poſt manifeſtũ eſt igitur

maᷣ ſeparari ſecundũ eẽ. Quiditates naturales nõ poſſunt itelligi ſine motu & ſenſu. Idẽ ſupra 37. & q̃ ibi.

tur q anima &c.i.& ideo hoc est manifestũ in animalibus.s.formã existere in materia. Manifestum est eñ per se q anima in animali est prima forma, & q corpus est materia. D.d.homo autem & animal &c.i.homo aũt & animal est totũ congregatũ ex anima & corpore. D.d.sermo &c.i.nomina aũt indiuiduorũ qñ significãt corpus & animã, substãtiã significãt duplicẽ.s.animã & corpus. D.d.& si fuerit modo simplici.i.sicut significat totũ cõgregatum ex partibus per se, & partes etiam per se.i.cũ significant partes indiuidui significatione intentionis simplicis nõ cõpositæ ante istã animã, & istud corpus sicut significat congregatũ & demõstratũ. V.g.istud animal & istũ hominẽ. D.d.sicut vniuersale, & particulare.i.& significat vtrũq; istorũ duorũ modorum simpliciũ significatione vniuersalis.s.speciei, & significatione particularis: & similiter cõgregatũ habet duas significationes.s.significationẽ indiuidualẽ.V.g.Sor.& istũ hominẽ & significationẽ vniuersalẽ.Ver.g.hominẽ. Et intẽdebat q ens eiusdẽ speciei.s.q esse totius est esse partium.

Idem supra c.53. Et cum declarauit q oẽs istæ substãtiæ sunt in materijs, & ideo diffinitiones quarũdam partiũ sunt posteriores diffinitione totius, & partes earũ quæ sunt per quãtitatem nõ habẽt diffinitiones cum non sint priores toto prioritate diffinitionis: sed prioritate materiæ ad formam. d. si aũt aliqua substantia fuerit sine alia &c.i.& quod apparet ex hoc sermone est.s.q substãtia quã significat diffinitio est in materia. Vtrũ autẽ sit hic aliqua substãtia sine materia similis istis substantijs quæ sunt in materia.aut vtrũ inueniunẽ in istis substantiæ quæ sunt aliæ ab istis substantijs sensibilibus.vt dicimus de numeris perscrutãdũ est postea. D.d.qm ppter hoc nitimur distinguere has diffinitiones in substãtijs sensibilibus etiam,id est,nos enim nõ perscrutati sumus de substãtijs sensibilibus.neq; distinximus modos earũ hac distinctione, nisi quia intendimus perscrutari de substãtia in sensibili.& ppter hoc quod dixit philosophus primus nõ cõsiderat de substãtijs sensibilibus secundũ quod sunt sensibiles, sed secũdũ q sunt substãtiæ. Naturalis vero secundũ q sunt substantiæ sensibiles. Et ideo.d.qm quodammodo perscrutatio de substantijs sensibilibus, & cõsideratio de eis est philosophiæ naturalis quæ est secunda,id est, quod philosophia naturalis non perscrutatur de substantia sicut facit ista ars, sed de substantia secundũ quod est sensibilis.&.d.ipsam esse secundam in respectu primæ philosophiæ quæ dicitur metaphysica secundum ordinem doctrinæ non esse. Deinde dicit oportet enim naturalem vt nõ solummodo habeat cognitionem materiæ, sed cognitionem eius quod est per diffinitionem & magis istam, id est, naturalis enim non debet perscrutari de substantia quæ est materia, quia materia est propria entibus naturalibus, sed & de substantia quæ est forma, sed tamen ad terminum notum.& quod perscrutatur de hac substantia magis quam de substantia quæ est per materiam, & hoc declaratum est in secundo physicorum.

Naturalis.

21.&.26.

In diffinitionibus verò quomodo partes quæ in ratione. & quare vna rõ diffinitio. Palã eñ qa res vna, res vero quomodo vna partes habens speculãdũ est posterius. Quod quidẽ igitur est quod quid erat esse, & quomodo ipsum secundum se de omni

omni dictū est.& quare horū qdē ratio quæ eius quod qd erat esse habet partes diffiniti.horū aūt non. Et ꝙ in substātiæ qdē ratione quæ sic partes vt materia nō inerunt. Neq; enim sunt illius partes substātiæ,sed totius.Huius aūt est aliqualiter ratio & non est.Nam cum materia nō est.Indeterminatum enī est. secundum autem primam substantiam est,vt hominis quæ animæ ratio.Substantia nāq; est species quæ inest ex qua & materia tota dicitur substantia vt concauitas. Nam ex hac & naso,simus nasus,& simitas est.Bis enim & his inerit nasus. Y

Et cū partes quę sunt in sermone sunt quoquo modo partes diffinitionū etiā,& diffinitio est vnus sermo, quia res est vna, & hoc manifestū est,quoniā res verò quoquomodo est vna,& habet partes perscrutādū est post.Dictū est igitur quid est per esse materia,& quomodo est per se,quoniam est vniuersale de omni.Et quare de quibusdā rebus sermo qui est qd est per esse materia,& in eo sunt partes diffiniti,& in quibusdā non.Et ꝙ partes quæ sunt sicut materia nō sunt in diffinitione substātiæ. qm̄ illa substātia nō habet partes,sed partes sunt substātiæ cōgregatæ.& ista etiā quoquomodo habent sermonē,& non habēt etiā.quoniā cum fuerit cū materia nō habebit,qa nō est diffinitū per primā substantiā.vt sermo animæ hominis. Substātia enim est forma quæ est in homine, & ex eo etiam dicitur congregatio materiæ substantiæ etiam vt concauitas, quoniā ex ea & ex naso est simus & simitas.Et nasus bis est in istis.

Z Diffinitio est vnū cum diffinito secūdū prædicationē non qa diffinitio quæ forma sit ipsum diffinitū quod est hñs formā. Idē,supra.c.21.34 &.36.

40 Dixit.& cum sit declaratum ꝙ partes substātiæ quoquo modo sunt diffinitionum,& diffinitio habet vnum sermonem,quia res diffinita est vna essentialiter,& post dicemus quomodo diffinitio est vna & habet partes. Et dixit quoquomodo,quia diffinitio est vnum cum diffinito secundum prædicationem,nō quia ipsa diffinitio quæ est forma est ip̄m diffinitum quod est habens formam. Et cum peruenit ad hunc locū fecit rememorationem de declaratis, &. d.dictum est igitur &c. id est, declaratum est igitur quid est substantia quę est quiditas rei,quo modo ista substantia est prædicabilis de illo quod est substantia per se, & qđ hoc est ei secundum ꝙ est vniuersalis.Et declaratum est etiam quare in quibusdam diffinitionibus omnes partes sunt partes diffiniti,et in quibusdam diffinitionibus non omnes partes sunt partes diffinitionū , sed diffiniti. D.d.& ꝙ partes quæ sunt per materiam non sunt in sermone substantiæ &c.id est,& declaratum est etiam quod partes rei quæ sunt per materiam & sunt ille quæ sunt per quātitatē nō accipiuntur in diffinitione substātiæ quæ est forma,qm̄ ista substātia nō habet partes quātitatiuas sed istæ partes sunt substātiæ cōgregatæ ex materia & forma,& est res demonstrata,& intendit sicut partes circuli,& partes recti. Deinde dicit,& ista habet diffinitionem &c.id est,declaratum est

quod substantia quæ est forma habet diffinitionem quoquomodo, & ponatur ipsam esse veram diffinitionem, quoniam in diffinitione istius substãtiæ apparet aliud, & est subiectum, vera autem diffininitio in qua non apparet aliud, non est huiusmodi diffinitorum. Deinde dicit causam in hoc, &c. d. quoniam cum fuerit cum materia &c. id est, causa enim in hoc est quoniam res quæ sunt in illis non sunt diffinitæ per diffinitiones primarum substãtiarum quæ non sunt in alijs. Anima enim quia est existens in alio non habet perfectam diffinitionem. Deinde dicit substantia enim est forma &c. id est, quoniam hæc substantia quę est forma in talibus rebus, & ex illo in quo est, scilicet materia erit diffinitio congregati ex eis, vt simitas quæ diffinitur per concauitatem quę est in hac diffinitione quasi forma, & subiecto cõcauitatis quod est nasus, & ideo accidit in talibus diffinitionibus dicere materiam bis. Necesse est enim vt diffinitio congregati componatur ex duabus diffinitionibus duarum partium ex quo sequitur materiam dici bis, vt declaratum est in principio istius tractatus.

A Anima quia est existẽs in alio non habet pfectam diffinitionẽ. Vide causã 8. met. cõ. 9 &. 16.

In tota verò substantia, aut naso simo, aut callia inest & materia, & quod quid erat esse, & vnumquodq;, in quibusdã idẽ vt in primis substãtijs, vt curuitas & curuitati esse, si prima est. Dico autem primam quæ non dicitur per aliud in alio esse, vt subiecto, vel materia. Quæcumq; verò vt materia, aut concepta cum materia non idem, neq; secundum accidens vnum, vt Sortes & musicum. Hæc enim eadem secundum accidens.

In inceptis cũ materia nõ est idem qđ qdẽ cũ eo cuius est qđ quid est. Idẽ. 3. de aĩa t. ca. 9. &. 8. met. & cõ. 8. &c.

In substantia verò congregata vt nasus ablatio in græco nõ est materia, & quod illud quod est per essentiam et singularia. In quibusdã verò sunt rerũ quæ sunt eædẽ, sicut sunt in prima substãtia, vt reflexio & essentia reflexionis. Si igitur fuerit propriũ, & dico primũ illud per quod nõ dicitur aliud esse in alio vt in subiecto. Oĩa aũt quæ sunt sicut materia, aut sicut cõgregata ex materia, nõ sunt idem neq; sunt vnum: nisi per accidens, vt Sor. & musicus. quoniam omnia ista sunt per accidens.

41 Dicit. composita vero ex materia & forma in actu vt congregatum ex naso & concauitate quod dicitur simitas substantia quæ est ex eis tãquam formam, non prædicatur de materia secundum modum secundũ quem quiditas rei est ipsa res in prædicatione, & sunt res existentes per se. Deinde exposuit hoc. & dicit & simplicia in quibusdam rebus &c. id est, & res determinatæ in quibusdam verò quiditates sunt ipse, id est, quiditates earũm declarauit suas essentias secundum quid, et sunt illa de quibus dicitur quod prædicatum est substantia subiecti, vt inuenitur in primis substantijs. Verbi gratia, reflexio & quiditas reflexionis, sed quia reflexio non est prima substantia in rei veritate, quia est in alio, sed tamen quando intellectus abstrahunt eam a subiecto, tunc ita habet se ad quiditatem sicut primæ substantiæ ad suas quiditates. d. & si fuerit primũ. Deinde exposuit primum, &. d. & dico primũ &c. i. & intelligo

intelligo per primã substãtiam illud quod nõ dicitur in subiecto:& ista sunt vña substãtiarũ vt dictũ est in prædicamẽtis.D.d.omnia vero quæ sunt sicut materia &c.i.composita vero ex materia & forma etiã sunt illa quæ inueniuntur in alijs essentialiter:licet quiditates eorũ nõ declarent essentias eorũ secundũ qđ quiditates primarũ substantiarũ declarãt essentias earũ.congregatũ ex duabus partibus in eis non est vnũ per accidẽs sicut est dispositio in rebus quæ sunt vnũ per accidens.Verbi gratia homo musicus:& homo albus. Et intẽdit q̃ differẽtia inter hominem & musicũ & nasum concauum quod dicitur simitas est:quia nasus simus est vnũ essentialiter & cõcauitas est inseparabilis ab eo:homo autem albus nõ est ita:quoniam albedo nõ est inseparabilis ab eo: & ideo homo albus est vnũ p accidẽs:& intẽdit q̃ nasus diuidit in cõcauum & nõ cõcauũ secundũ quod genus diuidit in suas differentias essentiales: & homo non diuiditur in album & nõ album nisi per accidens. Albedo enim inuenitur in pluribus speciebus alijs ab homine:& differentiæ nasorum quibus differunt non inueniuntur nisi in figuris: & ideo non est remotum vt aliquid in prædicamento qualitatis accipiatur in diffinitione eius quod est in prædicamento substantiæ:& Arist.perscrutabitur de hoc in tractatu sequenti.

Non est remotum vt aliquid in prædicamẽto qualitatis accipiat in diffinitione eius qđ est in prædicamẽto substantiæ. Vide idem. 8. me.t.c.5. & 4.cęli.6.& 26.&.18. ph.32.&.i. de aĩa.11. & 5.phy.com. 10.

CAPVT XII.



NVnc autẽ dicamus primum inquantum in analecticis de diffinitione nõ dictum est: in illis enim dubitatio dicta pr̨opter rationibus de substãtia est.Dico autem hanc dubitationem quare quidẽ vnum est cuius rationẽ diffinitionẽ esse dicimus: vt hominis animal bipes:sic enim hoc ipsius ratio.quare igitur vtiq; hoc vnũ est:sed nõ multa aĩal:& bipes:in hoc namq; homo & albũ multa quidem sunt:cum alterũ non insit alteri.Vnum vero quãdo inest & patitur aliquid subiectũ homo:tunc enim vnũ fit & est albus homo.Hic autẽ non participat alterũ altero.Genus enim nõ videtur participare differẽtias:simul enim cõtrarijs idem participaret.Nã differẽtiæ contrariæ sunt:quibus differt genus si verò & participat eadẽ ratio si sunt differẽtiæ plures:vt gresssiuũ bipes nõ alatũ:quare namq; hoc vnum sed non multa:non enim quia insunt:nam sic ex oĩbus erit vnum.Oportet autẽ vnum esse quæcumq; in diffinitione.Diffinitio eñ ratio quædã est vna & substantia vna.quare vnius alicuius oportet ipsam esse rationem.Etenim substantia vnũ quidẽ & hoc aliquid significat:vt diximus. Dicam⁹ igitur nunc primo de diffinitione cũ non sit dictũ in analecticis.Quæstio eñ difficilis dicta in illis præcedit sermonem de substantia.Et dico de hac quæstione qua de causa est vnũ illud de quo dicimus qđ sermo eius est diffinitio vt sermo hoĩs ani-

B Differentiæ sunt contrariæ quibus differũt genus.

C Diffinitio est ratio vna & substãtia vna.

mal bipes:& sit hic sermo eius quare est vnum:& non multa: scilicet animal:& bipes:quoniã in homine & albo est multũ. quoniã alterum nõ fit reliquum ablatio in græco:cum subiectum fuerit homo:tũc enim fit vnum:& est albus homo. Hoc vero alterum non est in reliquo:quoniam genus non existimatur congregare differentias. Et si non: tunc idem congregaret contraria insimul. Differẽtiæ igitur in quibus genus diuiditur sunt contrariæ:& etiam si vnus sermo congregat differẽtias & differẽtiæ sunt multæ. Verbi gratia ambulans:bipes:nõ pennatum:quia ista sunt vnum & non plura. Non enim sunt vnum: quia sunt in vno:quoniam secundum hoc erit vnum ex omnibus rebus. & non oportet vt sint vnum nisi omnia quæ sunt vnum numero. Quoniam diffinitio est vnus sermo de substantia:ergo debet esse sermo vnus. Substantia enim est vna & significat rem sicut diximus.

Cõsiderare de diffinitionib⁹ est cõe logico &.i. philosopho differenter tamẽ &c.

Differentiæ quæ sunt añ vltimã differentiã sunt existẽtes in diffinito im potentia. cõsimile com. se. &. 8. me. te. cõ. 6.

42 D Dicit. dicamus igitur nunc de diffinitione quare significat vnũ & habet partes:hoc enim nõ fuit dictũ in posterioribus analecticis: quoniã illic posuit hanc positionem & nõ dedit causam. Considerare enim de diffinitionibus est commune logico & philosopho: sed duobus modis diuersis. logicus enim cõsiderat de diffinitionibus secundum ꝙ est instrumentũ q̃ inducit intellectũ ad intelligere quiditates rerũ. philosophus aũt secundũ ꝙ significat naturas rerũ. & ideo dare causas de hoc magis est propriũ huic scientiæ. Causa eñ in hoc est:quoniã vltima differentia data in diffinitionib⁹ est differentia quæ cõtinet formã per quã ens est vnũ in actu:& ens in actu. Differentiæ eñ quæ sunt ante vltimã differentiã sunt existentes in diffinito potentia:& ideo diffinitũ nõ multiplicaẽ per multiplicationẽ partiũ diffinitionis. Et cũ. d. ꝙ intentio eius nunc est loqui de diffinitione:& dicere quæstionem quam dimisit in analecticis. Deinde qõ eñ difficilis &c. i. ista eñ qõ debet præcedere sermonẽ de substãtia. Ista eñ qõ est de qõnibus super quas fundaẽ sciã de quiditate scientiæ. Deinde induxit qõnẽ:&. d. & dico hanc qõnem &c. i. & qõ est quare dicimus vnũ in re: de qua dicimus ꝙ sermo q significat illã est diffinitio. Verbi gratia cũ dicimus ꝙ hõ est animal bipes. Deinde. d. & fit hic sermo eius. i. & cũ diffinitio hoĩs. Ver. gr. est aĩal bipes sit qõ quomõ dicimus ꝙ homo est vnũ:& nõ plura cũ accepimus in diffinitione plura. s. animal & bipes. Deinde. d. in hoĩe vero & albo &c. i. dicere vero homo albus nõ significant vnũ: quoniã alterũ istorũ nõ est reliquum essentialiter:& ideo homo & albedo nõ sunt idẽ nisi ꝑ accidẽs. Deinde. d. & cũ subiectũ fuerit hõ &c. i. & homo albus ẽ vnũ: quia subiectũ albedinis accidit ei ꝙ fuit vnũ. & ideo est vnũ per accidẽs. Deinde. d. hic aũt &c. i. & intendit ꝙ bipes nõ est in aĩali sicut albũ in homine: nec diffinitio diciẽ esse vna hoc modo. Deinde. d. causam in hoc:&. d. genus eñ nõ existimaẽ &c. i. vna eñ species: aut genus nõ existimatur ꝙ in eo inuenianẽ differentiæ cõtrariæ sicut inueniunẽ albedo & nigre-

& nigredo in hoie. Deinde.d.& etiã si vnus sermo cõgregat differentias &c.i.& etiã quæreret aliquis.& dicet.si vnus sermo qui est diffinitio quæ cõgregat mltas differẽtias.V.g.aiatũ:ambulãs bipes:quæ existunt in diffinitiõe hoïs:qũo igit dicit in istis quæ sunt vnũ & nõ multa.Deinde.d.nõ em sunt vnũ:qa sunt in vno.i.istæ em differẽtiæ nõ dicunt p accidẽs esse vnũ.s.qa sunt in vno:sed essentialr:qm si cõcesserim⁹ φ oïa quæ sunt in vno sunt vnũ essentialr:cõtingeret φ totus mund⁹ esset vnũ essentialr:oïa em sunt in cælo qd' est vnũ. D.d.& oportet vt sint vnũ &c.i.& oportet vt illa quæ sunt vnũ per diffinitionẽ sunt vnũ numero: qa diffinitio est sermo vn⁹ q significat substãtiã vnã.Omne em qd' significat diffinitio est vna substantia:ergo necesse est vt diffinitio sit sermo vnius:qa significat in re vnã substãtiã. Et.d.hoc:qa iã prædixit qũo diffinitio est multa & est vnius:& ipse.d.ecõtrario.s.φ vna est res:qa habet vnam diffinitionem ad declarandum ex hoc φ diffinitio est vna.

Si oïa quæ sunt in vno sunt vnũ essentialr tot⁹ mundus eẽt vnũ essentialiter.

Oportet autem primũ intendere de his quæ secundũ diuisiones diffinitionibus.Nihil enim aliud est in diffinitione quã primum dictum genus & differẽtiæ.Alia vero genera sunt primũ:& cum hoc comprehensæ differentiæ:vt primum animal habitum vero animal bipes:& iterum animal bipes non alatum.Similiter autem & si per plura dicãtur.omnino verò nihil differt per plura:aut per pauciora dici.quare nec per pauca: aut per pauca:aut per duo.Duorum verò hoc quidẽ differẽtia: illud verò genus:vt eius quod animal bipes: animal quidẽ genus.differentiæ autem alterum.Si ergo genus simpliciter non est præter eas quæ vt generis species:aut si equidem vt materia est vox enim genus & materia. Differentiæ autem species & elementa ex hac faciunt:palam φ diffinitio est ex differẽtijs ratio.At verò & oportet diuidi differentiæ differẽtiam vt animalis differentia est pedalitas.Item animalis habentis pedes differentiam scire oportet inquantum habens pedes. quare non est dicendum habentis pedes aliud alatum:aliud non alatum: siquidem bene dicit:sed propter non posse facit hoc:sed si aliud habens scissos pedes:aliud nõ scissos pedes:hæ namq; sunt differentiæ pedis.Nam scissio pedis pedalitas quædam est: & sic semper vult procedere donec vtiq; veniat ad non differentiã. Tunc autem erunt tot species pedis quot differentiæ: & pedes habentia animalia æqualia differentijs.si itaq; hæc se habẽt palam.quia finalis differentia substãtia rei erit & diffinitio:si nõ oportet multotiens eadem dicere in terminis.superfluunt em accidit hoc dicentibus.Nam quando dicit animal habens pedes bipes:nihil aliud.d. quam animal pedes habens & duos pedes habens; & si hoc diuidat propria diuisione multotiens

E Genus non est pter generis spẽs aut si est vt materia est.

Finalis differentia substantia rei erit & diffinitio.

dicet: & æqualiter differentijs: siq̃dẽ differẽtiæ differẽtia fiat: vna erit quæ finalis species & substãtia. Si verò secundũ accidẽs vt si diuidat habentis pedes: aliud albũ: aut nigrũ: tot quot vtiq̃ sectiões fuerint. quare palã q̄ diffinitio ratio est quæ est ex differẽtijs. Et harũ ex finali secundũ rectũ. Palã aũt erit si qs trãsponat tales diffinitiões: vt eam quæ est hoĩs dicẽs aĩal bipes pedes habẽs superfluũ enim est habens pedes dicto bipede. Sed ordo non est in substantia. Quomodo nãq̃ oportet intelligere: hoc quidẽ posteriꝰ: illud verò prius. De diffinitionibꝰ quidẽ igitur secundũ diuisiões tot dicant̃ primũ: quales quædã sunt. Sed oportet vt ꝑscrutatio post sit de diffinitionibꝰ quæ sunt secundum diuisionẽ. Nihil enim est aliud in diuisiõe præter genus: quod dicitur primũ & differentia. Alia aũt sunt genera vt primum: & differẽtiæ quæ existunt cũ eo: vt primũ animal quod recipit animal bipes: & etiã animal bipes: vt pennatũ. Et similiter etiã est si dicitur per plura. Et vniuersaliter nõ est differentia: siue dicat̃ per multa: siue per pauca. Ergo non est diuersitas in illis quæ dicunt̃ per pauca: aut per duo: cũ dicunt̃ per duo genus. Aut sicut est illud quod est animal & animal est genus: & illud differẽtia albedo & nigredo. Aut genꝰ nõ erit modo simplici aliud à forma quæ est sicut forma generis: aut æris. hoc est sicut materia. Qm̃ sonus est genꝰ & materia: differẽtiæ verò faciũt formas literas ex sono. Manifestũ est igit̃ quoniã diffinitio est sermo ex differẽtijs. sed oportet diuidere differẽtias differentiæ. V. g. ergo bipes nõ oportet dicere q̄ bipes quoddã est pennatũ: & quoddã non pennatũ sed intendit bonus sermo: quoniã hoc non sit nisi impossibile diuisionis: sed diuisio bipedis esse debet. Talis bipedis: aliud est scissorum pedũ: & aliud non scissorum. Istæ enim sunt differentiæ pedũ: quoniã scissura pedũ est aliqua dispositio ꝓpria: & ita ꝓcedit semper donec perueniatur ad diuersa & tunc erit forma pedis secundũ differentiarũ numerũ. Et erũt aĩalia bipedia æqualia numero differentijs. ergo manifestũ est q̄ vltima differẽtia erit substãtia solius rei. Et si nõ oportet dicere hos sermones in diffinitionibꝰ multotiens: qm̃ hoc est superfluũ in operatione. Et hoc accidit: qm̃ cum dicitur animal bipes de quo prædicantur duo pedes nullꝰ dicitur aĩal præter animal habẽs duos pedes. Et sic diuidit̃ hac diuisione propriè: tunc dicet multotiens secundũ numerũ differentiarũ: aut si differẽtia fuerit differẽtiæ: tũc vltimum aditum

F In substãtia nõ est ordo.

erit

erit forma & substantia. Et si diuiditur accidentaliter. V.g. si bipes quoddã est albũ, & quoddã nigrũ: tũc erit secundũ numerum diuisionũ. Et cũ fuerit declaratũ ꝙ diffinito est sermo qui est ex differẽtijs, & ex suis partibus etiã: tũc erit manifestũ ꝙ si aliquis mutauerit diffinitiões tales vt est diffinitio hominis & dixit ipsum esse animal bipes: de quo prædicantur duo pedes. Quoniã hoc verbũ de quo prædicãtur duo pedes est superfluũ quoniã cũ dicitur pes nõ erit ordo in substãtia: quoniã quomodo est intelligẽdũ ꝙ quædã est ante, & quædã post. Iste igitur primus sermo in diffinitionibus quæ sunt secundũ diuisioñe.

Cum quæsiuit quomodo diffinitio est vna & habet multas partes, & 43
quomodo diffinitũ est vnũ, & diffinitio habet multas partes: vult ponere principiũ perscrutationis de hoc a diffinitionibus quæ sunt secundũ diuisionẽ: vt ei appareat solutio quæstionis. Et d. sed perscrutãdum primo &c. id est, sed primo perscrutandũ est de diffinitiõibus quæ fiunt per verã diuisionẽ. Apparet eñ ex diffinitionibus quæ sunt per veram diuisionẽ qd' nõ cõtinẽt nisi duo scilicet genus ꝓpinquũ, & differentiã essentialẽ illi generi, & vocat genus propinquũ primũ: quia in diffinitione ponitur primũ. D.d. alia vero &c. id est, illa autẽ quæ sunt post primũ genus scilicet genera & differentiæ illorũ generũ sunt in suo esse de natura eius qd' significat primũ genus præter differentiã æqualẽ diffinito. D.d. vt primũ animal qd' recipit &c. id est, vt animal qd' primo diuiditur in animal bipes & multipes. D. bipes diuiditur in pẽnatum & nõ pẽnatũ omnia eñ ista sunt tanꝗ genus. D.d. & similiter etiã est si dicitur per plura, id est, & similiter cõtingit in diffinitiõibus quæ cõtinent differẽtias multas qm̃ nõ est differẽtia inter multitudinẽ differẽtiarũ in hoc, & paucitatẽ in hoc ꝙ sunt quasi genus, & hoc intendebat cũ d. & vniuersaliter nõ est diuersitas &c. id est, & diuersitas nõ est inter diffinitiones in hoc quod sunt quasi primũ genus secundũ hoc diffinitiões erũt compositæ necessario ex duabus naturis scilicet ex genere & differẽtia: siue sint in ea multæ differẽtiæ: siue genus & differẽtia tãtũ. Quoniã illa quę sunt inter primũ genus & vltimã differẽtiã sunt quasi genus & hoc intẽdebat cũ dixit: aut per illa quæ dicũtur per duo, id est, & per genus & differentiã tantũ. D.d. genus vero &c. id est, sumitur igiẽ qd' omnes diffinitiones componuntur ex duabus naturis scilicet genere & differẽtia. D.d. post autẽ nõ erit genus modo simplici &c. id est, & cum sit declaratũ qd' omnis diffinitio cõponitur ex genere & differentia, & genus cõponitur ex forma & materia: aut genus quod dicitur simpliciter non sit aliud a forma subiecti, formæ autẽ erit forma & subiectũ, & quomodocũꝗ fuerit erit simile materiæ. Et forte intelligit per hoc ꝙ genus qd' est vnum ex materia & forma: aut habet hoc nomen ex parte formæ aut materiæ, & quomodocũꝗ fuerit simile est materiæ. Et intendebat per hoc quod genus in re nõ erit in actu sicut materia, & quod illud qd' est in actu est vltima differẽtia: quia genera a diuersant: quędã eñ magis assimilantur formæ, & quædã magis materiæ. D. dicit exemplum &c. d. sonus autem est genus & materia, id est, & genus quod

Illa quæ sũt inter primũ genus & vltimã differẽtiã sunt quasi genus. idẽ cõ. ꝓcedẽti.

G

H

Genus in re nõ est i actu sicut materia. vide pri. me. c. 17. & 8. met. 5. & 6. & 12. meta. 14. & 5. met. te. c. 33. & 10. meta. 24.

a Genera diuersant, quędam magis

assimilatur formæ, & q̃dam magis materiæ.
a Materia nõ prædicatur de re nomine principali, vide idẽ supra. c. 23. & quæ ibi.
b Genus apud Arist. est forma vniuersalis: & differẽtiã est forma particularis. Idẽ pri. me. c. 17. & c. 8. me. c. 6. & 2. phy. cõ. vltimo.

quodãmodo est genus, & quodãmodo est materia est sonus, sonus enim quodãmodo assimilatur materiæ: quia est propinquius materiæ literarũ, & quodãmodo assimilatur formæ quæ prædicatur de literis secundũ quid. a Et materia nõ prædicaẽ de re nomine principali. D.d. differẽtia autẽ &c. id est, potest intelligi: differẽtiæ autẽ percussionũ faciũt forma literarũ ex sono: videtur enim qd' intẽdit hic per formas literarũ syllabas prolatas, & per literas elemẽta. Et forte intẽdit: differentiæ autẽ acceptæ in diffinitiõibus literarũ sunt illa quæ faciũt formas literarũ, & literas esse ex sono, id est, faciũt eas esse ex natura soni. Et intẽdebat declarare secũdũ modũ quẽ genus hoc est materia. Et forte differẽtia inter sonũ in hoc qd' est materia literarũ, & inter cuprũ in hoc q̃ est materia idoli est: quia sonus nõ denudatur a forma & percutiẽte scilicet ex aliquo simili syllabæ lõgæ & breuis. Et cuprũ denudatur a forma & figura omnino, & ideo cuprũ est materia pura, & sonus nõ est materia pura literarũ: sed est similis materiæ secundũ qd' recipit literas & est similis generi secundũ qd' nõ est extra modos sonorũ. Et cũ compleuit hoc &c. d. manifestũ est igiẽ qd' diffinitio est sermo ex differentijs id est, & cũ declaratũ est ex quibus cõponũtur diffinitiões: manifestũ est qd' diffinitio est sermo cõpositus ex differẽtijs, & nõ dixit ex differẽtijs & genere: quia b genus apud ipsum est forma vniuersalis, & differẽtia est particularis. Et cũ narrauit ea ex quibus cõponũtur diffinitiones: incepit declarare qd' diuisio est quæ largitur tales sermões, &. d. sed oportet diuidere differẽtias differentiæ &c. id est, sed oportet oponere diuisionẽ essentialẽ & primã genere diuisio scilicet qd' primo diuidatur genus in primã differẽtiã & suã oppositã. d. illã differẽtiã in suã primã differẽtiã nõ vt primo diuidatur genus in differẽtiã suæ differẽtiæ. V. g. animal habẽs pedes: quoniã primo debet diuidi in suas primas differentias. V. g. in bipes & multipes. d. bipes diuidatur per differẽtias essentiales ei per quas diuiditur prima diuisiõe: sicut genus diuiditur in suas primas differẽtias, & sic fiat semper donec perueniatur ad illud cõgregatũ ex differẽtijs æquale diffinito. D.d. etiã oportet &c. id est, & ideo oportet vt animal bipes diuidatur secũdũ qd' est bipes, & nõ diuidatur in pẽnatũ, & nõ pennatũ, & hoc intẽdebat cũ. d. ergo nõ oportet dicere qd' qdã bipes est pẽnatũ, & qdã nõ pẽnatũ, qui enim hoc facit nõ bene potest diuidere: sed intẽdit bonã diuisionẽ essentialẽ quæ largiẽ diffinitionẽ essentialiter. D. narrauit quæ diuisionũ est essentialis isti differẽtiæ &. d. & oportet vt diuisio bipedis &c. id est, & intẽdit per fissum pedẽ hominẽ, & intẽdit per propriã dispositionẽ formã propriã: pedis fissum enim est vnũ eorũ per quæ perficitur actio pedis in quibusdã animalibus. D.d. & sic procedatur semper, id est, diuidẽs semper debet tenere istũ modũ in diuisione differẽtiarũ donec perueniat ad illa quæ sunt diuersa secũdũ indiuiduũ scilicet vltimas species. D.d. tũc igitur erit diuisio pedis &c. id est, & talis diuisio est in qua numerus specierũ bipedis est secundũ numerũ vltimarũ differẽtiarũ ad quas peruenit diuidẽs.

D.d. ergo manifestũ est &c. id est, & ista diuisio peruenit ad differentias quarũ numerus est secũdũ numerũ specierũ bipedis: manifestũ est q̃ vltima differẽtia est ex specie quę est substãtia illius speciei solius, & sola diffinitio eius, & qd' illud qd' est ante ꝑũ est substãtia propria ei: neq; aliquid

aliquid exiſtens extra animā in actu. Quoniā cū illud per qd' inuenitur ſpecies in actu ſit vnū: manifeſtū eſt qd' illud qd' ſignificat diffinitio eſt vnū & qd' diffinito eſt vna. Quoniā in ea nō eſt aliquid in actu niſi vnū, & multitudo quæ eſt in ea eſt in potētia, & cū ita ſit, diſſoluetur quæſtio. Et cū.d.qd' qui diuidit hac diuiſione non dimilit aliquid de ſubſtātia diffiniti, &.d.qd' qui obuiat iſti modo nō intelligit ſubſtantiā diffiniti.d.etiā qd' ſi iterauerit eādē differentiā errabit ac ſi diminuerit, & d.& ſi non oportet dicere iſtos ſermones &c.id eſt, & hoc eſt præceptū diffinitiōis. Deinde induxit exēplū in quo accidit hoc in ſuo idiomate &.d.& hoc accidit &c.id eſt, quoniā cū dixerimus in diffinitio hominis qd' eſt animal bipes de quo prædicātur duo pedes: tunc ſignificatio huius nominis eſt ſicut ſignificatio iſtorū aliorū vocabulorum: de quo prædicanř duo pedes, & ideo.d.nō dicitur aliud animal præter animal habēs duos pedes, id eſt, qd' nihil aliud.d.niſi qd' eſt animal habēs duos pedes qd' eſt nugatio. D.d.& ſi diuiſit diuiſione propria &c. id eſt, & cū diuidens diuiſerit rem per ſuas differētias proprias & vſus fuerit hoc additiōe: tūc numerus iterationis rei eiuſdē erit ſecūdū numerū differētiarū quas induxit in illa diffinitione: ſed talis iteratio nō vſitatur in idiomate noſtro. D.d.& ſi fuerit differētia differētiæ &c.id eſt, neceſſe eſt ſi diuiſerit differentiā per differentiam eſſentialē, & illā per aliā & non iterauit neq; diminuerit: tunc vltima differentia erit forma & ſubſtātia illius ſpeciei diffinitæ, & erit vnū neceſſario. D.d.& ſi diuiſerit per accidens &c.id eſt, & ſi diuiſerit differentiā diuiſione accidentali. V.g. bipes in albū & nigrū, & iſtas differētias accidētales, & illas accidētales in accidētales: tūc iſte differētiæ erūt infinitæ, & infinitū nō largiř ſcientiā. D.d.cū ergo declaratū eſt &c.id eſt, declaratū eſt ergo qd' diffinitio eſt ſermo cōpoſitus ex differētijs, & qd' diffinitū eſt ens per differentiā vltimā, & hoc manifeſtū eſt vtēdo vera diffinitiōe, & hoc poſito erit manifeſtū qd' ſi aliquis addiderit in diffinitionibus aliquā differentiam iteratā per aliā dictionē quod nugabitur: vt dicatur in diffinitione hominis quod eſt animal bipes de quo prædicantur duo pedes. Iſta enim differentia eſt ſuperflua. D.d.cauſam in hoc, &.d.cū enim dicitur bipes &c.id eſt, & cauſa in hoc errore eſt: quia ponimus qd' bipes non ſignificat ſubſtantiā ſimilem ſubſtātiæ quam ſignificat illud de quo prædicantur duo pedes: ita qd' quoddā ponatur ordinatū ante quoddam: ſi cum debent poni partes diffinitionū, cū iſti duo ſermones ſignificēt idē. D.d.iſte igitur ſermo primus &c.id eſt, hic igitur eſt primū eorū quę debent dici in diffinitionibus quas largitur diuiſio, & ſciēdo naturā iſtarum diuiſionum diſſoluitur quæſtio prædicta.

I Infinitū nō largitur ſciētiā. Idē prio phyſico.35. Epilogus.

CAPVT XIII.



QVONIAM vero de ſubſtātia perſcrutatio: iterum redeamus. Dicitur autē ſicut ſubiectum ſubſtantia eſſe, & quodquid erat eſſe, & quod ex his, & vniuerſale. De duobus quidē igitur dictū eſt. Etenim dictum quodquid erat eſſe, et de ſubiecto: quia dupliciter ſubijcitur: aut hoc aliquid ens vt aīal paſſionib⁹ aut vt materia actui. L

Substantia dicitur quatuor modis.

Et cũ perscrutatio sit de substãtia: reuertamur etiã: qm̃ quẽadmodũ subiectũ dicitur esse substãtia, & quid est per essentiã etiã ita & istud quod est ex eis & eorũ. Et dictũ est de duobus. Dictũ est enim quid est per essentiam, & dictum est de subiecto. Quoniam est subiectum duobus modis: aut est hoc sicut animal est subiectum passionum: aut sicut materia.

In idiuiduo nõ est substantia nisi materia & forma particularis: ex quibus cõponitur: oppositum. 5. met. com. 9.

44 Cum in hac perscrutatione quærat de principijs primarũ substãtiarũ quæ non sunt in subiecto: neq; de subiecto: sed compositarũ ex materia & forma, & est manifestum materiam esse substantiam: incipit perscrutari de forma vtrum sit substantia: aut non, & posuit principiũ perscrutationis de hoc de eis quæ significant diffinitiones. Cum igitur declarauit quod illa quæ significãt diffinitiones sunt substãtiæ rerũ, & diffinitiones cõponũtur ex vniuersalibus quæ prædicãtur de particularibus: incipit perscrutari de vniuersalibus vtrũ sint substãtiæ rerũ: aut, nõ sed tantũ sunt substãtiæ particularia de quibus prædicãtur illa vniuersalia, & hoc est necessariũ in declarãdo q formæ indiuiduorũ substãtię sunt substãtiæ, & q in indiuiduo nõ est substãtia nisi materia & forma particularis ex quibus cõponitur. Et.d. & cũ perscrutatio sit de substantia &c. id est, & cũ perscrutatio sit de formis substantiarum vtrum sint substãtiæ: aut non, & iam prædiximus quod substantia dicitur famose quatuor modis, dicitur enim de subiecto quod est duobus modis: quorum vnus est materia. Et alius cõgregatũ ex materia & forma. Et de eis quæ significãt diffinitiones quæ dant quiditates rerum. [illegible] de toto, & est manifestum quod subiectũ est substãtia, & fuit declaratum q quiditates rerum: sunt substantiæ: dicendũ est de vniuersalibus vtrũ sint substantiæ: aut non. Et.d. hoc: quia post perscrutationẽ de istis rebus declarabitur quod substantia quã significat diffinitio est forma rerum particulariũ. D.d. & dictũ est de duobus, &.d. hoc quia in hoc tractatu est dictum de substantia quæ est quiditas, & etiam dictum est subiectũ esse substantiam, & intendit per subiectum passionum indiuiduum substantiæ, & per passiones accidentia.

Videtur autẽ & vniuersale causa quibusdã esse maxime, & esse principiũ vniuersale. Vnde & de hoc tractemus. Videtur eñ impossibile esse substãtiã esse quodcũq; vniuersaliter dictorũ. Primũ eñ substãtia quæ vniuscuiusq; propria vniuscuiusq;: quæ nõ inest alij. Vniuersale vero cõmune est. Dicit eñ hic vniuersale φ plurib⁹ inesse natũ est. Cui⁹ ergo substãtia hoc erit: aut eñ omniũ: aut nulli⁹. Omniũ aũt nõ est possibile. Vni⁹ autẽ si erit, & alia huius erũt: quorũ eñ vna substãtia est & quod quid erat vnũ, & ipsa vnũ. Et existimatẽ etiã φ vniuersale est causa etiã rerũ & φ magis: quoniã vniuersalia sunt primę causæ magis rerũ. Reuertamur ergo ad hoc dicendũ: qm̃ videtur quod impossibile est vt substãtia alicuius sit quæ dicuntur vniuersalia. Substantia enim prima quæ est cuiuslibet est propria

M
Vniuersale est q aptũ natũ est pluribus inesse idẽ infra te. com. 57.

pria cuiuslibet:& nõ eſt alterius. Vniuerſale aũt eſt cõe. Nõ em̃ dr̃ vniuerſale niſi illud qđ vniuerſaliter eſt pluriũ rerũ. Quorũ igiť erit iſta ſubſtãtia: qm̃ aut erit oĩm rerũ: aut ſi fuerit vniᵘˢ rei: erũt alia illiᵘˢ rei: quoniã illa quorũ ſubſtantia eſt vna & qđ eſt per eſſentiam eis erit eis vnum cum ſit vnum per ſubſtãtiam.

Dixit. & exiſtimatur ꝙ vniuerſale &c. i. quia exiſtimatur ꝙ vniuer- 45
ſale eſt cauſa rerũ magis ꝙ̃ cauſæ particulares: & eſt prima cauſa cauſa-
rum particulariũ: & cauſæ ſubſtantiarum exiſtimantur eſſe ſubſtantiæ:
perſcrutandũ eſt vtrũ vniuerſale poſsit eſſe ſubſtantia aut non. Et di
cit reuertamur igitur quoniam locutus fuit in hoc qđ vniuerſalia non
ſunt cauſæ agentes particularia: ſed hic quærit vtrum ſint cauſæ forma
les. Deinde dixit videtur enim quod eſt impoſsibile &c. id eſt dica-
mus igitur qđ impoſsibile eſt vt aliquid eorum quæ dicuntur vniuer-
ſalia ſit ſubſtantia alicuius rei: & ſi declararent ſubſtãtias rerũ. Dein-
de dixit rationẽ ſuper hoc ꝙ vniuerſale nõ eſt pars ſubſtantiæ alicuius
entium. & dixit. ſubſtãtia em̃ prima &c. i. & vniuerſale nõ eſt pars ſub-
ſtãtiæ alicuius eorũ quæ ſunt ſubſtãtiæ exiſtẽtes per ſe: quia ſubſtantia
cuiuslibet rei demonſtratæ eſt ei propria. vniuerſale aũt eſt cõmune plu
ribus. ergo vniuerſale nõ eſt ſubſtantia propria. Deinde dixit quorũ
igitur eſt iſta ſubſtantia &c. id eſt & ſi fuerit ſubſtantia omnium rerum
erit ſubſtantia vnicuiꝙ eorum. ergo ſi fuerit ſubſtantia vni & cuilibet.
Deinde dedit cauſam in hoc. & dixit. illa enim quorũ ſubſtantia eſt
vna. id eſt, & cum omnia indiuidua conueniunt in vna ſubſtãtia nume-
ro: ergo ſunt vnũ numero. Et forte intendit ꝙ omnia erunt vnũ ſpe-
cie: ſi dixerimus hoc eſſe aliquem ſermonem vniuerſalem continentem
ipſa quæ ſit ſubſtantia eorum. Verbi gratia ens: quoniam tunc oĩa erunt
vnum ſecundum diffinitionem: & quæ ſunt vnum ſecundum diffinitio-
nem: ſunt vnum ſecundum ſpeciem. Et forte intendit vtrumꝙ.

Amplius ſubſtantia diciť quæ nõ de ſubiecto: & vniuerſale de ſubiecto aliquo diciť ſemꝑ: ſed an ſic quidẽ nõ contingit: vt quodquid erat eſſe: in ipſo autẽ exiſtit: vt aĩal in hoĩe & equo. Ergo palã quia quædã eſt ipſius ratio: differt aũt nihil: nec ſi nõ omniũ ratio eſt eorũ quæ ſunt in ſubſtantia. Nihil em̃ minus ſubſtantia erit hoc alicuius: vt homo hominis in quo exiſtit: quare idẽ accidit iterũ. Erit enim ſubſtantia in illius ſubſtãtia: vt animal in quo eſt ſpecies: vt proprium exiſtit. Vniuerſale autẽ dicitur de aliquo ſubiecto: & ſi ita ſit impoſsibile eſt vt nõ ſit ſicut illud quod eſt per eſſentiã: ſed eſt in hoc vt aĩal in equo: & homine. Ergo manifeſtũ eſt quod habet aliquem ſermonẽ: & in hoc eſt diuerſitas. Et ſi nõ fuerit ſermo omniũ eorũ quæ ſunt in ſubſtantia etiam: & ſi non fuerit hæc eſt aliqua ſubſtan tia non minus: vt homo hominis: etiam in quo eſt. Ergo acci- dit hoc idẽ vt animal in quo eſt diſpoſitio quaſi proprium.

Id eſt. vl'e aũt ſubſtãtiale eſt illud qđ prædicať aliquo ſecundũ quid 46
& ſubſtãtia

N & substantia in rei veritate est illud qđ nõ prædicaf de aliquo oĩno:& cũ ita sit:tũc vniuersale nõ significat substantiã:nisi substantiã quam significat pars sicut animal significat de substãtia equi & hominis.s.natu ram cõmunẽ & nõ propriã. D.d.ergo declaratũ est ꝙ habet aliquem &c.i.ergo declaratũ est ꝙ substantia quã significat vniuersale habet ali quã diffinitionẽ:ergo diffinitiões quæ cõponunf ex vniuersalibus non sunt partes substantiarũ sensibiliũ.Quoniã substãtiæ sensibiles non di uersanf in suis substãtijs qñ diffiniunf:& qñ nõ diffiniuntur s.qñ sunt substantiæ:licet nõ diffiniantur etiã minus ꝙ qñ diffiniuntur: sicut est dispositio in visibilibus:quoniã ipsa non sunt minus visibilia qñ vident tur ꝙ qñ non videntur. D.d.ergo accidit hoc idẽ &c.i.d est ergo diffi nitiones vniuersalium a habebunt aliquam dispositionẽ substãtiarum existentiũ extra animã & qualitatẽ accidentẽ eis:vt animal qđ est vniuersale animali proprio,scilicet demõstrato in vnoquoqꝫ animali.

Visibilia nõ sunt minꝰ visibilia qũ videtur ꝙ qñ non videnf.

a Vsia habent aliquã dispositionẽ dispõnũ substãtiarũ existẽtiũ extra animam & qualitatem accidentem eis.

Amplius autem impossibile:& inconueniens hoc esse substantiam: si est ex aliquibus non ex substantijs esse. Nec ex eo ꝙ hoc aliquid:sed ex quali.Prius enim erit non substantia: & qualis substantia:& ipso hoc quod est impossibile.Nec eñ ratiõe:nec tempore:nec generatione passiones possibile est priores esse substantia:erunt enim separabiles. Et etiam ex rebus quæ sunt impossibile:& non bonũ vt sit substantia:& si est ex rebꝰ vt nõ sit ex substãtijs: neqꝫ ex isto ꝙ est hoc demõstratũ: sed ex qualitate.Erit enim ex non substantia substãtiæ:& qualitas ante substantiã:quod est impossibile. Impossibile eñ est: neqꝫ secundum diffinitionem:neqꝫ secundum tempus:neqꝫ secundum generationem passiones esse ante substantiam.

O 47 Id est.& cum sit declaratũ ꝙ vniuersalia intellecta sunt dispositiõis substantiarũ impossibile est vt ista sint partes substantiarũ existẽtes per se.Impossibile enim est & turpe si posuerimus substantiam compositã vt non sit cõposita ex substãtijs:sed ex qualitatibus. D.d.impossibile qđ sequif ex hoc.& dixit.erit enim ex nõ substantia &c.i.contingũt enim huic positiõi multa impossibilia.s.qđ substantia sit ex nõ substãtia:& vt qualitas præcedat substantiã:qđ est impossibile. Impossibile enim est qualitatẽ præcedere substantiã:neqꝫ secundũ diffinitionẽ:neqꝫ secundũ tempus:neqꝫ secundũ generationẽ:& vniuersaliter impossibile est vt passiones existentes in substantia præcedant substantiam.

Impoĩe est qlitatẽ præcedere substantiã:neqꝫ secũdũ diffinitionẽ: neqꝫ secũdum tẽps: neqꝫ secũdũ gñationẽ.cõsiẽ supra.t.c.4.& primo phy. 14. vide quomodo hic sit intelligẽdũ primũ ca.de substãtia or bis.

Amplius Socrati inerit substantiæ substãtia: quare duorum erit substantia. Totaliter verò accidit si est substãtia homo: & quicũqꝫ ita dicuntur.nihil eorũ quæ in ratione esse nulliꝰ substantiã neqꝫ sine ipsis existere:nec in alio.Dico autem non esse quoddã animal præter aliqua:nec aliud aliorum quæ in rationibus nullius.Ex his itaqꝫ speculantibꝰ palam:quia nihil vniuersaliter existentiũ est substãtia.Et quia nullũ cõiter prædicatorũ significat hoc aliquid; sed tale. Sinautẽ alia quoqꝫ multa accident

accident:& tertius homo. Et etiã in Socrate eſt ſubſtãtia cũ ſit ſubſtãtiæ.ergo erit ſubſtãtia duob⁹. & vniuerſaliter accidit ablatio in græco:homo eſt ſubſtantia:& omnia quæ dicuntur hoc modo:vt nullum eorũ ſit aliud ſeparatũ.V.g.vt nõ ſit animal aliquod aliud á particularibus:neq; aliud ex illis quæ ſunt ex vniuerſalibus omnino.Ex iſtis igitur declarabitur conſideráti quod nullum eorum quæ ſunt vniuerſalia eſt ſubſtantia.Et quia nullum eorum quæ prædicantur cõiter ſignificat hoc: ſed tale.Et ſi non acciderent plura alia:& tertius homo.

Id eſt.& ſi vniuerſale eſt ſubſtantia exiſtens in indiuiduo demonſtrato:& eſt ſubſtantia addita ſubſtantiæ:per quam indiuiduum demõſtratum eſt indiuiduũ ſubſtantiæ:& ſic erunt in indiuiduo duæ ſubſtãtiæ: & quomodo erit hoc. Deinde dixit,& vniuerſaliter accidit ablatio in græco homo eſt ſubſtantia &c. Forte intelligit:quoniã ſubſtãtiæ quia ſunt exiſtentes per ſe:& vniuerſale a eſt in capitulo ad aliqd: ergo vniuerſale non eſt ſubſtantia ſeparata omnino:ſeparata enim ſunt de genere rerum exiſtentium per ſe:& nõ de genere relatiuorũ:& ſecundum hoc nõ erit hæc ſubſtantia nõ ſubſtantia particularis exiſtens per ſe:aut in materia:aut non in materia. Deinde dixit neq; aliud aliorum quæ ſunt in vniuerſalibus &c.id eſt neq; vniuerſale quod eſt vniuerſalius eorum quæ ſunt rerum ſenſibilium:neq; aliud generum collocatorum ſub hoc vniuerſali quorũ proportio aliud eſt:ſicut proportio particularium ad vniuerſale quod eſt magis particulare eorum quæ inueniunt in eodẽ genere. D.d.ex iſtis igitur declarabitur &c.i. qm̃ nullum vniuerſaliũ b prædicabiliũ ſecundũ qd de re demõſtrata ſignificat ea ſecundũ qđ eſt demonſtrata & indiuidua:ſed ſecundũ ꝙ in ea eſt natura ſimilis naturæ quæ eſt in quolibet indiuiduorũ illi⁹ vniuerſalis ſcilicet natura cõis præter naturã ꝓpriã vnicuiq; eorũ. D.d. accidit eñ &c.i.cõtingunt enim huic ſermoni multa impoſsibilia alia a prædictis.Contingit eñ vt ſit hic homo tertius: qm̃ ſi ex homine intellecto: & ex homine ſenſibili ſit vnũ congregatũ: continget vt cõgregatum ſit homo tertius:& vniuerſaliter omnis natura congregata ex duab⁹ naturis conuenientibus,neceſſe eſt vt ſit de natura componentium. 48

Ampli⁹ aũt eſt ita manifeſtũ:impoſsibile eñ ſubſtantiã ex ſubſtãtijs eſſe in exiſtẽtib⁹ ſic vt actu.Duo nãq; ſic actu nunq̃ ſunt vnũ actu.Sed ſi poteſtate duo fuerint:erũt vnũ vt quæ duplũ ex duobus dimidijs poteſtate. Nam actus ſeparat:quare ſi ſubſtãtia vnũ:nõ erit ex ſubſtãtijs in exiſtẽtib⁹.Et ſecundũ hũc modũ quidẽ dicit Democritus recte. Impoſsibile eñ eſſe ait ex duobus vnum,aut ex vno duo fieri.Magnitudines eñ indiuiſibiles ſubſtãtias faciũt.ſiř igiť manifeſtũ:quia & in numero habebit:ſi eſt numerus cõpoſitio vnitatũ: ſicut diciť à qbuſdã.Aut eñ nõ vnũ dualitas:aut nõ eſt vnitas in ipo actu. Et etiã hoc eſt manifeſtũ hoc modo.Impoſsibile enim eſt vt ſubſtantia

a Vře eſt in ca.ád aliqđ. & entia ſeparata ſunt de gñe rerũ ꝑ ſe exiſtentiũ.vide idẽ ĩfra.cõ.57.

b Vře qđ prædicať in qd de re nõ ſignificat eã vt eſt indiuidua:ſed vt eſt in ea natura ſiſis naturæ q eſt in quolibet Indiuiduorũ. vide.12.me.com.4.

Vľr omnis natura congregata ex duab⁹ naturis cõuenientib⁹ neceſſe eſt vt ſit de natura componentium

actus ſepat.

Ex duobus actu exiſtẽtibus nõ ſit ꝑ

se vnū idem 8. me. t. c. 15. & .2. de anima tex. com. 7.

stantia sit ex substantijs:cū sit vnum sicut illa quæ sunt in actu. Duo enim quæ sunt in actu secundū hunc modum non erunt in aliqua hora vnū in actu. Sed si fuerint duo in potentia erunt vnum sicut est duplex ex duobus in potentia. Actus enim diuidit substantiam. igitur non est vnum ex substantijs quæ sunt idem in actu. Et secundum hunc modum dixit Democritus sermonem verum. dixit enim quod impossibile est vnum esse ex duobus:& duo esse ex vno. Tunc enim essent substantiæ magnitudinum indiuisibilium:& est manifestum ꝙ similiter erit in numero:& si ista sunt vnitates: sicut dicunt quidam duo aut illa in quibus non est vnitas in actu.

49 Id est.& manifestum est alio modo declarationis qđ impossibile est vt vna substantia actu sit ex duabus substantijs in actu:& intendebat qđ hoc sequitur si vniuersale est pars substantiæ indiuidui demonstrati præter substantiam & propriā. Deinde.d.duo enim quæ sunt in actu &c. i.& causa in hoc est:quia impossibile est quod duo in actu sint ex quib⁹ in aliqua hora fiat vnum in actu existentibus illis duobus in actu in eo.

Deinde dicit.sed si fuerint duo in potētia &c.idest illud quod est possibile scilicet vnum in actu sit compositū ex duobus existētibus in ipso in potentia:vt linea quæ est vna in actu:& duplex duabus medietatibus quæ est in potentia medietas nō in actu. D.d.actus eñ diuidit &c.i.& causa in hoc est:quia actus facit additū esse diuisum:& duo.& ideo impossibile est vt vnū sit ex duobus in actu:vnū enim est cōtinuū:& actus est discretū. D.d.ergo substātia &c.i.igitur declaratū est qđ substātia nō est vnū cū est cōposita ex substātijs existētibus in actu. D.induxit democritū testē:&.d.& secundū hūc modū.d.democritus &c.i.& intēdit ꝙ democritus cōcedebat impossibile esse vnā substātiā cōponi ex duabus substātijs. D.causam in hoc qđ sermo eius in hoc est ver⁹:& est qa ipse opinabaẗ qđ entia cōposita sunt cōposita ex corporibus indiuisibilibus:& nō dicebat mixtionē p quā dicimus possibile esse vt ex pluribus substātijs fiet vna substātia. Et opinabaẗ in substātijs naturalibus esse eas vnum in genere:non in actu:& negabat materiam continui.

Et quia similiter cōtingit hoc eis qui cōponūt entia ex numeris.d.& est manifestū ꝙ silr est in numero &c.i.& est silr manifestū ꝙ contingit dicētibus ꝙ substātiæ demōstratæ sunt cōpositæ ex nūeris.s. quæ sunt vnū secūdū cōtinuation[illegible]& cū dixit & si ista sunt vnitates innuit entia.

P i.si ista entia sicut qdā d[illegible] sunt cōposita ex vnitatibus. D.induxit illud ex quo fingūt entia cōponi:&.d.sicut qdā dicūt &c.i.sicut fingūt qdā ꝙ nūerus est eorū ex qbus cōponiẗ natura entiū in qbus nō est vnitas in actu est duo. Et innuebat p hoc qđ cōtingit etiā istis hoībus aut dicere ꝙ entia quæ sunt secūdū gen⁹ nō sunt vnū in actu:aut dicere qđ vnitates ex qbus cōponūtur nō sunt vnitates in actu:& sic contingit eis vt numeri admisceanẗ:& tūc gñabiẗ ex eis vnū in actu:qđ est impossibile.

Habet autē qđ accidit dubitationē. Si eñ neq; ex vlibus possibile est esse nec vnā substātiā: ꝓpter tale aliqd: sed nō est aliquid

quid hoc aliquid ſignificare. Nec ex ſubſtantĳs contingit actū eſſe neq; vnā ſubſtantiā, incōpoſita vtiq; erit ſubſtātia omnis, quare nec ratio vtiq; erit neq; vnius ſubſtantię. at verò videtur omnibus & dictum eſt dudum aut ſolum ſubſtātia eſſe terminum aut maxime. Nūc aūt neq; ſi huiuſmodi. Nullus igiẽ erit diffinitio: aut modo quodam erit. modo autem quodam non. Manifeſtum autem erit quod dicitur magis in poſterioribus.

Et in hoc ꝙ accidit ex hoc eſt error, quoniam ſi eſt impoſsibile vt ſit ſubſtantia omnino de ſubſtantĳs in actu, ergo nulla compoſitio eſt alicuius ſubſtantiæ. ¦ Sed omnes exiſtimant ex prædictis quoniā diffinitio. aut eſt ſubſtantia tantum, aut eſt ei magis, & ſecūdū ꝙ dictum eſt tunc diffinitio non eſt ſubſtantiæ nec alterius rei oīno, vt dicat ex quodā mō eſt diffinitio, & quodam mō nō, & iſte ſermo erit de diffinitionib⁹ dictis poſt.

Dixit, ſed accidit quod in eo quod dictū fuit. ſ. ꝙ impoſsibile eſt ꝙ vna ſubſtātia ſit ex pluribus ſubſtātijs in actu. qm̄ ſi ita ſit exiſtimaẽ ꝙ omnes ſubſtātiæ eſſent ſimplices, & ꝙ nulla ſubſtātia ſit cōpoſita. D. d. ſed oēs exiſtimāt &c. id eſt, ſed omnes exiſtimāt ꝙ ſubſtātiæ ſint cōpoſitæ ex hoc ꝙ cōcedūt ꝙ diffinitiones ſignificāt cōpoſitū, & ꝙ diffinitiones aut ſunt ſubſtātiarū tantū, aut magis. D. d. ſed ſecundum illud quod dictū eſt nūc &c. id eſt, & ſecūdum ꝙ ſequiẽ ex primo ſermone. ſ. qm̄ ſubſtantiæ nō cōponunẽ, nulla ſubſtātia habebit diffinitionem niſi dicatur ꝙ quodā modo cōpoſitionis erunt diffinitiones, & quodā mō non. D. d. & iſte ſermo &c. id eſt, & poſt declarabiẽ cuius modi cōpoſitorum ſunt diffinitiones, & cuius modi non. Et intendit ꝙ diffinitiones ſignificant ſubſtantias in potētia & vnā in actu & hoc iam declarauit, ſed vult complere perſcrutationem de illo poſt, & ſunt compoſita ex partibus quæ ſunt ſecundum quantitatem. 50 Supra tex. cō. 43.

CAPVT. XIIII.



MAnifeſtū aūt ex his ipſis, quod euenit ideas ponẽtib⁹ ſubſtātias & ſeparabiles eſſe, & ſimul ſpeciẽ ex genere facientibus & differētĳs. Si enim ſunt ſpecies, & animal in homine, & equo, aut vnum et idem numero ſunt. aut alterum. Ratione nāq; palam quia vnū. eādem enim. d. rationem dicẽs in vtroq;, ergo ſi eſt aliquis homo ipſum ſecūdū ſe hoc aliqd. & ſeparatum, neceſſe eſt ex quibus vt aīal & bipes, hoc aliqd ſignificare, & eſſe ſeparabilia, & ſubſtantias. quare & animal. Siquidẽ igiẽ idẽ & in equo, ſicut tu in teipſo, qūo in ſeparatim exiſtentibus vnū erit. & quare nō. & ſine ipſo erit & aīal hoc. Q

Et ex hoc apparet qd accidit dicētib⁹ formas. ſ. ideas eſſe ſubſtantias & ſeparatas. & dicētib⁹ cū hoc ꝙ forma eſt ex gn̄e & differentĳs. Quoniā ſi forma & aīal eſt in hoīe & equo tūc aut

ſunt

ſunt vnũ numero,aut diuiſa,& eſt manifeſtũ ꝙ ambo ſunt vnũ p diffinitionẽ.& ſi aliqd fuerit hõ & eſt p hoc & eſt ſeparatũ etiã,neceſſe eſt & illa ex qbus eſt aĩal,vt ſignificet hoc & vt ſeparatũ p ſubſtãtiã.ergo & aĩal etiã ſi eſt idẽ in equo,ſicut non eſt idẽ quodã modo quo mõ poſſunt ponere ipm ſeparatũ, & vt ſit vnum,& quare non eſt ſeparatum ab eo ipſum animal.

51 Id eſt,& ex prædictis & ex eis quæ modo dicã apparet quid accidit de impoſsibili dicentib⁹ ſpecies eſſe ideas & ſubſtãtias ſeparatas, qui dicũt ꝙ ſpecies generanť ex generibus & differentijs. D.d.illud impoſsibile &.d.qm̃ ſi forma & animal &c. qm̃ ſi forma quæ eſt genus in ſpeciebus eſt ſicut animal in homine,& equo,tunc aut animalitas quæ eſt in eis eſt vna numero,aut ea quæ eſt in equis eſt alia ab ea quæ eſt in homine ſimplr,& vtrũq; eſt impoſsibile.ergo ſequitur vt ſit in eis vna ſecũdũ diffinitionẽ & quiditatẽ. D.d.ſi igiť aliquid fuerit homo &c. id eſt,ſi igiť fuerit hic homo ſeparatus vnus in numero & demonſtrat⁹, qui eſt exẽplar hominis generabilis & corruptibilis,neceſſe eſt vt pars hominis ſeparati quæ eſt exemplar animalis quod eſt hic,aut ſit prædicatiuũ de animali cui⁹ eſt exẽplar,aut ꝙ ſit etiã ſeparatũ per ſubſtantiã ab eo cuius eſt exẽplar vnũ numero. D.d.ergo eſt animal &c.i.& cũ fuerit conceſſum ꝙ animal eſt in homine & equo quodã mõ vnũ.ſ.vnũ ſecundũ genus,quod nõ eſt in eis vnũ alio modo.ſ.ſecũdũ numerũ.quõ poſſunt ponere illud quod eſt ſecũdũ genus vnũ ſeparatũ & vnũ in numero,& quare nõ eſt animal ſeparatũ quod eſt exẽplar idem cũ animali,quod eſt in ſenſato,& ſic nõ erit exemplar ei,ſed formæ quæ ſunt in ſenſibilib⁹ ſunt ſeparatæ. Et.d.hoc qa iſte ſermo põt magis exiſtimari.ſ.ꝙ formæ,quarũ actiones apparẽt in materijs ſunt ſeparatæ, & ipſe perſcrutabiť de hoc in alia ſciẽtia,& maxime in aĩa,& in aĩa intellect⁹.

3.de aĩa.te.? cõ.4.& infra.

Deinde ſiquidem participatione bipedis & multipedis, impoſsibile aliqd accidit. Cõtraria nãq; ſimul inerũt ipſi, & huic enti.ſinaũt qs modus qñ dicit aliquis vtiq; aĩal eſſe bipes aut greſsibile.ſed forſan cõponitur,& copulatur aut miſcetur. Verũ omnia inconuenientia.ſed ſi alterũ in vnoquoq;.Infinita ergo erũt vt eſt cõſequẽs differẽtiæ quorum ſubſtantia animal. Nõ em̃ ſecũdũ accidẽs eſt animal hõ. Amplius multa erunt ipſum animal.ſubſtãtia em̃ in vnoquoq; animal. Nõ enim de alio diciť.ſi aũt non ex illo erit homo & genus ipſius illud. Et amplius ideæ omnia ex quibus erit homo. Igitur nõ quidẽ alterius verò ſubſtantia.Impoſsibile nãq;.Ipſum igitur animal erit vnũquodq; eorũ quæ in aĩalibus. Amplius ex quo hoc & quomõ ex ipſo animali,aut qũo poſsibile eſt eẽ animal,quod eſt ſubſtantia hoc ipſum præter ipſum animal. Ampli⁹ aũt in ſenſibilibus hæc accidũt,& his abſurdiora.ſi itaq; impoſsibile ſic ſe habere palã,quia nõ eſt idea ipſorũ ſicut qdã dicũt.

Et

Et etiam ſi per communicationem ſunt bipes & multipes etiam neceſſe eſt vt in eis ſint contraria inſimul in eodem.cum hoc etiam.& ſi non.quomodo igitur dixit aliquis ꝙ animal eſt ambulans aut bipes.Et rectum eſt vt ſint cõpoſita, aut contracta aut mixta.ſed omnia ſunt indiuidua quæ non ſeparantur.ſed vnumquodq; eorum habet aliud vnum.ergo erit ſicut ſermo dicentis ꝙ illa quorum ſubſtantia eſt animal ſunt infinita.Homo enim ex animali non accidentaliter.& etiã ipſum animal erit plura.Subſtantia eñ eſt animal quod eſt in quolibet & non dicitur ad aliud.ſi non erit homo ex illo , & hoc eſt genus eius,& etiam omnia ex quibus eſt homo ſunt exemplaria,ergo non erit exemplar dictum de alio, & de alia ſubſtantia,hoc enim eſt impoſsibile,ergo erit illud quod eſt animal vnumquodq; eorum quæ ſunt animalia , & etiam ex quo erit ex hoc,et quomodo ex illo,quod eſt animal,aut quomodo impoſsibile eſt vt animal quod eſt ſubſtantia ſit aliud ab eo quod eſt animal,& etiã accidunt iſta in ſenſibilibus,& magis inopinabilia,& ſi eſt impoſsibile vt ſint huiuſmodi. Manifeſtum eſt ꝙ nõ ſunt exemplaria ſecundum modum quẽ dicunt quidã.

Id eſt,& ſi cõmunicent in vno numero,& eſt aĩal bipes & multipes, 52 & oẽs ſpecies diuidunẽ per drĩas pedis,neceſſe eſt vt in illo vno congregenẽ contraria inſimul. D,d.& ſi nõ qũo ergo &c.i. & ſi nõ qũo põt aliqs exiſtimare vt vnũ numero.V.g.animal inueniaẽ in ſeo ſpecies animalis ambulãtis per duos pedes, & ambulãtis per plures pedes. D. Q d.& rectũ eſt &c.i.ſed rectũ eſt ſi exiſtimantur plura eſſe in vno ſecũdũ numerũ quãdo illud recipiẽs fuerit diuiſibile ſecũdũ quãtitatem,vt illa plura ſint ex rebus cõpoſitis in vno,aut cõtracta aut cõmixta, ſed cum hoc erũt nõ ſbinuicẽ diſtincta,& vnũquodq; eorũ habebit naturã aliã a natura alterius. D.d.ergo erit ſicut ſermo dicẽtis &c.id eſt,ergo cõtingit ex hoc vt animal ſeparatũ quod eſt vnũ ſit ſubſtãtia rerũ infinitarũ.ſ.ſpecierum cõſtitutarũ per ipſum,hõ enim & equus & aliæ ſpecies animalis ſubſiſtũt per illud nõ per accidẽs.& ipſum eſt ſimile materiæ, & ideo.d.homo eñ ex animali nõ per accidẽs. D.d.& etiã erit homo &c.id eſt,& etiã erit homo ſeparatus ex illo animali ſeparato, & illud ſeparatũ erit genus eius, & ſimiliter contingit in alijs rebus ex quibus eſt homo,& non ſunt aliud quam genera ex quibus conſtituitur. D. d.ergo nõ erit exẽplar &c.i.ergo animal & alia genera ex quib⁹ eſt homo erit prædicatũ de pluribus ſecũdũ quid,& impoſsibile eſt in eo qđ eſt exemplar exiſtens ꝑ ſe.ſ.vna ſubſtantia ſin numero prædicari de pluribus. D.d.ergo erit illud quod eſt animal &c.i.niſi aliqs reputet poſſibile ꝙ vnum numero qđ eſt animal cõgreget ſpecies animalis exiſtẽtis in ipſo,ita ꝙ omnes ſint vnũ,qđ eſt impoſsibile.D.d.& etiã ex quo erit hoc &c.i.& eadem ſpecies ex qua erit ex animali demonſtrato qđ eſt vnum numero & indiuiſibile,& quomõ eſt impoſsibile vt illud qđ

est ex animali fit ex substãtia eiusdem speciei.alia a toto animali, id est, ꝙ animal non potest diuidi secundum quantitatẽ, sed si diuidatur, tunc diffinitio totius & partis est eadem. D.d.& quædam ista sunt impossibilia in sensibilibus &c.id est, quando ponuntur conuenire cum suis exemplaribus. D.d.& si est impossibile &c. id est, si est impossibile vt sensibilia sint secũdũ hoc.s.composita ex substantijs distractis abinuicem existentibus in eadem substantia numero.manifestum est ꝙ non habent exemplaria secundũ modũ quem dicunt quidã homines,& intẽdit illum modũ quem dixit hic.s.vt sint hic exẽplaria & ꝙ sic vẽra sint.

CAPVT XV.



QVoniam verò substantia altera,& ꝙ simul totũ,& ratio Dico aũt quia hoc quidẽ sic est substãtia cum materia cõcepta ratio illa verò ratio totaliter. Quęcũq; quidẽ igitur ita dicuntur, horum quidẽ est corruptio, etenim generatio huius. Rationis autem non est ita vt corrũpatur, neq; enim est generatio. Non enim fit domui esse, sed ꝙ huic domui, verum sine generatione & corruptiõe sunt & non sunt. Ostensum est enim quia nullus hic generat nec facit, vnde & substantiarum sensibilium singularium, nec diffinitio, neq demonstratio est, quia habent materiam cuius natura talis est, vt contingat & esse, & non esse. quapropter corrupti bilia omnia singularia ipsorum. Ergo si demonstratio necessariorum, & diffinitio scientifica, & non contingit sicut nec scientiam, quandoq; sciẽtiã quãdoq; ignorãtiã esse. Sed opinio tale quidẽ est, ita nec demonstrationẽ: nec diffinitionẽ, sed opinio est cõtingẽtis aliter se habere, palã, quia nõ vtiq; erit ipsorum, nec diffinitio, nec demonstratio. Nõ enim sunt manifesta corrupta sciẽtiã habẽtib⁹, & cũ à sensu abscesserint, & saluatis rationib⁹ in anima eisdem, non erit nec diffinitio amplius, nec demonstratio. Propter quod oportet eorũ ad terminum studentẽ, cũ aliquis diffiniat aliquid singulariũ, non ignorare, quia semper auferre est. Non enim contingit diffinire, nec itaq; ideã nullam est diffinire. singularium enim idea vt dicũt, & separabilis est.

Non fit domui esse, sed huic domui

R Singulariũ non est diffinitio neque demõratio. Nãtura materię est quę res põt esse & non esse.

S Recedẽtib⁹ sensibilib⁹ a sensu non est de eis certitudo sed opinio.

Et cũ substãtia totalis & diffinitio aliud & aliud.s.ꝙ quædã substantiæ hoc modo quod diffinitio cõgregat materiã, & quædã est vnitas diffinitionis. Omnia quæ dicunẽ secũdũ hoc habent generationẽ & corruptionẽ etiã. Diffinitio aũt quæ est hoc mõ habet corruptionẽ, qm̃ possibile est gñari. essentia em̃ domus nõ gñatur, sed generatur essentia cuius est domus. Ista igitur sunt & non sunt sine generatione & corruptione. Et declaratũ est ꝙ ista neq; gñant: neq; aliud faciũt. Et ideo neq; diffinitio: neq; demonstratio est substantiarũ sensibilium particularium.

cularium. Habet enim materiã quæ quidẽ habet naturã quę potest esse & nõ esse: & ideo corrumpuntur oĩa particularia: & si demõstratio est ex rebus necessarijs: & diffinitio est vera queãd modũ est impoſſe scire aut ignorare illud qđ non potest esse tale: sed est secundũ existimationem: ita non erit demonstratio: nec diffinitio eius qđ potest esse alio modo: sed est secundũ existimationem. Manifestũ est igitur ꝙ nõ habẽt diffinitionem nec demonstrationem: quæ enim corrumpuntur non sunt manifesta apud habentes cognitionem quando recedũt à sensu: & sermo est conseruatus in anima. Et ideo oportet diffinientes scire: quod cum aliquis diffiniuerit aliquod particulariũ: quod est vt remaneat istud semper. Impossibile enim est vt diffiniat & non diffiniat etiam vt vnum exemplariũ. Exẽplar enim est ex particularibus sicut dicunt: & est separatum.

ET intendit per substãtiã totalẽ illud qđ est totũ. s. congregatum ex materia & forma particulari: & est indiuiduũ demõstratũ: & intẽdit p diffinitionẽ substãtiam quã significat diffinitio: & est forma: & c. q. d. substãtia quæ dicit̃ de demõstrato est alia a substãtia quæ dicitur de forma substãtiæ demõstratæ. D. exponit hæc duo: & c. d. s. ꝙ quædã & c. i. qm̃ altera dicit̃ substãtia quæ est cõgregata ex forma & materia. s. ex materia & forma demr̃ata quæ est in materia: alterã autẽ est forma vl'is quã significat diffinitio. D. d. oĩa igit̃ quæ dicunt̃ & c. i. substãtia igit̃ quæ dicit̃ de cõgregato ex materia & forma habet generationẽ & corruptionẽ: substãtia vero quã significat diffinitio non habet generationẽ neq; corruptionẽ. D. d. diffinitio autẽ quæ est & c. i. diffinitio autẽ quæ significat hoc modo. s. quæ significat formã nõ habet corruptionẽ: qa nõ habet generationẽ. Quiditas enim domus simpliciter nõ habet generationẽ: qa generatio non est nisi istius domus demõstratæ. D. & ista igit̃ sunt & nõ sunt & c. i. ꝙ substãtię particulares sunt existẽtes. Deinde. d. & declaratũ est & c. & intendit vniuersalia.

D. d. & ideo neq; diffinitio & c. i. qa generant̃ & corrũpũtur. Deinde. d. causam propter ꝗ accidit eis generatio & corruptio. s. indiuiduis: & d. habent enim materiã & c. i. & necesse est vt res demõstratæ hic corrumpunt̃ propter hoc ꝙ habet materiã quæ potest recipere formã in aliqua hora: & amittere eam in alia. D. d. & si demõstratio est & c. i. & si demõstratio est vera diffinitio debet esse ex rebus necessarijs æternis & perpetuis: queãdmodũ impoſſe est vt scire & nescire sit eius ꝙ nõ est necessariũ: sed existimare: ita impoſſe est vt sit scĩa rerũ quæ possunt esse in aliqua dispositione & in cõtrariã dispositionẽ. Et cũ posuit ꝙ sciẽtię sunt in rebus necessarijs: incæpit declarare qđ in rebus trãsmutabilib⁹ nõ est sciẽtia necessaria: & d. manifestũ est igit̃ etiã ꝙ non habebũt. s. res trãsmutabiles & gñabiles & corruptibiles. D. d. quæ enim corrũpuntur & c. i. particularia eñi nõ sciũtur nisi dum sunt in sensu: & cum recedunt a sensu possunt corrumpi: & tunc non remanebit cognitio eorum apud sentientes: sed tantum remanebit existimatio. Deinde. d. & erit

T Substantia quã significat diffinitio non habet generationẽ neq; corruptionem. Idẽ. 8. meta. 14.

sermo cōseruatus in anima: & quādo sensatū recessit a sensu: remanebit
V sua informatio in anima: non ita ꝙ sit certus ipsum esse quando recedit a sensu: & ideo sensibilia nō habent diffinitionē neq̃ demōstrationem: quia postquam recedunt non habent nisi existimationē. D.d. & ideo oportet diffinientes &c.i. & ideo oportet diffinientes scire qđ si diffinitio esset particulariū: necesse esset vt particulare esset permanēs. D.d. impose eñ est vt diffiniat.s. particulare: secūdū ꝙ est particulare & cū nō sit æternum impose est diffiniri. D.d. & qm̄ nō diffinit etiā &c.i. qm̄ particularia secūdū qđ sunt particularia nō habeāt diffinitiōes: & exemplaria quæ dicunt esse sunt particularia secūdū ꝙ sunt extra animā necesse est vt nō habeāt diffinitiones. Et dixit hoc: quia diffinitiones rerū sunt remanentium: & particularia non sunt remanentia: ex quo sequitur vt sint hic res remanentes: vt sint exemplaria & formæ: & ideo vult declarare hoc eis: quia diffinitiones sunt rerum permanentium secundū qđ sunt vniuersales nō particulares: & cum posuerint vniuersalia esse separata: sequitur vt sint particularia: & sic nihil prosunt in diffinitione.
X

Sensibilia non habent diffinitionē neq̃ demonstrationem quia postq̃ recedūt non habent nisi existimationem.

Y Necessariū verò ex nominibus esse rationē. Nomen autē nō faciet diffiniens: ignotū enim erit. Posita autē cōmunia omnibus ergo necesse inesse & aliỹ hæc: vt si quis te diffiniat animal: dicet gracile: aut album: aut aliquid aliud quod in alio sit. Si quis autem dicat nihil prohibere: separatim quidē oīa multis: simul verò huic soli inesse. Primū quidē quia & ambobus vt aīal bipes: animali & bipedi: & hoc in æternis quidē. Et necesse est priora existentia: & partes compositi: quinimo & separabilia si homo separabile: aut enim nihil: aut ambo. Siquidem igitur nihil nō erit genus præter species. Si verò erit & differētia d. quia priora ipso esse. hæc verò non cōsequentur auferuntur.

Diffinitiones sunt rerum permanentium secundum ꝙ sunt vniuersales nō particulares.

Et necesse est vt sermo sit ex nominibus: & qui non diffinit non ponit nomen: quoniā nō erit notū si fecerit. Nomina autē posita sunt cōmunia omnibus rebus. ergo necesse est vt hoc sit aliud etiā: & si aliquis diffinierit aliquid dicet ipsum esse animal: aut macrū: aut aliud quod est alterius etiā. Et si aliquis dixerit ꝙ nihil prohibet vt omnia sint separata in rebus multis: & vt sint insimul istius solius: tunc primo verò erit duobus vt aīal bipes: animal & bipedi: & hęc necesse est vt sint in æternis: quę sunt ante: & sunt partes compositi: & vt sint etiā separata: si homo est separatus: aut nullū erit: aut vtrūq̧. Si igitur nullū fuerit nō erit genus aliud à forma: & si fuerit differētia erit etiā ante essentiā & ista: & hęc vocabula nō destruūt se adinuicem.

54
Z Idest: & necesse est vt diffinitiones sint compositæ ex nominibus: & qui nescit rem nō ponet ei nomen. Nullus enim ponit nomen ei nescit. Deinde dicit nomina autem composita &c. idest nomina autem accepta in diffinitionibus sunt nomina communia omnib⁹ rebus diffinitis.

Nullus imponit nomē

Deinde

D.d.ergo necesse est &c.i.& cū fuerint hic nomina quæ significãt de entibus dispositiones:sed ex vna re:necesse est vt ista res disponat̃ p aliã rem.& intendit φ ex hoc modo est possibile substantiam prædicari de substantia. Deinde.d.& si aliquis diffinierit &c.i.& ex hoc modo si aliquis diffinierit aliquid inducet in diffinitionem eius dispositiones cõmunes.v.g.vt dicat in diffinitione alicuius φ est album animal:aut macrum:aut alia dispositio:& erit illud qđ congregatur ex illis dispositionibus cum dispositio idem in specie & eadem natura:& intendit φ tale esse non inuenitur in exemplaribus. D.d.& si aliquis dixerit φ nihil prohibet &c.i.si igitur aliqs dixerit φ non est impossibile vt talia prædicabilia sint separata ab inuicem & diuersa in numero:& erunt oĩa existentia in eodem numero. D.induxit impossibile quod sequit̃ ex hac positione:&.d.tũc primo vero &c.i.& sequitur ex hac positione de impossibilibus primo φ quælibet duę diuisiones:aut plures:sunt duorum dispositorũ:aut plurium:aut illa disposita sunt eiusdem dispositi numero. D.d.& hoc necesse est vt sit in æternis &c.i.& ista positio in reb⁹ in sensibilibus est necessaria in suis exemplaribus ęternis.s.vt inueniantur sunt ex eis in vno exemplari numero plus quam vnum exemplar: & in rebus quæ sunt partes exemplaris.V.g.vt in homine separato sit animal separatum & ambulans:& bipes:& vniuersaliter formæ ex quibus componitur homo:& hoc intendebat cum dixit & vt sit etiã separata si est homo separatus.i.& cõtinget in his substantijs quæ sunt partes hominis separati vt sint etiam separatæ. D.d.aut nullũ erit &c.i.aut illę dispositiones quibus disponit̃ vnũ dispositũ sint nõ diuersa aut diuersa. V.g.qm̃ non diffinitur dispositio duobus.s. genere & differẽtia. Si igit̃ istæ duæ dispositiones fuerint adunatæ:tunc genus non erit aliud a differẽtia:& si fuerint diuersæ & non vnius rei apparebit qđ differẽtia præcedat genus in esse. D.d.& ista non destruũt se adinuicem. Et si hic non fuerit error scriptoris.& intẽdit φ istæ formæ & dispositiones cõgregatæ in diffinitione non sunt ex rebus quæ differunt a seinuicem.s. quæ omnes sunt in actu:sed sunt ex dispositionibus quarum quidã sunt ad perficiendũ quasdã & ideo possunt prædicari de se adinuicem:& qđ congregatum ex eis sit vnũ: & hoc impossibile est in exemplaribus & in rebus quarũ sunt exemplaria:& hoc est solũmodo possibile in vniuersalibus quæ nõ habẽt esse:sic vt esse rerũ quæ sunt extra aĩam neq̃ sunt etiã diffiniẽtes.Sed videtur mihi φ hic sit error in libro:in quo deberet scribi:& ista nõ declarant se adinuicem.i.& formæ diuersę in esse in exemplaribus nõ declarãt se adinucẽ.s.qđ illa quæ est magis particularis non declarat naturã vniuersalis:sicut etiã est dispositio differentiæ cũ genere:qm̃ si in homine separato est pars ex separatione animalitatis & rationalitatis:tũc rationalitas nõ distinguit animalitatem hoĩs ab aĩalitate simplici:sicut accidit hic in diffinito.Declarabit̃ igitur ex hoc qđ vniuersalia impossibile est vt sint substantiæ neq̃ exemplariũ: neq̃ sensibilium:& φ etiam nõ sunt diffinientes omnino: qm̃ tunc non esset scientia:& etiam in rebus non inuenietur idemptitas & oppositio.

rei φ ignorat. Idẽ. 4. me.t.c.10.

Deinde autẽ si ex ideis ideæ magis eñ incõposita sunt ex quibus aliqđ cõstat.Amplius de multis oportebit & illa prędicari

 ex quí-

ex quibus idea:vt animal & bipes:si autem quomodo cognoscetur.Erit enim idea quædam quam impossibile de pluribus prædicari quam de vno.Non videtur autem:sed omnis idea esse participabilis. Quemadmodum ergo dictum est latet quod impossibile diffinire in sempiternis:maxime verò quæcunque vnica:vt sol & luna. Non solum enim peccant additione talium,quibus ablatis adhuc erit sol:puta terram gyrans:aut nocte absconditum.Si enim steterit: aut apparuerit:non adhuc erit sol:sed absurdum:si non: sol enim substantiam quandam significat.Amplius quæcunque in alio contingunt:vt si alter fiat talis:palam quia sol erit. Communis ergo ratio sed erat singularium sol:vt cleon aut sortes: quoniam propter quid nullus ipsorum terminum profert ideæ.fiet enim vtique manifestum tentantibus.Quare:verum quod modo dictum est.

Et etiam exemplaria sunt ex exemplaribus.Quoniam quæ sunt ex eis sunt maioris compositionis:& etiam oportet prædicari per sermonem illa ex quibus est exemplar etiam de pluribus. Verbi gratia,animal & bicubitum:& si non:quomodo erit:& etiam scietur:sicut illud quod impossibile est prædicari per sermonem de pluribus:sed de vno.Et hoc non existimatur:sed existimatur quod omne exemplar est acquisitum:quemadmodum igitur dictum est latet quod est impossibile vt diffinitio sit rerum æternarum:& maxime illud quod est æternum:vt sol & luna. Non enim peccant in hoc solum: sed quia nituntur in talia quæ cum recedunt erit sol:& vt in nocte latet sub terra:quoniam si apparet & si occidit erit sol:sed hoc non sentitur:sol enim significat suam substantiam. Et etiam omnia quę possunt esse in alia sicut erit si fuerit aliud tale manifestum est quod erit sol. Ergo sol est contrarius, sed iam fuit ex rebus particularibus:vt Sor.& Plato.Et si non quare non apparet diffinitio exemplaris illius:quoniam si declaratur quod illud quod dictum est hoc est verum eis qui hoc nituntur.

55 Dixit:& contingit istis vt exemplaria etiam sint composita ex exemplaribus quoniam si fuerit hic homo separatus: erit etiam hoc animal separatum. Deinde dixit,quæ autem sunt ex eis sunt maioris compositionis,id est quæ autem componuntur ex aliquibus sunt maioris compositionis quam componentia. Et dicit hoc:quia cum illud quod est maioris compositionis & est separatum & exemplar: quanto magis erit separatum & exemplar illud quod est minoris compositionis. Deinde dixit,& etiam oportet prædicari &c.id est & contingit dicentibus exemplaria esse dicere quod naturæ separatæ ex quibus componuntur exemplaria debent prædicari de pluribus:ita quod sint vniuersalia:quæ non possunt esse in vno secundum numerum:& si non quomodo particulare posset sciri. D.d.V.g.animal & bicubitum,id est,V.g. animal & bicubitum: quoniam

quoniã homo si habuerit exẽplar extra animã & fuerit scitũ necesse est vt animal qđ est, in illo exemplari & bicubitũ prædicetur de pluribus: vnũ autẽ numero nõ prædicatur de pluribus. D.d.& etiã scietur &c. id est, & cõtingit sciri per diffinitionẽ illud qđ nõ est intẽti o vniuersalis. D.d.& hoc nõ existimatur &c.id est, & nullus quærit diffinitionẽ & exẽplar particularis: sed existimat ꝙ ab omni exẽplari acquiritur intẽtio cõmunis ei⁹ cuius est exẽplar. D.d.quẽadmodũ igit̃ est dictũ &c.id est, sed quidã nitũtur dicere in diffinitiõibus rerũ particularium æternarũ: ex quibus nõ inuenitur nisi vnũ indiuiduũ: quia latet esse impossibile vt sit diffinitio rerũ: ex quib⁹ nõ inueniĩ nisi vnũ tantũ indiuiduũ: vt sol & luna. Apparet eñ qđ qui laborat in diffiniẽdo talia indiuidua peccat. D.d.peccatũ eñ &c.id est, qui eñ nitũtur diffinire solẽ & lunã esse peccãt quoniã diffiniũt solẽ per res quæ cũ auferũtur: nõ auferetur sol: dicebãt eñ solẽ esse astrũ latẽs de nocte, & hoc intẽdebat cũ d.quoniã si apparet &c.id est, qm̃ quãdo latet & qñ apparet est sol, & hoc nomẽ sol significat illud qđ significat substãtia, & ideo oporteret eos diffinire ipsum per diffinitionẽ cõuenietẽ nomini. D.d.& etiam omnia quæ possunt esse &c.id est, & si haberet diffinitionẽ esset ex diffinitionibus quæ si essent in aliquo demõstrato illud aliud esset sol, & secũdũ hoc nomẽ sol significaret plures soles, & hoc nomẽ est rei particularis. V.g.Sor.& Pla. D.d.& si nõ quare apparet alicuius exẽplar, id est & si hoc nomẽ esset nomẽ speciei: tũc essent plura indiuidua similia. D.d.quoniã si esset manifestũ &c.id est, qm̃ si apparet aliud indiuiduũ: tunc sermo eorum qui nituntur diffinire solem est verus.

A Qui laborat in diffiniẽdo singularia rerum æternarum peccat.

CAPVT XVI.



MANIFESTVM est autẽ ꝙ substãtiarũ esse existimatarũ plurimæ potestate sũt vt ipse partes animaliũ. Nihil etenim separatũ est: qm̃ autẽ separata fuerint: tũc entia sũt vt materia omnia terra: ignis: & aer. Nihil eñ ipsorũ vnũ est: nisi vt cumul⁹ anteꝙ digerat̃, & fiat aliqd ex ipsis vnũ. Maxime aũt vtiq; aliquis animatorũ suspicabit̃ ptes & eas q animæ ꝓpinquæ ambas fieri entes, & actu & potẽtia: eo ꝙ principia habẽt mot⁹ ab aliquo in suis iũcturis. Propter & quædã aĩalia diuisa viuũt: sed tñ potẽtia oĩa erũt qñ fuerit vnũ & cõtinuũ natura: sed nõ vi: aut copulatione: tale nãq; est orbatio. Et manifestũ est etiã ꝙ plures substãtiæ quæ existimãtur potẽtiæ, & similiter partes aĩalis. Quoniã ex eis nõ est distinctũ vnũ: sed quasi generata sunt antequã adiungantur, & fiat ex eis vnũ. Et potest aliquis existimare ꝙ partes rerũ animatarũ, & partes animæ magis quã aliud appropinquans sibi adinuicẽ: inesse, & in actu, & in potentia: qm̃ habẽt principia motus ex aliquo vi oppositiõis. Et ideo quoddam animal postquam diuiditur viuit. Tamẽ erit omnis potẽtia cum sit vnum, & continuum per naturam: non per glutinum,

56 tinū,& applicationē. Quod enim, est tale diminutio naturæ.

QVIA dicere exēplaria est propinquū ad dicere formas sensibiliū esse separatas: vult in hoc capitulo narrare, quod plura eorū quę existimātur esse substātiæ vidētur nō separatæ a materijs. Et.d.& est manifestū &c.id est, &: est manifestū qđ plura eorū quæ existimātur esse substātiæ sunt existētes primo in potētia & postea sunt in actu, & qđ est tale est in materia. D.d.& similiter partes animalis &c.id est, & ideo partes animalis nō habēt vnū per qđ sunt substātiæ cū sint distinctæ ab animali: sed sunt apud diuisionē: sicut partes quæ sunt in generatione scilicet quarū esse nō perficietur donec adiūgantur adinuicē, & fiat ex vna substātia quā significat nomē & diffinitio. Et hoc qđ.d.manifestū est: qm̄ cū posuerimus ꝙ nomina quę sunt, secundū diffinitiones significant substātias, & similiter diffinitiones quæ sunt secūdū ista: nomina, & posuerimus qđ partes animalis diuisæ nō significātur a nominibus sicut significātur ab eis quando sunt cōtinuæ nisi æquiuoce, & manifestū est qđ illa quæ significātur a nominibus & sunt cōtinua: sunt substātiæ materiales. D.d.& potest aliquis existimare ꝙ causa in hoc in istis animalibus est ꝙ partes, suorum mēbrorū & partes animæ appropinquāt sibi adinuicē in potētia & actu sed ꝙ quælibet pars recipit omnes potētias animæ, & virtutes animæ nō appropinquant alicui parti sine alia: ideo talia animalia cū diuidūtur possunt viuere, & apparēt omnes virtutes in qualibet parte, & hoc qđ d.est manifestius in plātis, & quasi intēdebat ꝙ causa in hoc nō est quia nō est in materia: sed causa in hoc est propinquitas virtutū animæ adinuicē. Impossibile enī est vt anima quę est in hoc animali sit nobilior anima quæ est in animali perfecto: ita ꝙ existimatur ꝙ ista anima sit seperata & animalis perfecti nō separata. D.d. habēt enim principia motus &c.id est, & virtutes animæ appropinquāt sibi in hoc animali: quia habent partē paruā, id est, debilē de principio per ꝙ animal mouetur motibus diuersis cōtrarijs. D.d.sed tamē &c.id est, & signū ꝙ anima eius est in materia est ꝙ actio eius est perfectior quādo est vnū naturaliter: nō vnū violēter, & secūdū applicationē, & vniuersaliter apparet ꝙ hoc sic cidit ei: est: quia est de actionibus naturæ actio diminuta scilicet ens diminutum.

B Quare animalia aliqua diuisa viuunt vide etiā cōsimile.2.de ani, ma te.c.20.

C

Quoniā vero vnū dicitur sicut & ens, & substātia vnius vna ex quorū vna numero: vnū numero: palā quia nec vnū: nec ens cōtingit substātiā esse rerū: sicut neq; elemento esse aut principio. Sed quærimus quidē principiū vt ad notius reducamus. Magis igitur horū substātia est ens & vnū quā principiū & elemētū, & causa. Sed nec ista sunt si nec aliud cōmune quicq; substātia sit. Nulli nāq; īest substātia: sed huic & habēti ipsam cuius est substātia, amplius ꝙ vnū apud multa nō erit simul: quod autē cōmune simul apud multa existit: quare palā: quia nulla vniuersalium existit pręter singularia separatim.

Et cū vnū dicit sicut dicit ens etiā, & substātia vni⁹ est vnū,

&

& ſubſtãtia entis eſt vnũ numero. Et manifeſtũ eſt ꝙ impoſsibile eſt vt ſubſtantia rerũ ſit vnũ: aut ens: ſicut eſt impoſsibile vt prĩcipiũ ſit eſſentia elemẽto. Sed quærit quid eſt principiũ ad ſciẽdũ duo, & ſubſtãtia: quæ eſt iſtorũ magis quã aliud eſt ens & vnũ, & principiũ, & elemẽtũ, & cauſa. Sed nõ videntur iſta eſſe ſubſtãtia cũ nullũ aliud cõmune omnino ſit ſubſtãtia. D
Subſtãtia eñ nõ eſt alterius niſi ſuipſius, & illius cuius eſt, & eſt ſubſtãtia illius rei, & etiã in pluribus nõ erit inſimul, & cõmune inſimul erit plurimũ. Manifeſtũ eſt igit ꝙ nullũ vniuerſaliũ eſt ſeparatum à particularibus.

Quia opinãtes vniuerſalia eſſe ſubſtãtias: dicũt qđ illud qđ eſt magis vniuerſale eſt dignius hoc, & ideo pluresq́ opinabãtur quodq́ principium omniũ eſt vnũ vniuerſale: incepit cõtradicere eis. Et dicit cum hoc nomẽ vnũ dicitur de omni de quo dicitur hoc nomẽ ens, & hoc nomen ens videtur dici multipliciter: ergo manifeſtũ eſt qđ illud ꝙ ſignificat vnũ impoſsibile eſt qđ ſit principiũ omniũ entiũ: ita quod ſit cõmune eis: ſicut eſt impoſsibile vt hoc nomẽ principiũ ſit vnũq́ commune elementis. Sed quærẽdũ eſt in entibus quid eſt dignius vnitate & nomine principiũ, & illud eſt propter qđ inuenitur in alijs habẽtibus hęc nomina: apparet eñ ꝙ hæc nomina dicãtur ſecũdũ prius & poſterius, & hoc intẽdebat cũ. d. manifeſtũ eſt igitur ꝙ impoſsibile eſt &c. id eſt, & manifeſtũ eſt igit ꝙ impoſsibile eſt vt vnũ & ens ſint ſubſtãtia pluriũ. Deinde. d. ſicut eſt impoſsibile &c. id eſt, ſicut eſt impoſsibile vt principiũ dictũ de elemẽtis cõmunibus ſit prima ſubſtãtia principiorũ. D. d. & ſubſtãtia quæ eſt &c. id eſt, & exiſtimatur ꝙ illud ꝙ eſt dignius hoc nomẽ ſubſtãtia inter iſta cõceſſa eſſe ſubſtãtias eſt illud de quo ſimpliciter dicitur hoc nomẽ ens, & hoc nomẽ vnũ & elementũ: & prĩcipiũ & cauſa. Sed vniuerſalia ſunt quæ ſignificãt hæc nomina ſcilicet quia exiſtimatur ꝙ vniuerſalia ſint principia rerũ de quibus prædicãtur ſecundũ quod ſunt vniuerſalia. D. d. ſed nõ videtur &c. id eſt, ſed iſta vniuerſalia impoſsibile eſt vt ſint ſubſtãtiæ iſtarũ rerũ quarũ ſunt vniuerſalia. Vniuerſalia eñ ſunt cõmunia, & nullũ commune eſt ſubſtãtia. D. d. ſubſtãtia eñ nõ eſt alterius &c. id eſt, & nullũ cõmune eſt ſubſtãtia: qm̃ ſubſtãtia nõ eſt ſubſtãtia pluriũ, & eſt ſubſtãtia: aut ſuiipſius: aut illius cuius eſt ſubſtãtia, & etiã ſubſtãtia nõ eſt in pluribꝰ inſimul: vniuerſale aũt eſt cõmune, & cõmune eſt in pluribꝰ inſimul. D. d. manifeſtũ eſt igit, &c. id eſt, ex cõtingẽtibꝰ impoſsibilibꝰ & ex hoc ꝙ vniuerſale a & particulare ſunt ad aliquid, & principiũ eius eſt cuius eſt principiũ: & neceſſe eſt vt principiũ nõ indigeat in ſuo eſſe cuius eſt principium. 57

Sed ſpecies dicẽtes hic quidẽ recte dicũt ſeparãtes eas ſi ſubſtantiæ ſunt: illic autẽ nõ recte: quia vnam in multis dicũt ſpeciem. Cauſa vero quia nõ habent reddere quæ tales ſubſtãtiæ ſunt incorruptibiles: prẹter ſingulares & ſenſibiles. Ergo faciũt eaſdẽ ſpecie corruptibilibus. Has enim ſcimus antohominem

Nullũ commune ẽ ſubſtãtia. Idem pri. met. cõ. 45. & 10. me. cõ. 6. & 12. met. 21.

B

Sed oppoſitũ videt dicere ſupra cõ. 46.

a Vniuerſale & particulare ſunt ad aliquid. Idẽ 8. cõ. 48.

& antoequũ addẽtes sensibilibus verbũ ipsum: quãuis vtiq; si nõ videremus astra: nõ minus existimo forẽt substãtiæ sempiternæ post eas quas nos videmus. Quare & nunc, si non habemus quæ sunt tamen esse quasdam forsan est necessariũ. Quod quidem igitur neq; vniuersaliter dictorũ quicquã substantia: neq; vna ex substantijs: manifestum est.

Sed illi qui dicũt formas esse quoquomõ: possunt dicere verũ cũ faciũt esse separatas cũ sint substãtiæ, & quodãmodo nõ est verũ. Dicũt enim ꝙ eadẽ forma est in pluribus. Et causa in hos est ꝙ nõ possunt narrare quæ sunt substantiæ quæ sunt ex talibus: vtrũ sint substantiæ quæ nõ corrũpũtur: aliẽ a substantijs particularibus sensibilibus. Et illi faciũt eas esse easdẽ per formam quæ corrũpitur, & dicũt, nos scimus ista esse hoĩem: & addunt in sensibilibus verbũ ꝙ dicitur. est, & si est. Et si nos nõ videmus stellas: tamẽ earũ esse natura nõ dinumeretur & essent substantię eternę. Ergo modo rectũ est vt sint necessario: licet nõ sit scientia apud nos qd sint. Ergo manifestũ est qđ nullũ eorũ quæ dicunt vlia est substãtia: nec aliqua substantia.

85 Intẽdit in hoc capitulo notificare veritatẽ & falsitatẽ sermonis dicẽtis. Et. d. sed dicẽtis &c. id est, quoniã hic dicũt qđ substãtiæ sunt separatæ est verũ. Substãtiæ eñ debẽt esse separatæ, id est, qđ nõ sunt in subiecto in actu: sed cũ hoc qđ dicũt eas esse separatas ponũt eas existere in pluribus scilicet particularibus. D. demonstrauit quomodo accidit eis peccatũ &. d. & causa in hoc est &c. id est, & causa sui erroris est: qm̃ cũ sint hæ sciẽtiæ quæ nõ corrũpũtur: nõ possunt distinguere inter naturã quæ est substãtia istarũ sciẽtiarũ, & inter naturã quæ est substãtia, & ꝓpter hoc opinati sunt hic esse substãtias nõ corruptibiles, & qđ sunt cũ substãtijs corruptibilibus eadẽ per formã quæ corrũpit, & hic est error magnus. D. d. & hoc est additũ in sensibilib⁹ &c. id est, qm̃ cũ ponũt illud qđ significat diffinitio, partẽ substantiarũ sensibiliũ: cõtingit eis vt eas esse intellectas sit pars suorũ esse adeo ꝙ si ista sensibilia nõ fuerint intellecta nõ erũt. Et est manifestũ ꝙ sensibilia sunt entia: licet nõ intelligãtur quẽadmodum sunt entia: licet nõ sentiantur. Et ideo. d. & si nos nõ videmus stellas &c. id est, & necesse est vt essentiæ rerũ intelligibiliũ sint existentes: licet nõ intelligãtur, & intendit quod manifestum est: quoniã quemadmodũ sensibilia nõ sunt sensata in actu donec sentiãtur, ita est de intelligibilibus: & secũdum hoc sequitur ex opinione a Aristo. vt intelligibilia sint noua, & secundũ opinionẽ dicẽtiũ formas esse sunt æternã: sed quomodo substãtia æterna est pars substãtiæ corruptibilis aut idẽ illi, & substãtia corruptibilis est vnũ numero. Deinde dicit, ergo rectũ &c. id est, & rectũ est vt cõtingat dicẽtib⁹ formas esse: vt sint hæc intellecta necessaria in actu, & si nõ sciãtur neq; intelligãtur & sic sciẽtia acquisita de nouo nõ erit addiscere: sed rememorari. Deinde dicit manifestum est igitur quod nullũ eorũ quæ dicũtur

F Essentiæ rerũ intelligibilium sunt existẽtes: licet nõ intelligant: oppositũ videť dicere. 2. met. com. pri.

a Ex opinione Aris.

dicuntur &c.id est & cum omnia hæc impossibilia contingant dicentibus substantias vniuersales esse separatas:manifestum est quod nullum vniuersalium est substantia:neq; aliqua substantia est vniuersale. sequitur q& itelligibilia sint noua.

CAPVT. XVII.

Idē pri. me. c.49.&.7. phy.cō.20. &prio post. com.2.&.3. de aīa.cō.2. cōtra chimerizantes a verroist.



Vid autem oportet dicere:& quale quid substātiā iterum aliud principium faciētes dicamus. Forsan enim ex his erit palam:& de illa substātia quæ est separata a sensibilibus substantijs: quoniam ergo substantia & principium & causa quædā est: hinc est procedēdum. quæritur autem ipsum propter quid semper sic:propter quid aliud aliquid alij alicui inest. Nā quærere propter quid musicus homo: musicus homo est: aut est quod dictum est quærere ꝑpter quid homo musicus est aut aliud. Nā quodquid est propter quid ipsum est ipsum nihil est quærere. Oportet enim ipsum quia quod ipsum esse existere manifesta entia. Dico autem vt quia luna patitur eclypsim. Ipsius autem quia ipsum vna est ratio:& vna causa in omnibus:propter qd homo homo:aut musicus homo musicus:nisi quis dicat: quia indiuisibile ad ipsum vnumquodq;. Hoc autem erat vnū esse. Sed hoc commune:quia de omnibus.& quod breue:quęret autem aliquis propter quid homo est animal:tale hoc quidē igitur palam:quia non quærit quare qui est homo:homo est. Aliquid ergo de aliquo quærit propter quid existit:quia verò existit oportet manifestum esse. Nam si non ita: nihil quærit: vt propter quid tonat:quia sonitus fit in nubibus. Aliud enim ita de alio est quod quæritur:& propter quid:puta lateres & lapides domus sunt. Palam igitur quod quærit causam. Hoc autē est quodquid erat esse vt est dicere logice: quod in quibusdam quidem cui⁹ causa:vt forsan est in domo & in lecto:in quibusdam verò quid mouit primū. Nam causa & hoc:sed talis quidem causa in fieri quæritur & corrumpi. altera verò & in esse.

G Inde sumit ꝙ in oī quæstiōe est aliquid pręcō cessū, & aliquid quæsitum.

Latet aūt maxime quod quærit in his quę nō de alijs dicunt:vt homo quid est quærit: pōt simpliciter dici:sed nō diffinite: qa hoc aut hoc. Sed oportet corrigētes quærere:si aūt nō: cōmune eius quod nihil quærere:& eius quod quærere aliquid fit. Et etiā incipiam⁹ alio modo:& dicam⁹ quid oportet dici substātiā & sicut quid. Rectū est igitur vt ex istis sermonib⁹ declaret sermo de illa substantia etiā quæ est separata a substantijs sensibilibus. Et cum substantia habeat principium & causam aliquam:accipiamus ab eo viam. Et quæremus quare secundum

hanc

hanc dispositionẽ semper quærit̃ aliud: & est alterius. quærere enim quare musicus est ab hoīe: aut quærere qd est: aut quarere homo est ex musico: aut erit. Postremo enim quare est: est quærere cuius. Oportet em̃ vt esse & essentia declarantur. V.g. quoniã luna eclypsatur. Sermo enim de istis rebus esse est vn⁹: & causa in omnib⁹ est vna: quare homo est homo: & music⁹: nisi aliquis dicat ꝙ omne vnũ ex se nõ diuidit̃: & hæc est essentia vni⁹: sed hoc est cõmune: & dicit̃ de oīb⁹ rebus vere. Et forte quæret aliquis: quare homo est animal sicut hic. Manifestũ est em̃ quod non quærit quare est homo: & aliud quod est homo quod quærit̃: sicut quidã dicũt hoc manifestũ est. Si igitur quæstio nõ fuerit huiusmodi: nihil quærit̃: sicut quare est tonitru⁹: quia est tinnitus in nubib⁹ quoniã secundũ hoc quæsitum erit de alio: & quare hoc sicut lapides & lateres domus. Manifestũ est enim quod quærit causam: & ista sunt quiditas domus: sicut est modo logico: quoniam in quibusdam rebus non potest inueniri ã quibusdam causa: sicut forte inuenitur in domo: aut scanno: & quæritur in quibusdam quid est motor primus. hæc enim est causa. Sed causa quæ est talis quærit̃ apud generationem & corruptionẽ: & est formæ in essentia. Et latet quæstio multũ in eis quæ non dicunt̃ de alĳs: vt quærit̃ quid est hoc. est enim modo simplici: & non distinguitur hoc esse in hoc.

59 ET cũ declaratũ sit ꝙ vniuersale nõ est substãtia: & ꝙ illud qđ significat diffinitio est substãtia: incipiam⁹ pscrutari de hac substãtia alio modo. Et dicit dicam⁹ igit̃ qd oportet dici substãtiã & sicut qd. i. qm̃ oportet declarare qd sit substãtia p diffinitionẽ & exẽplũ. D.d. rectũ est igit̃ vt ex istis sermonib⁹ &c. i. rectũ est igit̃ & de cognitiõe substãtiæ sensibilis declaret̃ substãtia quæsita. s. separata æterna. D.d. & cũ substãtia. habeat principiũ &c. id est dicam⁹ igitur ꝙ cũ sit manifestũ per se ꝙ istæ substãtiæ habeãt causas: & ꝙ causa substãtiæ est substãtia: oportet ponere perscrutationẽ in substãtĳs ista-
H rũ rerũ ex perscrutationẽ de suis causis. Et quia perscrutatio de causis rerũ sensibiliũ nõ potest fieri nisi numerando interrogationes naturales de causis: hic incæpit declarare loca in quibus querit̃ per quare: & dicit quare &c. i. quia manifestũ est per se ꝙ per hoc ipsum quare quærit̃ de causis rerũ manifestũ est ꝙ nõ vsitat̃ in re simplici nõ composita: sed in rebus cõpositis in quibus ponit̃ aliquid esse in aliquo: & aliquid prædicari de aliquo: aut aliquid esse: aut nõ esse. Quoniam cum fuerit manifestum nobis aliquid esse in aliquo: interrogabimus: quare est hoc in hoc: aut quare est hoc: & qa prædicatio alia est naturalis: alia non natu-
I ralis: & ipse nõ curat in hoc loco ꝙ in duob⁹ locis sit interrogatio vna aut duæ. D. quærere em̃ quare music⁹ est homo: aut quare homo musicus: aut aliud. i. & causa quæsita in aliqua ꝓpositiõe & in suo cõuerso: aut

Nõ fit quæstio p q̃re in re simplici non cõposita. Idem cõsequenti.

Prædicatio nũ alia naturalis alia nõ

aut sunt eadē quæstio: aut sunt duæ: & quocūq; fuerit subiectū est cōpositū & nō simplex. Et qa quærere p q̄re in re simplici est nugatio. si em̄ hō simplex esset: tūc dicere quare hō est musicꝰ: esset sicut dicere: quare hō est hō. & ideo. d. qa oportet &c. i. & qa oportet vt sit cognitū nobis ante interrogationē hic esse duo diuersa: & q̄ alterū existit in reliquo. V. g. q̄ cū apud nos sit cognitū q̄ luna eclypsat̃: iterrrogamꝰ quare eclypsat̃. D. d. sermo em̄ in istis rebꝰ &c. i. quærere em̄ p quare de vna re impoſſe est. V. g. vt aliqs quærat quare hō est hō: nisi aliqs dicat qđ oīa sunt simplicia: qm̄ quodlibet eorū est vnū p se: & vnū nō diuidit̃ in prædicatū & subiectū: & sic interrogat̃ de eis p quare: cū essentia vnitatis sit indiuisibilis: neq; p qualitatē. D. d. rn̄dendo: sed hoc est cōe &c. i. & res existētes hoc habēt dispositiōes cōes quæ prædicant̃ de oībus vera prædicatiōe: & sic apparet eas esse cōpositas: & quærit̃ in eis cā cōpositiōis. D. d. & forte quæret aliqs &c. i. & rectū est vt interrogatio vera sit quare homo est aīal: nō quare homo est homo. D. d. si igit̃ interrogatio nō fuerit hmōi. s. vt aliqs quærat: quia tonitruus est in nubibꝰ: & dicat̃ qa in nubibus est sonus. D. d. & quare hoc sicut lapides &c. & hoc est aliud exemplū. i. quare est hic domus: quia est compositū ex lapidibus & lateribus. D. d. manifestū est enim q̄ quærit̃ causa. i. qm̄ interrogant̃ istis interrogationibꝰ. D. d. & hic est quiditas rei &c. id est manifestū est enim quod in talibus locis quæritur per quare causa quæ est quiditas rei quā descripsimus superius descriptione logica: cum dicimus quod est illud quod significat diffinitio. Ista enim causa quæ est forma: declarata est hic duabꝰ declarationibus logicis: quarū altera est diffinitio: & alia interrogatio p quare. Et cū dicit q̄ p quare quærit cā quę est secundū q̄ditatē: & dicit etiā q̄ etiā p illud quęrit̃ illa causa: & dicit qm̄ in quibusdā rebus &c. i. qm̄ in quibusdā rebꝰ potest quæri causa quæ est secundū quiditatē. & in quibus primus motor: sed ista causa, scilicet agēs quęrit̃ maxime in rebꝰ generalibꝰ & corruptibilibꝰ.

naturalis: quæ sint declarationes logicæ. vide supra. cō. 2. & .j. phys. c. 35. & quæ ibi. cā agēs quærit̃ maxime ĩ rebꝰ gn̄abilibus & corruptibilibꝰ. vide cō. 44. 12. huiꝰ. Idē supra text. cō. 4.

Deinde dixit & quæstio latet multū qn̄ interrogat̃ de rebꝰ quæ non prædicant̃ de alio. s. in substātijs: & hoc erit p qđ. V. g. qđ est homo dicit dedit cām in hoc: & dicit qm̄ est modo simplici. i. & causa in difficultate istius quæstiōis est: quia est quæstio simplex nō cōposita. Quærit̃ em̄ qđ sit homo & nō dicit̃ quare homo est tale. Et intēdit q̄ scire quiditates substātiarū est magis scire q̄ causas accidētiū: & cā in hoc est simplicitas substātiarū: & cōpositio quæ est ĩ accidētibꝰ & ideo illud qđ est simplex ĩ rei veritate nō habet diffinitionē: neq; quærit̃ p quare.

Quoniā verò oportet habere: qa & existere ipm esse: palā itaq; quia quærit materiā quare est: vt domus hæc quare: quia huiꝰ existūt quod erat domui esse. Et homo hic: aut corpꝰ hoc: tale habēs: quare quærit̃ causa materiæ: hoc aūt est species qua aliquid est. Hæc aūt substātia. Palā igitur qm̄ in simplicibꝰ nō est quæstio nec doctrina: sed aliter modꝰ quæstiōis taliū. Quoniam verò compositū ex aliquo fit: vt vnū sit omne: sed nō vt cumulus: sed vt syllaba. Et syllaba non est elementa: nec idem b. & a. nec caro: ignis: & terra. Dissolutis quidē em̄ hæc nō ad

Syllaba nō est. b. a.

huc

huc sunt:vt caro:& syllaba. Elementa verò sunt & ignis & terra. Est igitur aliquid syllaba nõ solũ elemẽta vocalis & consonãs:sed & alterũ aliud aliquid. Et caro nõ solum:ignis & terra aut calidũ:aut frigidũ:sed & alterum aliquid. Si igitur necesse & illud aut elementũ aut ex elementis esse. Siquidẽ elementũ iterũ eadẽ ratio erit:ex hoc em̃ & igne & terra erit caro: & adhuc alio. Quare in infinitum ibit. Si verò ex elemento palam quia nõ sed pluribus:aut illud ipsum erit quare rursum in hoc eandem dicemus rationem:& ita in carne:vel syllaba. Videtur autem vtiq; esse aliquid hoc & elementum: & causa essendi: hoc quidem caro:hoc vero syllaba:& similiter autẽ & in aliis. Substantia autẽ vniuscuiusq; hoc. Hoc enim causa prima essendi:quoniam verò quædã nõ sunt substãtiæ rerũ:& sed quæcunq; substãtiæ secũdũ naturã. & natura cõstitutæ sunt manifestabitur vtiq; quibusdam hæc natura substãtia:quæ est nõ elemẽtum:sed principium. Elementum verò est in quod diuiditur inexistẽs vt materiam:puta syllabæ quod.a.&.b. Et cũ oportet vt habeat essentiã:aut erit essentia: & manifestũ est qđ materia quæritur quare est.v.g.quare est hæc domus:qa taleę est:& tale cum fuerit essentia domus. Et quare est homo: quia habet hoc:& hoc est corpus. Manifestũ est igitur q quæritur causa materiæ:& ista est forma eius quod habet aliquid & est substãtia. Manifestũ est igitur qđ in simplicibus non quæritur neq; considerat:sed quæritur tale alio modo. Compositũ est igitur aliqd qđ est secundũ hunc modũ:ita q totũ sit vnum:nõ ita qđ sit sicut coaceruatio:queadmodũ syllaba nõ est litera.&.b.&.a. neq; caro est ignis:& terra:quoniã ista cum dissoluũtur quædam nõ sunt sicut caro syllaba. Literæ verò non sunt sicut ignis & terra. Et etiã syllaba est aliud qđ est literæ.s.literæ vocales & cõsonãtes:sed est aliud etiã. Et caro non est ignis:& terra: & calidum,& frigidum:& tamẽ sicut aliud etiã. Significatur autẽ necesse vt illud sit etiam elemẽtum:aut ex elemẽtis. Si fuerit elementũ:sermo de eo etiam est sicut dictũ est idẽ. Caro enim est huiusmodi:& ignis & terræ:& etiã alterius:ita q procedit in infinitum. Et si fuerit ex elementis:manifestum est quod nõ est ex vno:sed ex pluribus:& si non erit illud idem:& etiam iterabimus istum sermonem quem dicimus de carne & syllaba. & apparebit qđ est ex elemẽto. Et causa eius quid est p essentiã & qd est per alicuius caro:& alicuius syllaba.& simil'r aliud etiã

Elemẽtum quid.

L

& hoc

& hoc eſt quodlibet, quoniam hæc eſt cauſa primæ eſſentię. Et quædã nõ ſunt ſubſtãtiæ rerum, ſed cõſtituunt in ſimul. Rectũ eſt vt iſta natura appareat in aliqua ſubſtantia quæ eſt non elementum ſed principium. Elementum enĩ eſt illud in quod diuiditur res, & eſt in re quaſi materia, vt a, &, b, in ſyllaba.

60 Id eſt, & cum neceſſe eſt vt iſta habeant quiditatem, & quiditates eſt in materia. Manifeſtũ eſt q̃ quæritur in iſtis rebus per quare cauſa quæ eſt ſecundũ materiã, ſicut quærit̃ cauſa quæ eſt ſecũdũ formã, & intendit q̃m ſi in entib⁹ nõ eſſet natura. ſ. forma, ſed ſolũmodo materia, nihil eſſet quærere de cauſa materiali q̃m eſſet quæſtio de ipſa re. D. d. V. g. quare hæc eſt domus. i. V. g. quare hic eſt domus, quia eſt facta ex hoc ſ. lateribus & lapidibus, q̃m eſſentia domus debet eſſe ex iſtis aut quare eſt homo, quia eſt generat⁹ ex hoc, & hoc. ſ. ex rebus ex quibus conſtituit̃ corpus ꝓpriũ homini. D. d. igit̃ manifeſtũ eſt q̃ quærit̃ cauſa quę eſt materia & c. i. manifeſtũ eſt igit̃ q̃ q̃nq̃ quærit̃ cauſa quę eſt materia ꝑ quare, & eſt forma ꝓpter quã eſt materia & eſt ſubſtãtia rei, & iſta natura eſt illa cui⁹ q̃ditas & forma eſt recipere formã. D. d. manifeſtum eſt igit̃ q̃ in ſimplicib⁹ & c. i. & cũ hoc ſit declaratũ, manifeſtũ eſt q̃ in reb⁹ ſimplicib⁹ nõ cõpoſitis nõ quærit̃, neq̃ ꝑ quare, neq̃ ꝑ qd, ſed q̃õ in iſtis erit alio mõ. D. d. ergo cõpoſitũ & c. i. & cũ ſit declaratũ hoc eſſe aliqua cõpoſita ex qb⁹ cõgregat̃ vnũ in actu nõ ſicut cõpoſita ex rebus ex qbus nõ fit vnũ niſi ꝑ cõtactũ, vt aceru⁹ cõgregat⁹ ex plurib⁹ granis, ſed ex cõgregato ex eis fiet aliquod additũ aliud ea cõponẽtib⁹, vt ſyllaba quæ fit ex literis. Syllaba enĩ nõ eſt literæ ex qb⁹ fit, ſed eſt aliqd' additũ literis. Et ſiľr caro nõ eſt terra & ignis, ex quib⁹ componit̃ ſed eſt aliqd' aliud additũ. Et ſignũ ei⁹ qd' eſt aliqd' additũ elementis eſt, q̃m iſta q̃n diſſoluuntur & corrũpunt̃ tũc ſyllaba nõ reſoluit̃ in ſyllabas, nec caro in carnes, ſicut reſoluunt̃ res cõgregatæ in illa ex quib⁹ cõgregãtur, id eſt, res in quib⁹ per cõgregationẽ nõ fit aliquod additũ. D. d. literæ vero ſicut ignis & terra, id eſt, literæ vero ita componunt̃ ſyllabã ſicut ignis & terra carnẽ. D. d. ergo ſyllaba eſt aliud & c. id eſt, ergo ſyllaba nõ eſt literæ ex quibus cõponit̃. D. d. ſi igitur fuerit neceſſe eſt vt illud ſit etiam & c. id eſt, ſi igitur caro nõ eſt aliud ab elementis, neceſſe eſt vt ſit aut elementum, aut compoſitum ex elementis pręter prima elementa. D. d. q̃ aũt ſit elementũ & c. i. & ſi hoc additũ elemẽtis fuerit elementũ aliqd', cõtinget vt hoc elementũ & ignis & terra habeant aliqd' additũ eis, & ſi illud additũ fuerit elemẽtũ, cõtinget etiam vt illa elemẽta cũ hoc elemẽto habeãt aliqd' additũ, & ſi illud additũ fuerit etiã elemẽtũ, cõtinget in eo illud quod cõtinget in alijs, & ſic ꝓcedi tur in infinitũ. Et ideo impoſſibile eſt vt illud additũ ſit elementũ cõmune ignis & terræ, & iſtius elementi cum caro ſit nomẽ cõgregati ex elementis. Et hoc intendebat cum. d. caro enĩ eſt iſtius & ignis, & terrę, id eſt, & ſi dixerimus etiã q̃ illud tertiũ eſt etiã elemẽtũ, cõtingit vt congregatũ ex iſtis habeat aliquod additũ cõgregato ex elemẽtis, & ſiľr cõtingit in quarto, & ſic aut ꝓcedetur in infinitũ, aut erit hic aliqd' additũ elemẽtis qd' nõ eſt elemẽtũ, & hoc intẽdebat cũ. d. & etiã alteri⁹ donec procedat̃

M

Natura materia eſſe cuius quiditas & forma eſt recipere formã. cõſiľe. j. c. de ſubſtãtia or. Et. 2. ph. com. 15. in cõpoſitis per ſe ex cõgregato fit aliqd' additũ aliud a cõponẽtibus. Idẽ. 5. meta. c. 6. & 8. met. t. cõ. 15 & 3. de aĩa cõ. 5. & hic ſupra. 26. et 27. oppm̃ re quire ſupra cõ. 44. et. j. phy. cõ. 17.

pcedat in infinitũ. Et cũ destruxerit illud p qđ caro est, caro est elm, destruit etiã vt sit cõpositũ ex elemẽtis, &c. d. & si fuerit ex elemẽtis &c. & cũ illud additũ elemẽtis fuerit cõpositũ ex elemẽtis nõ fiet ex elemẽtis. s. q cõgregatũ ex elemẽtis nõ erit vnũ sed plura, & nõ fiet ex eis aliquod additũ. D. d. & si nõ, erit illud idẽ &c. i. qm̃ si fuerit ex elementis erit in eo aliquod additũ eis, & si fuerit elemẽtũ, cõtinget vt habeãt etiã alia elemẽta aliqđ additũ & est forma, & si nõ, non fieret aliquod hic. D. d. & apparebit quod hoc est aliquod ex elemẽtis. i. & per hanc pscrutationẽ apparebit hic esse substãtiã aliã ab elemẽtis materialibus quę etiã est elemẽtũ, & q est prima causa, & q est causa quę est forma, & q alicui⁹ est caro, & alteri⁹ os, & alteri⁹ sile, & silr in oĩbus reb⁹ diuersarũ substãtiarũ. D. d. qm̃ hic est causa primæ essentiæ. i. qm̃ ista substãtia est causa quæ est prima quiditas. D. d. & cũ quædã &c. i. & cũ quædã prædicabilia de substãtijs nõ sint substãtiæ, sed sunt essentia cũ substãtijs, & naturarũ aliarũ. s. accidẽtia, rectũ est aperire q ista natura quæ dicit forma sit substantia addita elemẽto cũ sit neq elemẽtũ neq ex elemẽto. & est aliud ab eis quæ existũt cũ substãtijs. s. ab accidẽtib⁹,

Idem. 5. me. tex. cõ. 4. sed est principiũ alteri⁹ esse entis præter elementũ. Elemẽtũ eñ est illud in qđ resoluit res, & est in re quasi materia, hoc aũt est elemẽtũ q cum res resoluit non resoluit in ipsum, & hic perficit iste tractatus septimus.

Explicit Liber Septimus primæ philosophiæ.

Aristo. Liber Octauus primæ philosophiæ incipit.

In Octauo Metaphysicæ sunt tres summæ.

Prima a textu primo vsq ad tertium, in qua affert Aristo. intentionem suam se continuando ad dicenda.

Secunda summa est a tex. 3. vsq ad. 15. vbi agit de principijs substantiarum sensibilium de materia & forma.

Tertia summa a. 15. vsq in finem determinat de vnione materiæ & formæ adinuicem &c.

CAPVT I.



A EX prædictis itaq syllogizare oportet & colligentes capitulum finem imponere. Dictum est itaq quod substantiarum quæruntur causæ, & principia: & elementa. Substantiæ vero hæ quidem confessæ sunt ab omnibus, sed de quibusdam singulariter quidã enunciauerunt confessæ quidem physicæ, vt ignis, terra, & aqua & alia simplicia corpora. Deinde plantæ & partes earum & animalia, & partes animalium, & tandem cælum & partes cæli. Singulariter verò quidam substantias dicunt esse species & mathematica.



OPortet nos cõgregare dicta, & determinare sermonem, & post complere. Dictum enim est, quoniam quærendæ sunt substantiarum, & principia, & elementa. Quædam enim substantiæ sunt concessę ab omnib⁹

omnibus & de quibuſdam dicūt quidam ſermones ꝓprios, conceſſæ enim ſunt ſubſtantiæ naturales, vt ignis, & terra, & aqua,& aer,& alia corpora ſimplicia. Deinde plantæ & partes earū,& animalia, & partes animaliū, & cælū, & partes cæli. Et quidā dicūt ſubſtantiā ꝓpriā eſſe formas & mathematica. B



Intēdit in hoc tractatu facere rememorationem de dictis in prædicto,& complere ſermonem de ſubſtantia quę dicitur forma, quoniam omne de quo perſcrutatus eſt de ſpeciebus ſubſtantiæ non eſt niſi propter ſubſtantiam quæ dicitur forma.

Dixit cum loquuti ſumus de ſpeciebus de quibus dicitur hoc nomē ſubſtantia, oportet determinare omnia prædicta & complere ſermonem de ſubſtantia quæſita. D. incepit ponere illud de quo intendit perſcrutari in iſto tractatu,&.d.dictū eſt igitur,q̄m quærendæ ſunt &c.i.& iam prædiximus in tractatu præcedenti,q̄m intentio noſtra eſt quærere cauſas ſubſtantiarū demonſtratarum,& principia,& elementa eorum. Et vocat principium illud quod dicitur de exiſtenti in re, & de exiſtenti extra rem,cauſa vero dicitur maxime de agente & fine, & quandoq; dicitur de quatuor cauſis, elementa vero non dicuntur niſi de cauſis exiſtētib⁹ in re. Et cū induxit ſuā intentionē quā intendit in tractatu prædicto,incepit dicere ſummā vnãquãq; prædictarū in illo tractatu,&.d.quædam enim ſubſtantiæ &c.id eſt,& iam prædixim⁹ ꝙ quædam ſubſtantiæ ſunt conceſſæ apud omnes, & quædam ſunt conceſſæ apud quoſdam proprie,& non apud quoſdam. D. d. conceſſæ igitur ſunt ſubſtantiæ naturales &c.& intendit per alia corpora ea quę ſunt conſimilium partiū,& vocat ea ſimplicia in reſpectu officialium. Et cum induxit ſubſtantias conceſſas, induxit etiam illa de quibus dicitur ſubſtantia ſecundum ꝙ dixit in illo tractatu.

1 C 2 Elemēta nō dīr niſi de cauſis exiſtētib⁹ in re vide. 5. meta. cō. 4. &. 1. phyſi. cō. 1.

Alias verò accidit ex rationibus ſubſtantias eſſe quod quid erat eſſe quod ſubijcitur. adhuc aliter genus magis ſpeciebus et vniuerſale magis ſingularibus. Vniuerſali verò & generi & ideæ copulantur nam ſecundū eandē rationē ſubſtantiæ videntur eſſe. Quoniam autem quodquid erat eſſe ſubſtantia eſt, huius autem ratio diffinitio, propter hoc de diffinitione, & de ſecundum ſe diffinitum eſt. Quoniam autem diffinitio ratio eſt, ratio autem partes habet, neceſſe & de parte erat conſiderare, quæ ſubſtantię partes,& quæ nō,& hęc diffinitioni opus ſunt. amplius aūt nec vniuerſale ſubſtantia nec genus. De ideis verò & metaphyſicis poſterius perſcrutandum eſt. nam præter ſenſibiles ſubſtantias quidam dicunt eas eſſe. Nunc autem de conſeſsis ſubſtantijs tractabimus. Hæ verò ſenſibiles.

Et accidit ex ſermonibus vt ſint ſubſtantiæ eius quod eſt ꝑ eſſentiam,& ſi ſubiectum eius & genus magis quam formæ, vniuerſale magis quam particulare, & exemplaria etiam con

iungantur cum vniuersalibus per genus. Existimatur eñ esse substantię quia recipiũt vnũ sermonẽ, ergo quid est per essentiã est substãtia, & sermo eius est diffinitio, & ideo dictũ est quod dictũ est in diffinitione, & in illo quod est per se, & cum diffinitio est sermo, & omnis sermo habet partes, considerandũ etiã est necessario de parte, & cognitio est quæ sunt partes substantiarũ, & quæ non sunt, & si sunt partes diffinitionis etiã nõ est substãtia neq; vl'e, neq; genus. De exemplarib⁹ verò & de mathematicis perscrutãdum est post. Quidã enim dicũt ipsa esse substantias alias ab ipsis substantijs sensibilibus.

2 7. me. tex. com. 44. Et accidit nobis dixisse in tractatu præterito. s. ꝙ substantia dicit famose de quatuor. de diffinitione. s. forma, & de subiecto formæ, & de genere magis quam de specie, & de vniuersali magis quam de particulari, & hoc accidit nobis ex hoc ꝙ omnes dicunt de substantia, & exemplaria etiam apud dicentes ipsa collocantur in vniuersalibus. existimatur enim ꝙ vl'ia sunt exemplaria. Deinde. d. ergo quid est per essentiam est substãtia. i. & qr illud quod est quiditas rei est substãtia, & sermo qui significat ipsam dicit diffinitio, rectũ est ponere principiũ cõsiderationis in natura substantiæ a cõsideratione de diffinitione. D. d. & cũ diffinitio est sermo &c. i. & quia incipiẽdũ est cõsiderare de diffinitione, & diffinitio habet partes quia est sermo compositus est considerandum de partibus diffinitionis quæ earum est substãtia, & quæ nõ, & intendit facere rememorationẽ de illis quæ declarata sunt de substãtia, & dare causam propter quam loquutus fuit de diffinitionibus ne existimetur ꝙ loqui de hoc pertinet ad logicum. D. d. & si sint partes substantiarũ &c. i. & declaratũ est cum hoc ꝙ forma & partes eius sunt substantia, & qd' vniuersale est substantia, neq; genus quia est aliquod vniuersale. D. d. de exemplaribus vero &c. i. & intendit ꝙ de hoc non est perscrutat⁹ in tractatu præcedẽti, & post perscrutabitur de hoc. Quoniam quidam dicunt ꝙ sunt substantiæ est separatæ aliæ a substantijs sensibilibus.

D Sensibiles substãtię omnes materiã habent. Sensibiles autem substantiæ omnes materiã habent. Est autem substantia quæ subijcitur. aliter quidem materia. Materia verò dico quæ non hoc aliquid ens actu, potestate autẽ est hoc aliquid. Aliquid verò ratio & forma, quia hoc aliquid ens ratio separabile est. Tertium verò est quod est ex his cuius soli⁹ generatio & corruptio & separabile simpliciter, nam secundũ rationem substantiarum hæ quidẽ separabiles, illæ verò non.

Et oẽs substãtiæ sensibiles habent materiã, & substantia est subiectũ, & alio modo est materia. Et dico materiã illud, quia hoc nõ est hoc in actu, & est hoc in potẽtia. Et alio mõ est diffinitio & forma quæ est principiũ rei, & est per diffinitionẽ separatã. Et tertio mõ illud quod ex istis cuius soli⁹ est gñatio et corruptio, & est separatũ mõ simplici. Substãtiæ eñ quæ sunt

substan

substantiæ per diffinitionem quædam sunt ista:& quædã non.

Hoc qđ dicit ꝙ oẽs substãtiæ sensibiles habeãt materiã:declaratum est in sciã naturali. Et cũ.d.& substãtia est subiectũ &c.i. intẽdit qđ substãtia dicit̃ primo mõ de illo ꝙ est exñs p se ꝙ est subiectũ alijs prædicamẽtis:& est cõpositũ ex materia & forma.& dicit̃ alio modo de materia isti⁹ substãtię:& dico materiã illud ꝙ nõ est in actu aliqđ demõstratũ:& est in potẽtia illi⁹.D.d.& alio mõ est diffinitio.i.& substãtia dicit̃ secũdo modo de illo ꝙ significat diffinitio scilicet forma. D.d.& est per diffinitionẽ separatã.i.& substãtia quæ est forma est secundũ diffinitionẽ separatã a materia nõ in esse.Impossibile eñ est separari formã a materia.D.d.& tertio illud qđ est existis &c.i.& substãtia tertia illud quod cõgregatur a materia & forma:& est illud cuius solius vt declaratũ est:est generatio & corruptio. Deinde dicit.& est separatũ modo simplici.i.secundũ diffinitionem & secundum esse.D.d.substãtiæ enim quæ sunt substãtiæ &c.i.& substãtia quã diffinitio significat est substãtia quodãmodo:quia p ipsam est substãtię existẽs per se & quodammodo nõ est sicut illud quod existit per se:quia est in subiecto & forte intendit quod substantia quam significat diffinitio: quædam partes eius sunt forma & quædam materia:vt declaratum est superius. 3

E Impossibile est formã separari a materia.

CAPVT II.



Quod vero substãtia est materia palã.Nã in oĩb⁹ oppositis mutationibus est aliquid qđ subijcitur mutationibus:vtputa secũdũ locũ:qđ nũc hic: iterũ & alibi:& secũdũ augmẽtũ qđ nũc quidẽ est tantum iterũ minus aut maius.Et secũdũ alterationem qđ nũc quidẽ est sanũ iterũ ægrotat.Similiter aũt secũdũ substantiã qđ nũc quidẽ est in gñatione:iterũ corruptione.Et nũc quidẽ subiectũ & hoc aliquid:iterũ aũt qđ subijcit̃ sic secũdũ priuationẽ:& hãc sequuntur aliæ mutationes:aliarũ verò & vnam aut duas:hoc nõ sequitur.Nõ eñ necesse siquidẽ materiã habet localẽ:hoc & generabilẽ & corruptibilem habere:quæ eñ differẽtia simpliciter fieri:& nõ simpliciter in physicis dictũ est.

In oĩb⁹ oppositis mutationibus est aliqd qđ subijcitur.

F Non est necesse siqdmateriã habet localẽ hoc & generabilem & corruptibilem habere.

Manifestũ est igitur ꝙ materia est substãtia.Q̃m oẽs transmutationes opposite in situ habent subiectũ fixũ:& sicut illud qđ est in loco suo:ꝙ eñ est nũc fiet etiã alius locus.Et in re etiã quæ est tũc secundũ hanc quantitatem fiet etiã minor:aut maior:& in transmutatione est aliquid sanũ modo: & fiet etiam egrũ.Et similiter etiam in substantia quæ est nũc etiã in generatione:fiet etiã in corruptione:& erit materia subiectũ sicut illud ꝙ est p priuationẽ:& aliæ transmutationes sequuntur istã: ista autem nõ sequitur vnam:aut duas aliarum.Non enim est necesse vt illud quod habet materiam localem: etiam habeat materiam quæ generatur & corrumpitur. Dictum igit̃ est in

naturalibus quę est differētia inter nō esse simplr̄:& nō simplr̄.

CVm posuit ꝙ vnū eorū de quo dicit̄ hoc nomē substātia est materia: incæpit declarare hic: & in rei veritate debet declarari in sciētia naturali.s. materiam a esse subiectū: ipsam aūt esse substantiā est de hac sciētia. Et.d. & manifestū est materia est substātia.i.& hoc apparet qa est subiectū formæ. Deinde incæpit declarare hoc secundū memorationē per inductionē sicut fecit in principio physicorū: &.d. oēs enim demōstrationes &c.i. apparet em̄ p inductionē: qm̄ necesse est vt oēs trāsmutationes oppositæ per suā materiā: habeāt materiā fixā. V.g. in trāsmutationibus in loco.&.d. secundū situ.i. secūdū locū: qm̄ oppositio b primo & essentialiter inuenit̄ in eis quę opponūtur in loco. Et intēdit p opposita hic quatuor cōtraria. Et quia cōtrarietas in rei veritate inuenit̄ primo in eis quæ sunt ī loco: ideo c acceptā est ī diffinitiōe eorū distātia: cū dicit̄: cōtraria sunt quæ maxime distāt. hic aūt intēdit p opposita cōtraria quæ sunt in qualitate & in substātia: & in augmēto: & in loco. Et cū.d. ꝙ trāsmutationes vident̄ cōuenire in hoc ꝙ indigent subiecto: incæpit declarare quō apparet: &.d. illud em̄ qd' est nūc &c.i. apparet enim qm̄ quemadmodū vnū & idē numero in loco aliquo est nūc & post trāsfert̄ in aliū. Et vnū & idē cū modo est & albū & post erit nigrū in alteratione. Et vnū & idē est magnū & paruū in augmēto. Similiter etiā vnū & idē qn̄qꝫ est generatū: & qn̄qꝫ corruptū. Sed tamē differunt in hoc qd' subiectū qd' est in transmutatione quæ est substātiæ est in potētia: & est in alijs trāsmutationibus in actu: & suum esse est qd' est mediū inter esse in actu: & nō esse: & hoc intēdebat cū.d. & erit nūc subiectū sicut hoc &c.i. & istud subiectū qn̄ recipiet formā assimilat̄ ei qd' est in actu: & qn̄ dimisit eā assimilat̄ ad non esse: & totū hoc dictū est in naturalibus. D.d. & aliæ trāsmutationes &c.i. & aliæ trāsmutationes sequunt̄ illā quę est in substātia.s. qm̄ illud quod habet transmutationē quæ est in substātia: habet alias trāsmutationes. Trāsmutationes aūt in loco nō debet sequi vna aut plures aliarum trāsmutationum. Et ideo nō est necesse vt omne habēs materiā localem habeat materiam generabilē & corruptibilem. Et innuit per hoc qd' declaratum est in sciētia naturali: & ꝙ cælum d habet materiā localem: & tamen nō habet materiā generabilem & corruptibilē. & ideo videmus quod cælum nō componitur ex materia quæ est in potentia & forma quę est in actu. D.d. dictū est igit̄ in naturalibus &c.i. declaratū est em̄ quæ est drīa inter gn̄ationē simplr̄: & nō gn̄ationē simplr̄ & inter generationē & corruptionē quæ sunt in substātia: & gn̄ationē & nō generationem quæ nō dicūtur simplr̄.s. quæ sunt in alijs trāsmutationibus.

Qm̄ qdē vt subiecta & vt materia subiecta cōfessa est. Hæc aūt quæ potestate reliquū eā quæ vt actū substantiā sensibiliū dicere qd est. Demo. quidē igitur tres drīas simul esse existimauit. Nā subiectū corpus secundū materiā vnū & idē differt: aut rithmo quod est figura: aut tropi qd' est cōpositio: aut diatigi qd' est ordo. Videntur aūt multa differētiæ esse: vt alia qdē cōpositione dicūtur materiæ: sicut quæcūqꝫ mixtura quēadmodum

a Materiā esse subiectū debet declarari ī sciētia naturali.

4

G ipsam autē esse substantiam est de hac scientia vide.2.phy. cō.22.&.7. met. cō.9. &.12.me.c.

5

Et quæ ibi.

b Oppositio primo & essentialiter inuenit̄ in eis quæ opponūtur in loco. cō. simile ī prædicamentis. capi. de quātitate sed oppo. videt̄ 8.ph.c.16.

c Vide.10. me.com.17.

H Subiectum trāsmutationis substantialis est in potentia. accidētalis autem in actu. Idē primo phy.cō.63.

I primo de generatione. 23.&.24.2.

D.d.& oportet dicere causas ꝓpinquas &c.i.& oportet quærere primo in recognitionẽ causarũ propinquarũ nõ remotarũ.V.g.qñ si quæsiuerimus causam hoĩs quæ est causa materialis nõ oportet quærere causam remotã:vt quatuor elementa quæ sunt causæ materiales remotæ: sed oportet quærere materiã propriam:& est sanguis mẽstruus. D.d. necesse est igit̃ in substãtijs &c.i.& est manifestũ ꝙ in substãtijs naturalibus generabilibus & corruptibilibus quærendæ sunt omnes istæ causæ.si aliquis voluerit ire in cognitionem earũ vera via: cum istæ causæ quatuor sunt causæ omniũ generabilium & corruptibilium: & numerus earum sit iste numerus:& est necesse quærere omnes causas rei cuius est cognitio quærenda:& si non cognitio eius esset diminuta. D.d. & in substantijs vero naturalibus &c.& intendit corpora cælestia. & cũ d.rectum est vt quædam non habeant materiam non intendit quædam corporum cælestium.omnia enim nõ habẽt materiam:sed intẽdit elemẽta quæ sunt æterna secũdũ totũ:& generabilia corruptibilia secundum partem vt dictum est in naturalibus. Materia enim in rei veritate cuius esse est in potẽtia non inuenitur nisi in substãtijs generabilibus & corruptibilibus.Substãtiæ vero æternæ:quia in eis non est potẽtia ad corruptionem non est in eis materia:sed materia corũ est aliquid existens in actu.s.corpus.Ideo dignius habent hoc nomen subiectũ quã hoc nomẽ materia. Et cũ narrauit qđ substãtiæ naturales æternæ non habẽt materiã quæ sit in potentia:cũ nõ habeant in gñationẽ & corruptionẽ incæpit dare modũ secũdũ quẽ dicit̃ istas habere materiã.&.d.& vt non sint &c.i.& nõ debet aliquis dicere eas habere materiã ꝓpter potentiã quæ est in eis in loco:oẽ em̃ motũ in loco est corpus habẽs potentiam in vbi: qñ quemadmodũ trãsmutatio in substãtia fecit nos scire materiam primam esse:ita transmutatio in loco fecit nos scire quod corpora cælestia sunt habentia potentias in vbi. Et cum narrauit quod istæ substantię cælestes nõ habent materiam.s.quia non sunt cõpositę ex materia & forma:sed ex corpore & forma animata intelligibili non ita ꝙ aĩa sit res aĩata:non ita ꝙ illic est aliquid quod animatur per aĩam: aut viuit per vitã:sed sunt animata per se:& viua:omne enim qđ viuit per vitam est generabile & corruptile: & ideo.d. Themistius ꝙ sol & luna & stellæ aut sunt formæ sine materijs;aut habent materias per æquiuocationem.

I Materia cæli est i actu: & ideo di citur subiectum quam materia.Idẽ 2.ca.de substãtia orbis &. 9. meta. 17.

Transmutatio in substãtia fecit cognoscere materiã vide. 4.phy. com.38.

Vide finem primo capituli de substãtia orbis.

ficut est dispositio in materia intellectus. Et cum narrauit hoc de materia corporũ celestiũ: incæpit narrare etiã φ accidẽtia quæ apparent in istis nõ sunt qualitates passiuæ quæ faciũt subiectũ trãsmutari & alterari ex cõtrario in cõtrariũ. Verbi gratia, corpus alterari a calido in frigidũ. Causa enim istius alterationis est materia quæ est in potẽtia. Et dicit, & nõ illa quæ sunt p materiã &c. i. & accidẽtia quæ sunt naturaliter in istis corporib⁹ quæ non habent materiã quæ sit in potẽtia nõ indigẽt materia tali: sed indigẽt materia quæ sit subiectũ tantũ. s. in actu vt causa eclypsis materialis. Eclypsis enim nõ indiget vt fiat materia in potẽtia: & hoc intẽdebat cũ dicit nõ est materia aliqua. i. vt causa eclypsis materialis: qm̃ nõ est materia aliqua. i. in potẽtia: sed luna est cã materialis nõ ita φ patiat in sua substãtia vt accidit in qualitatib⁹ passiuis: sed ita φ trãsmutet in loco tantũ. & hoc intẽdebat cũ dicit sed causa sicut causa mot⁹. i. sed luna est causa materialis eclypsis: sicut corpus est causa materialis mot⁹ in loco. Est enĩ ꝓpriũ huic materiæ: qm̃ nõ trãsmutat in se p trãsmutationẽ in loco. Et qa ista trãsmutatio est abscisio luminis a nobis. Deinde & causa amittẽdi lumen est terra id est hoc φ terra interponitur inter nos & solẽ apud eclypsim: luna enim qñ trãsmutatur in loco donec cadat in vmbram terræ abscindetur lumen ab ea.

Quod autem cuius gratia: forsan non est. Quod verò vt species ratio: sed non manifesta: si nõ concausa fuerit ratio: vt quid eclypsis priuatio luminis. Si verò addat à terra in medio obiecta: etiam concausa ratio hæc. Somni verò non manifestũ quid primum patiens: sed quod animal etiam primum verũ hoc secũdum quid: & quid est primum: cor an aliud aliquid: deinde à quo: deinde quid passio: quæ illius & non totius: quia immobilitas talis vtiq; : sed hoc per aliquid pati φ primũ. Et rectum est vt non sit causa quæ est propter quid: & causà quę est quasi forma etiam & diffinitio. Sed diffinitio si nõ fuerit concausa non erit manifestũ. V. g. φ eclypsis est priuatio luminis si addidimus esse ex terra: quia fit in medio: hoc erit sermo causæ. Et similiter in somno non erit manifestum quid sit primũ patiens: sed est manifestũ ipsum esse animal : sed quærere hoc: & quid sit primum: vtrũ cor aut aliud: deinde per quod: deinde quæ sit passio quæ accidit ei: & non est toti⁹. Somnus enim est quies talis: sed hoc erit primo passio in aliquo.

13 Et rectũ est vt causa quæ est forma & causa ꝓpter quã est forma non sint eædẽ licet illa propter quã est forma multũ intret diffinitiões perfectas quæ dicunt trãsmutare demonstrationes in situ. Et innuit hoc ne causæ admisceantur. Deinde dixit, sed diffinitio &c. id est sed diffinitio si nõ cõtinuerit causam ꝓpter quã inuenitur forma: tũc diffinitio nõ erit manifesta neq; perfecta. Deinde dixit exemplũ, & dicit. V. g. qđ eclypsis & priuatio luminis. i. cum homo fuerit cõtentus a tali diffinitione in cognitione eclypsis erit cognitio diminuta: licet teneat formã

quæ est priuatio luminis. Possibile enim est vt priuatio luminis sit per aliquod cõtingens ipsi in se. Et cũ dicitur propter interiacentiam terræ ipsi & soli: tunc perficitur cognitio eclypsis, & hoc intendebat cum dicit, & si additur &c. id est, & si fuerit additum in hac diffinitione qđ priuatio luminis est ex terra: quia interiacet ipsam & solẽ, tũc inducitur diffinitio quæ continet causam agentem eclypsis, & formam eclypsis.

Deinde induxit aliud exemplum de somno &c. d. & similiter in somno &c. id est, & similiter si contenti fuerimus in diffinitione somni ex hoc quod est quies animalis nõ erit manifestũ ex hoc quid sit primum patiens recipiens istã quietẽ quæ est somnus: vtrum sit cor aut cerebrũ; & secundũ hũc modũ erit diffinitio diminuta. Deinde incepit dicere omnia quæ oportet inducere in hac diffinione &. d. sed quærere hoc & quid sit primũ: vtrum cor aut aliud, id est, sed remanet postquã inducemus hanc diffinitionẽ notificare quare accidit ista quies sensibus animalis, & diceretur propter pausationem & quid sit materia in qua accidit ista causa primo. V. g. cũ dicatur quod est cor, & ex quo accidit. V. g. vt dicatur propter cibũ. & quid sit passio propter quam accidit. V. g. quia frigus. D. d. & non est totius, id est, quoniã oportet notificare de somno quare nõ est omnis animalis aut omnis habentis animam. D. d. somnus enim est aliqua quies &c. id est, diffinitio enim somni completa & perfecta est quies quæ est omnibus his dispositionibus. Deinde dicit sed hęc erit primo passio in aliquo, id est, est em̃ quies ꝓpria quæ accidit a passione propria in membro proprio & a recipiente proprio, & propter causam propriam.

Quoniã vero quædã sine generatione & corruptione sunt & nõ sunt: vt pũcta siquidẽ sunt, & totaliter species, & formę. Nõ em̃ albũ fit: sed lignũ album: aut ex aliquo, & aliquid omne ꝙ fit, fit. Nõ omnia vtiq; cõtraria fiẽt ex inuicẽ: sed aliter albus homo ex nigro homine, & albũ ex nigro. Nec omnis materia est: sed quorũ generatio est & trãsmutatio adinuicẽ. Quęcũq; autẽ sine transmutatione sunt aut non: non est horum materia. Habet autem dubitationem quomodo ad contraria materia vniuscuiusq; se habet: vt si corpus potentia sanum: contrariũ vero infirmitas sanitatis: tũc ambo potẽtia. Et aqua potẽtia, & vinum, & acetum: aut huius quidem secundum habitum, & secundum speciem materia. Illud vero secundum priuationem & corruptionem præter materiam. Dubitatio autem quædam emergit, & quare vinum non materia aceti: nec potentia acetum: quamuis ex ipso fiat acetum, & viuens potentia mortuus: aut non sed secundum accidens corruptionẽ. Animalis vero materia, hoc secundum corruptionem mortui potentia & materia & aqua aceti. Fit enim ex his vt ex die nox, & quæcumq; itaq; sic transmutantur adinuicem: ad materiã oportet redire. Vt si ex mortuo animal: in materiam primam: A

deinde fit animal. Et acetũ in aquam deinde fit vinum.

Cum igitur quædã res sint & nõ sunt sine generatione & corruptione: vt pũcta si fuerint, & modo vniuersali forma: qm̃ nõ est albũ sed lignũ albũ: si omne generatũ est ex aliquo, & erit aliquod albũ. Non igif erunt omnia cõtraria ad inuicẽ: sed alio modo: vt homo albus ex homine nigro, & albũ ex nigro. Neq; materia vniuscuiusq; rerum quæ habent generationẽ & trãsmutationẽ trãsmutãtur adinuicẽ. Omnia autem quæ sunt absq; eo quod trãsmutãtur: nunc illa quæstio dicetur de eis, & est quasi materia cuiuslibet rei ad cõtraria. Vt dicimus si corpus in potẽtia est sanũ, & infirmitas est cõtrarium sanitati: est igitur vtrũq; in potẽtia, & aqua in potẽtia acetũ: & vinum. Et materia est in quibusdã secundũ habitũ & formã, & etiam in quibusdã secũdũ priuationẽ & corruptionẽ naturalẽ. Quæstio vero est cuius sit, & quare vinũ nõ est materia aceti: neq; est acetum in potẽtia, & si ex eo fiat acetũ. Et est vinũ in potẽtia mortuũ in primo sed corruptio erit accidẽtaliter. Materia vero animalis est materia corruptiõis potẽtia mortui, & materia eius: & similiter vinũ. Acetũ enim est ex eo sicut nox ex die. Et omnia quæ trãsmutantur adinuicẽ sunt secundum hunc modum. Oportet igitur reuerti ad materiã. V.g. vt ex mortuo fiat viuum: oportet primo peruenire ad materiam: deinde ad vinũ, & acetum primo ad aquam & post ad vinum.

B

14 Et cũ quædã sint existẽtia per generationẽ verã, & nõ existẽtia per corruptionẽ verã, & sunt generabilia & corruptibilia per accidẽs vt pũcta, & vniuersaliter formæ: vniuersalia eñ nõ generãtur. Nõ eñ generatur albũ vniuersale: sed generatur lignũ albũ singulare: aut lapis alb⁹, & sic necesse est vt omne generatũ essentialiter, & ex substãtia generef ex aliquo scilicet materia qđ ipsum sit etiã in se aliquid, & totũ hoc dictũ est in tractatu præcedẽti. D.d. nõ igif erũt omnia contraria &c. & cũ sit hæc generatio essentialiter, & generatio sit ex cõtrarijs: manifestũ est qđ nõ oĩa generãtia fiũt ex se inuicẽ: sed ex cõtrarijs terminatis: vt homo albus ex nigro, & vniuersaliter etiã quę sunt in eodẽ genere: nõ quę fiũt in generibus diuersis. Nõ eñ generatur albũ nisi ex nigro: nõ ex calido aut frigido aut humido: aut arido. D.d. neq; materia cuiuslibet rei, & nõ inuenif materia vna cõmunis vnicuiq; rerũ naturaliũ nisi ex rebus habẽtibus generationẽ & corruptionẽ, & hoc declaratũ est in naturalibus, & ex hoc verificaf qđ prima materia rerũ generabiliũ & corruptibiliũ est eadẽ scilicet quia oĩa generabilia & corruptibilia alterãtur adinuicẽ. D.d. oĩa eñ quæ sunt absq; eo ꝙ trãsmutanf &c. & intẽdit corpora cælestia, & intẽdit per trãsmutationẽ illã quæ est in substãtiã & qualitatẽ alteratiuã. Iste eñ duæ trãsmutitiões sunt impossibiles in corporibus cælestibus. Et cũ d. qđ eadẽ materia est vtriq; cõtrariorum:

Vniuersalia nõ generantur. idem. 7. meta. 26. & 27. & 53.

C

Materia cõmunis est in rebus habẽtibus generationem & corruptionem. Idem pri. de gene. c. 43. & 52.

rorū:incæpit dubitare de hoc,& quærere vtrū est in eis eodē modo:ita qđ cū alterū duorū cōtrariorū fuerit in actu:erit reliquū in potentia,& ex quo cōtinget vt omnia cōtraria æqualiter trāsmutētur in inuicē:qđ dicit in principio huius libri,&.d.sed in hoc est quæstio &c.id est,sed in generatiōe istorū & ex elemēto cōmuni est quæstio vtrū omnis materia accipiat duo cōtraria ad quæ potest equaliter:ita qđ cū alterū fuerit in eo in actu reliquū erit in potētia:vt dicimus qđ corpus recipiens sanitatē recipit egritudinē scilicet qđ sanū reuertitur in infirmū, & infirmū in sanū:qm̄ cū alterū fuerit in actu:reliquū erit in potētia, & hoc intēdebat cū.d.& dicimus si corpus in potētia fuerit sanū &c.id est,V. gratia,si posuerimus aliquid esse in potētia aliud.& illud aliud habeat cōtrariū,id est,oppositū necesse est vt illud sit in potētia sicut duo contraria,& qđ cū alterū fuerit in actu,& reliquū cōtrariū erit in potētia. V.g.vt aliquis ponat qđ corpus animalis recipit egritudinē, & cū alterū fuerit in actu erit reliquum in potētia,& similiter si posuerit aliquis aquā esse in potētia acetū & vinū,& posuerit acetū esse oppositū vino: quoniā necesse est vt aqua sit in potētia acetū,& vinū eodem modo:ex quo cōtingit acetū reuerti,in vinū sicut infirmū sanū,hoc autē nō est verū nisi in veris cōtrarijs,& nō est verū in oībus formis oppositis scilicet quarū quædā est via quarūdā per accidēs,& corpus formæ vini ad formā aceti.Iste enim duæ formæ sunt oppositæ cū altera sit corruptio reliquæ,& ideo.d.& materia quibusdā est secūdū habitū &c.id est,quoniā materia est quibusdā secūdū qđ est formatū vt aqua:qm̄ nō fit materia aceti donec habeat formā vini.Et q̄dā est materia nō secūdū qđ est formatū vt prima materia cū formis cōtrarijs:sed secūdū qđ ponitur in formā scilicet mediante alia forma:vt aqua,& ideo cū aqua est vinū in actu est acetū in potētia,& nō quādo fuerit acetū in actu est vinū in potētia:neq; est in eodē termino vinū & acetū in potētia.Acetū enim nō reuertitur in vinū donec resoluatur in elemēta eōtrario generationi quatuor elemētorū adinuicē.Prima enim materia est in potētia vtrūq; cōtrariorū eodē termino scilicet quādo alterū fuerit in actu erit equū in potētia. Et cū notificauit istos duos modos generationis incepit dare modū ex quo accidit quæstio in hoc &.d.quæstio vero,& quæstio est talis quomodo ex vino fit acetū,& nō ex aceto vinū,& cū habeant materiā cōmunē qui est vtrūq; in potētia eodē termino est aqua.V.g. D.d.& vtrūq; viuū est in potētia &c.id est,& vtrūq; viuū est in potētia & essentialiter mortuū aut mortuū nō fit ex viuo nisi accidēraliter nō essentialiter:quoniā si viuū in potētia est mortuū:mortuū in potētia est viuū,& sic ex mortuo erit viuū:sicut ex viuo erit mortuū. D.d. materia vero animalis &c.id est,materia vero recipiēs vitā habet in se potentiam ad mortē per accidens:scilicet quia in ea est potētia ad corruptionē vitæ: nō quia recipit mortē secūdū qđ est viuū:qm̄ si ita esset:tūc mortuū reciperet vitā secūdū qđ viuū. D.d.& similiter in aceto,id est,& similiter acetū fit ex vino,& mortuū ex viuo:sicut nox ex die,id est, post diē nō ex materia ista. D.d.& omnia quæ trāsmutātur adinuicē &c.id est & omnia quæ trāsmutātur adinuicē hoc modo trāsmutationis generatio nō reuertitur in eis reciproce sine medio:sed generatio reuertitur in eis prius quā vltimū reuertitur in primū.D.primū trāsfertur ad media

D
Prima materia est in potētia vtrūq; contrariorū eodē termino.Vide idē primo phy. com.56.& 82.

Deinde media trāsferūtur ad vltimū. V.g. qđ ex viuo fiat mortuū: tunc ex mortuo non fiet viuum: donec mortuum reuertatur in quatuor elementa. Deinde formæ quæ sunt inter quatuor elemēta & vitam generabuntur & sic generabitur vita necessario.

CAPVT V.



E dubitatione vero dicta circa diffinitiones & numeros quæ causa essendi vnū deinceps dicēdū esse videtur. Omniū enim quæcumq; plures partes habēt, & nō est vt aceruus quod totū: sed inest aliquid totū præter partes: est aliqua causa. Quoniā in corporibus his quidē tactus causa est essendi vnū: aliis vero viscositas: aut altera aliqua passio talis. Diffinitio vero ratio est vna nō cōiunctione: quemadmodū illas: sed per vnius esse. Quid igitur est quod facit vnū hominē, & propter quid vnum: sed non multa. Puta quia animal & bipes. Aliterq;: & si est vt aiunt quidam ipsum aliquid animal, & ipsum bipes. Quare namq; nō illa ipsa homo est. Et erunt secundū participationē homines nō hominis, & neq; vnius: sed duorū scilicet animalis & bipedis, & totaliter vtiq; nō erit homo vnū: sed plura: animal & bipes. Palam itaq; quia sic quidē acceptātibus vt consueuerunt diffinire & dicere nō contingit reddere & soluere dubitationē. Si autē vt dicimus: hoc quidē materia: illud vero forma: hoc quidē potētia: illud vero actu: non adhuc dubitatio vtiq; videbitur esse quod quæritur. Est enim hæc dubitatio eadē & si terminus vestimēti: sit rotundū es. Sic enim vtiq; signū nomen huius rationis. Quare cū queritur quid est causa essendi vnū rotundum & es: non adhuc vtiq; dubitatio videtur: quia hoc quidē materia: illud vero forma. Quid igitur huius causa est scilicet quod potētia ens actu sit præter faciens in quibus generatio. Nulla nāq; est causa altera eius quod est potestate sphera actu esse spheram: Sed hoc erat quodquid erat esse vtiq;. Est autē materia alia intellectualis: alia sensibilis. Et semper rationis hoc quidē materia: illud vero actus est: vt circulus figura superficialis.

Quærere, quęre ex materia & forma fiat vnū nihil est quęrere.

In quæstione vero dicatur de diffinitiōibus & in numeris quæ est causa in hoc qp sint vnū. Omnia enim quæ habēt plures partes: quorū vniuersum nō est sicut cumulus: sed sicut aliquid qp habet partes: habet causam: quoniā in corporibus etiā quædā habēt causam: cuius essentia est tactus: & quēadmodū viscositas: aut alia passio talis. Corpus vero est vna diffinitio nō secundū ligationē vt liber ilias: liber. s. homeri primi: sed

quia

quia est eidē. Quid igitur facit hominē vnū: & quare est vnū: & non plura: vt animal: & bipes: & etiā alio modo si fuerit: sicut quidā dicunt: aliquid quod est aīal: & bipes. Et quare illa nō sunt homo: & sicut hoīes secundū modū acquisitiōis erunt: nō ex hoīe vno: sed ex duob⁹: & similiter ex aīali bipede: & vniuersaliter cū homo nō sit vnū sed magis aīal & bipes. Etiā manifestū est ꝙ si hac via procedat sicut est consuetudo eorū in distinctionib⁹: quod impossibile est dissoluere hāc quæstionē difficilem. Si autē fuerit sicut dicit quod quædā est materia: & quædam forma: & quædam potētia: & quædam actus: rectum est: vt non existimetur error in quæsito. Ista enim quæstio erit eadem & si diffinitio sphæræ esset cuprū rotundū: quoniā cū fuerit erit signum diffinitionis hoc nomen. Cū igitur fuerit quæsitum quid erit causa vt sit rotundū & cuprum: tunc enim nō apparebit quæstio. Alterum enim est materia: & reliquum est forma. Et causa illius vnitatis est, scilicet vt illud quod est in potētia in actu fit ab agente in omnibus in quibus est generatio. Non enim est aliud causatū: sed erit illud quod est in potentia sphera in actu sphera: sed hoc fuit illud quod fuit per essentiam cuiuslibet: & est circulus qui est figura palam.

Sermo vero de quæstione dicta in diffinitionibus & numero: & est 15 quomodo diffinitio significat diffinitum: & diffinitio habet plures partes: & quæ est causa propter quam est diffinitio vnum. hoc enim dictum est in tractatu præcedenti. Deinde dicit oīa eñ quæ habent plures partes &c. id est & necesse est quærere causam propter quam diffinitio est vna: quoniā omnia quæ habent plures partes: & sunt vnū secundū totū non eo modo quo dicit cumulus est vnus: in hoc enim est causa per quā multitudo fit vnū. Deinde dixit exemplū in hoc: & dicit in corporibus eñ &c. id est in corporibus etiā cōpositis ex plurib⁹ ex causa propter quā corpus cōpositū est vnū. V. g. qm̄ quędā sunt vnū per cōtactū: & quædā per cōglutinationē: vt in rebus viscosis aut per alia ligamēta vt claui: & hoc intendebat cum dicit quorum essentia est tactus. s. quod quædā sunt quorū causa vnitatis & essentiæ est cōtactus. Deinde dixit diffinitio vero &c. i. diffinitio vero est sermo vnius: & nō per præpositiones copulantes: sicut versus Homeri: quoniam illi versus: sunt vnū per copulam: sed diffinitio est vna: quia est vnius. Verbi gratia hominis.

Et cū narrauit ꝙ homo debet esse vn⁹ incæpit dubitare in hoc & dicit quid igitur facit hominē vnū &c. i. & si cōcesserimus ipsum esse vnū quærendū est quid sit illud quod fecit hominem vnū: & quare est vnum & nō est plura. s. quare dicit ꝙ est vnus cum sit compositus ex plurib⁹ vno: est enim animal & bipes: & hoc existimatur esse diffinitio hominis. D. d. & etiā alio modo si fuerit, sicut quidam dicunt quod homo nihil aliud est: quam congregatio animalis & bipedis nihil erit hoc in quo communicent hæc duo, scilicet animal & multipes: ita ꝙ hoc no-

men

men homo significet hoc commune:sed hoc nomen homo significat ani
mal per se & bipes per se:ergo quare homo nõ erit duo hoies. Deinde dixit & similiter ex animali & bipede &c.i.& similiter cõtingit eis vt sint ex aiali & bipede:& si nõ indicant ipsum esse animal siue homo disponat per hæc duo secundũ hoc verbũ esse aut attribuant ei per hãc præpositionem ex:& ideo dixit post:& vniuersaliter &c. id est & vniuersaliter cõtingit huic vt homo nõ sit vnũ:sed plura vno, scilicet animal & bipes. Deinde dixit manifestum est igitur ꝙ si aliquis fuit hac via &c.id est manifestũ est igitur ꝙ si aliquis processerit hac via in diffinitione & concesserit ipsam esse compositam simpliciter ex pluribus: & non distinxerit pluralitatem quæ est in potẽtia ab ea quæ est in actu: impossibile est soluere hanc quæstionem. Deinde dixit, si autem fuerit sicut dicitur &c.id est si autem distinxerimus dualitatem quæ est in diffinitiõe:& dixerimus ꝙ hæc est materia:& hæc est forma:& hoc existit in potẽtia in cõposito.s.materia & hoc existit in actu.s.forma dissoluet quæstio. D.d.ista enim quæstio erit.i. qm̃ si nõ procedat hac via ista quæstio remanebit. Deinde induxit exemplũ: & dicit & si diffinitio spheræ esset cuprũ rotundũ &c.id est. V.g. qm̃ cũ posuerimus qđ diffinitio spheræ est cuprũ rotundum tunc hoc nomẽ esset æquale huic diffinitioni. D.d.ergo esset quæsitũ &c.id est & cũ posuerimus ꝙ diffinitio spheræ est cuprũ rotundũ:& quæsiuerim⁹ in ea hoc, scilicet quomodo diffinitio est vna & habet plures partes: tũc quæritur quomodo cuprũ & rotundũ sunt vnũ. D.d.qm̃ tunc nõ apparebit quæstio.i. & cũ diffiniuerim⁹ spherã qm̃ est cuprũ rotundũ:& intellexerimus per cuprũ materiã:& per rotundũ formã in hac materia:tunc nõ accidit quæstio. D.d.& causa illius est &c.id est & causa isti⁹ vnitatis est vt trãsmutet qđ est in potentia donec fiat in actu ab agẽte, scilicet ab extrahẽte ipsum a potẽtia in actũ. Est igit hic aliquid vnũ qđ primo est in potẽtia:& post trãsfert de potẽtia in actũ:trãslatio em̃ eius nõ largit ei multitudinẽ:sed perfectionẽ in esse:& in toto hoc est vnũ in actu:& hoc intendebat cũ dixit:qm̃ nõ est aliud causatũ &c.id est nõ em̃ est hoc aliud causatũ ab agente ab eo in quo agit:sed illud idẽ, scilicet quod est sphera in potentia sit sphera in actu:cum agens extrahit ipsum de potentia in actum. Deinde dixit, sed hoc est illud quod est per essentiã &c. id est & hæc duo dant esse rei quã significat diffinitio in omnibus rebus habẽtibus materiã & formã:vt in diffinitione circuli dicimus quod est figura plana:figura enim est quasi materia:& plana quasi forma. Et intendebat declarare per hoc exemplũ ꝙ cũ dispositio fuerit talis in dispositionib⁹ rerũ mathematicarũ:quanto magis vt sit in diffinitionibus rerũ nõ mathematicarum:ne aliquis dicat ꝙ omnes diffinitiones nõ componuntur ex materia & forma:mathematica enim non sunt in materia: sed declaratum est prius quod ista habent materiam non sensibilem.

Extractio alicuius ab agẽte de potẽtia ad actũ nõ largitur multitudinẽ sed pfectionẽ. Idẽ. 12. met. cõ.18. Idẽ etiã hic cõ. sequẽti.

E

Quæcũque nullã habẽt materiã nec intellectualem nec sen

Quæcunq; verò nõ habent materiã:nec intellectualem: nec sensibilẽ:statim quidem vnum aliquid est eorum vnũquodq;. Quemadmodũ & quod ens aliquid hoc quod quale:vel quod quantũ:quapropter & non inest in diffinitionibus:nec ens: nec vnũ:& quodquid erat esse statim vnum aliquid est:sicut & ens aliquid.

aliquid. Quapropter non est aliqua alia causa vnũ essendi nulli eorũ: neq; essendi ens aliquid. Statim enim vnumquodq; ens est aliquid: & vnum aliquid non vt in genere: & ente & vno: nec vt separabilibus existẽtibus præter singularia. Propter hãc verò dubitationem hi quidem participationem dicunt: & causam aliquam participationis: & quid est participare dubitant. Hi autem coexistentia animæ: sicut lycophron ait esse sciẽtiam eius quod est scire: & animæ. Alij verò compositionẽ: aut coniunctionem animæ cum corpore viuere. Et quidem eadem ratio in omnibus. Etenim sanum esse erit: aut coexistẽtia: aut colligatio: aut coniunctio animæ & sanitatis. Et es esse trigonum compositio eris & trigoni: & album vnũ esse compositio superficiei & albedinis. Causa verò quia potentiæ & actus quærunt vnum faciens & differentiam. Est autem: vt dictum est: & vltima materia & forma idẽ. & hæc potentia: hæc actu. Quare simile est quærere vnius quæ causa: & vnum essendi. vnum enim aliquid vnũ quodq;: & quod potentia & quod actu vnũ aliqualiter est. Quare causa nulla alia nisi vt quasi mouens ex potentia ad actũ: quæcunq; verò nõ habent materiam omnia simpliciter sunt quod vere entia aliquid. Omnia autem quę non habent materiam: neq; intelligibilẽ: neq; sensibilẽ: vnumquodq; eorum statim est vnũ illud quod est per essentiã: sicut illud quod est etiam. Et ideo in diffinitionibus nõ est ens neq; vnũ: & illud quod est per essentiam est vnum sicut aliquod ens etiã: & ideo nõ est alia causa: neq; alicuius istorum: vt sit vnũ: neq; vt sit ens etiã. Vnũquodq; enim eorum statim est aliquod ens & quod vnũ: vt quia sunt in ente & vno: sicut illa quæ sunt in genere: neq; sunt quasi separata: & alia à partib[9]. Et propter hãc difficultatem dixerunt quidã acquisitionem: & dubitauerunt in causa acquisitionis: & quid sit acquisitio. Et quidam dixerunt congregationẽ animæ: vt aliquis. Dixit enim q; cognitio quæ est per vnã scientiam est per animam etiam. Et quidã dixerunt cõpositionẽ: & ligamẽtum corporis & animæ est per vitã: sed sermo in omnib[9] istis est vnus. Sanitas enim in omnibus est vna: aut congregatio: aut ligamentum: aut compositio animæ: & sanitatis. Et etiã cuprũ erit triangulare per compositionem cupri: & trium angulorũ: & essentia albi est cõpositio superficiei & albedinis. Et causa in hoc est: q̃a quærunt vnũ qđ est in potentia in actu quasi diuersum etiã: & sicut dictum est.

Quoniã

sibilem statim sunt id quod sunt.

Quoniam quemadmodum materia vltima:& forma est idē: & vnum genus:non habent aliquam causam omnino præter motorem quomodo de potentia in actum. Omnia vero quæ non habent materiam modo simplici,essentia eorum per quā sunt entia non fertur in quibusdam rebus.

16 Idest.omnia vero quæ carent materia intelligibili & sensibili sicut
F materia rerum mathematicarum:vnumquodq; eorum est idem cum illo quod dat suum esse scilicet quod quiditas & essentia sunt in eis idem. Deinde.d.sicut illud quod est aliquod ens &c.i.vt dicamus in aliquo quod habet aliquam essentiam quod in eo non est aliquod additū essentiæ.i.q; ens nō est genus illi.& hoc intendebat cum dixit aliquod. D.d.& ideo in diffinitionibus &c.i.Et dixit hoc:quia ista genera altissima sunt simplicia cum non habeant genera:diffinitiones vero sunt compositorū. D.d.& illud quod est per essentiam &c.i.& similiter illud quod significat diffinitio.s.forma non habet diffinitionem:quemadmodum aliquod habet ens scilicet quod ens nō est genus ei. D.d.& ideo non est aliqua causa alia &c.i.& ideo illa quæ non habent materiā:non habent causam aliam a se in hoc q; sunt vnum:& in hoc q; sunt ens ecōtrario eis quæ sunt in materijs.Per formas enim fiunt composita ex forma & materia vnum & aliquid ens. Deinde.d. quoniam vnumquodque eorum statim &c.idest quoniam vnumquodq; eorum ex se est aliquod vnum & aliquod ens scilicet quod nō est vnum ex alio: neq; ens ex altero.& hoc intendebat cum dixit statim trāsumptiue. Deinde.d. nō quia sunt in ente &in vno:sicut illa quæ sunt in gñe.i.non quia sunt sposita per vnitatem & essentiam: ita quod vnitas & essentia sit genus eius:sed essentia est ipsum. D.d.& nō quasi separata.i.neq; esse illius formæ simplicis est ita quod in actu sit aliud a rebus particularibus quarum est forma:ita quod res particularis & forma eius sunt duo diuersa: & hoc intēdebat cum.d.separata. Deinde dicit & propter hanc difficultatem &c.i.& innuit quæstionem prædictā dicentē quomodo est homo vnus & est compositus ex anima & corpore quæ sunt existentia in actu.Omnis eñi qui ponit qđ anima & corpore sunt duo diuersa: contingit ei dicere quid sit causa ligamēti animæ cū corpore.Qui aūt dicit qđ aīa est perfectio corporis:& q; corpus non existit sine anima: non sunt apud ipm duo diuersa:nec accidit ei quæstio hæc. Et intēdit p acquisitionē cōicationē.i.q; ꝑpter hāc quæstionē dixerūt quidā q; ex aīa & corpore fit vnum per cōicationē quæ est inter illa:& isti dubitauerūt in quo sit causa cōicationis aīæ & corporis quæ sit illa cōicatio.i. cuiusmodi cōicationis sit. D.d.& quidam dixerunt congregationē animæ &c.i.& vt reputo q; quidā dixerunt q; communicatio quæ est inter animam & corpus est:quia nō perficitur actio alterius eorū:nisi cōgregatæ vt quidā antiquorū dicebāt q; cognitio est per aīam & corpus:sed causa veritatis est aīa.& falsitatis accidētis in ea est corpus. D.d. & qdā dixerunt compositionē &c.i.& quidā dixerūt q; ista cōicatio est cōpositio aīæ cū corpore:& q; ligamētū p qđ fit cōpositio est vita:& ideo cū dissoluit ligamētū nō erit vita. D.d.sed sermo in oībus istis &c.i. sed

Materia intelligibilis ē mathematicarū rerū. Idē supra.c.9. Per formas fiūt cōposita ex materia & forma vnū & aliquid ens. Idē.2. de aīa.2.& 7.&.j.de anima com.90.&.5.me.15.

Vide.2.de anima.t.cō.7.

istæ

istæ causę quas induxerunt antiqui in copulatione animæ cum corpore: omnes sunt eiusdem modi. Quidam enim opinabãtur quod sanitas isti copulationis erit per istam congregationem, scilicet congregationẽ animæ cum corpore, & quidam opinabantur quod est per ligamentum & quidam per compositionem animæ & corporis compositione sanitatis non compositione corruptionis. Deinde dicit, & etiam erit cuprum &c. id est, & non est differentia inter compositionem animæ cum corpore, & compositionem cupri cum tribus angulis, scilicet quod dicere cuprum habentẽ tres angulos est sicut dicerę corpus animatum, & sicut dicere superficiem albam. Et intendit quod sermo de omnibus est vnus, & sicut non accidit eis quæstio in compositiõe figuræ cum cupro, oportebit vt non accidat eis quæstio in compositione animæ cum corpore anima enim ita se habet ad corpus, sicut figura ad cuprum, & albedo ad superficiem, omnia enim sunt perfectiones & formæ subiecti. D. d. & causa in hoc est, id est, & causa deceptionis eorum est quia ponunt idem quando est in potentia, & quando est in actu esse diuersum & in rei veritate est vnum illud. Illud enim quod fuit in potentia est in actu & non sunt hic duo diuersa. D. d. & est sicut dictum est &c. id est, & anima cum corpore sunt vnum, sicut dicimus ꝙ prima materia & forma sunt vnum. D. d. ergo non habent &c. id est, & cum anima nõ est nisi esse eius quod est in potentia animatum est animatum in actu, tunc exitus eius de potentia in actum nõ habet causam nisi motorem extrahentem ipsum de potẽtia in actum. Deinde dicit, omnia vero quæ nõ habent materiam simpliciter neq; sensibilem neq; intelligibilem essentia eorum per quam sunt entia non attribuitur in suo esse quibusdam rebus quę non sunt perfectio materiæ omnino, & attribuuntur quibusdam. Et intendebat per hoc intelligentias abstractas quæ attribuuntur corporibus cælestibus secundum ꝙ anima attribuitur corpori.

In rei veritate idẽ est in potẽtia & in actu. Idẽ supra cõ. 15.

Intelligẽtiæ abstractæ attribuuntur corporibus secũdum ꝙ aĩa attribuiẽ corpori.

Vide ꝓ hoc primũ &c. 2. capi. de substantia.


Aristo. Liber Nonus primæ philosophiæ incipit.

In nono Metaphysicæ sunt tres summæ.

Prima est in tex. primo vbi affert philosophus suam intentionem.

In secunda determinat de ente vt diuiditur per potentiam & actum. Sed primo de potentia agit a tex. 2. vsq; ad. 11. mox ab. 11. vsq; in fine disputat copiose de actu.

CAPVT I.



E primo quidem igitur ẽnte, & ad quod omnes aliæ cathegoriæ entis referuntur dictũ est. videlicet, de substantia. Nam secundum substantiæ rationem dicuntur alia entia quantitas, qualitas, & alia sic dicta. Omniaque namque habebunt rationem substãtiæ, vt diximus in primis sermonibus. Quoniam verò dicit̃ ens hoc qdẽ eo quodqd, aut quãtitas, aut qualitas. Aliud secundũ potentiã, & actũ, & secũdũ opus. Determinabimus de potẽtia & actu, & primũ de potẽtia quę dicitur

A

In plus est potentia &

actus eorum quæ dicunt secundum motum solum. dicitur quidem maxime proprie, non tamen vtilis est ad quod volumus nunc. In plus enim est potentia & actus eorum quæ dicuntur secūdum motum solum. Sed cum dixerimus de hac in determinationibus de actu ostendemus & de alijs.



Ictum est de ente cui attribuuntur alia prædicamēta entis, vbi dictum est de substantia. Dicuntur eñ entia materialiter secūdum ꝙ recipiunt distinctionem substātiæ, vt quantitas, & qualitas, & alia quæ dicuntur hoc modo. Omnia enim habent diffinitionem substantiæ, sicut diximus in primis sermonibus. Et cum ens dicit aut quia hoc est, aut quātū, aut quale, aut quia est in potentia et cōplemēto, & actu. Etiā distinguemus & loquemur de potentia etiā & cōplemento. Et de potentia primo, & quod dicitur magis vere, non illud quod non est vtile in hoc quod volumus nunc. Potentia enim & actus dicuntur multipliciter magis ꝙ illa quæ dicuntur secundum modum motus tm̄. Sed cum dixerimus de differentijs in actu, tunc declarabitur vltima.

1 Idē. 4. met. c. primo. & 6. meta. cō. primo.



VIA ens secundū ꝙ ens diuiditur essentialiter in potētiā actum & ista ars habet considerare de ente simpliciter, & de generibus & differentijs in quas diuiditur essentialiter, incepit hic loqui de speciebus potentiæ & actus vt declaret substantia eorum, & contradicat dicentibus potentiā non esse in entibus. Et dicit dictum est &c. id est, dictum est igitur de prædicamento substantiæ cui attribuuntur alia prædicamēta secundum quod sunt prædicamēta, & hoc sexto & septimo istius libri. Dein de dicit vbi dictum est de substantia, id est, vbi locuti sumus de principijs substantiæ sensibilis. D.d. dicuntur enim entia multa secundum quod habent diffinitionē substantiæ, id est, quod in diffinitione eorum apparet substantia. D.d. & cum dicitur ens &c. i. & cum declaratum sit ꝙ ens diuiditur in substantiam & alia prædicamēta, & diuidit etiam in potentiam & actum, qm̄ ens quoddam est in potentia, & quoddam in actu & complemento. Etiam loquuti sumus de substantia, oportet etiā nos loqui de potentia & actu, cum in ista diuidatur ens secundum ꝙ est ens. Et primo incipiamus distinguere secundū quot modos distinguuntur potentia & actus, & declarare quis eorū dicitur vere, & quis transumptiue. D.d. causam in hoc, & d. potentia a enim & actus &c. id est, hoc enim nomen potentia dicitur pluribus modis eis secundum quos dicuntur potentia & actus in rebus transmutabilibus. D.d. sed cū dixerimus &c. i. & intētio nostra est in hoc, qm̄ cum loquuti fuerimus de differētijs rerū existentiū in actu, & qūo ordinant in hoc, declarabitur nobis natura vltimæ differentiæ de qua intendimus perscrutari.

a Potentia & actus dn̄r pluribꝰ modis eis secū dū quos dicuntur potē tia & actus ī rebus transmutabilibꝰ. Vide. p hoc 3. de aīa. c. 5. in fo. c. 3. 4. & in. c. 14. eiusdem.

Quod quidem igitur multipliciter potentia & posse, determinatum est à nobis in alijs. Harum aūt quęcūꝗ quidem equi uoce dn̄r potētia prætermittant. Quædā enī sīlitudine quædam

dam dicuntur quemadmodum in geometria,& possibilia,& impossibilia dicimus eo q aliquo modo sunt,aut non sunt.

Quæcunq; aũt ad eandem speciem omnes principia quædam sunt, & ad primum vnum dicũtur quod est principium transmutationis in alio inquantum aliud est.Nam hæc patiendi est potentia quæ in ipso patiente principium mutationis passiuæ ab alio inquantum aliud est. Hæc autem habitus impassibilitatis eius quæ in deterius & corruptioni ab alio inquã tum aliud à principio transmutationis. In his inest omnibus terminis primæ potentiæ ratio.iterũ aũt hæ potẽtiæ dicuntur aut solũ faciendi aut patiendi, aut ipsius bene. Quare in harũ rationibus insunt aliqualiter priores rationes potentiarũ.Palã igitur quia est quidem vt vna potentia faciẽdi & patiẽdi.Nam possibile est & habere ipsum potentiam patiendi.Et eo quod aliquid pati potest ab ipso.est aũt vt alia.Hæc quidẽ enĩ in patiente,propter habere enim quoddam principium,& esse materiam quoddam principium.patitur patiẽs,& aliud ab alio. Crassum enim combustibile est,cedens autem sic impressibile est,similiter autem & in aliĳs. Hoc autem in faciẽte, vt calor, & ædificatiua,hoc quidem in calefactiuo, hoc autem in ædificatiuo,quapropter inquantum simul natum est nihil patitur ipsum à seipso. Vnũ enim & non aliud est. Et impotentia & impossibile,& quæ tali potẽtiæ cõtraria,est priuatio est. Quare eiusdem,& secundum idem omnis potentia est impotẽtia. C Nihil patit ipsum a seipso.

Quoniã aũt patientia & agere per potentiã dñr multis modis,vt terminatum est in aliĳs locis,& quę istarũ potentiarum dicitur æquiuocè dimittatur. Quædam enim dicuntur per aliquam similitudinem,sicut dicitur in geometria potentia, & non potentia quoquomodo, aut aliqua attributione. Omnia aũt quæ dicuntur per attributionem ad eandem formam sunt alia principia,& attribuuntur potentię ad vnum principium, & illud est principium transmutationis in aliud secũdũ quod est aliud.Potentia enim passionis est in ipso passiuo principiũ transmutationis passiui ab illo secundum quod est aliud. Habitus verò est potentia quæ non patitur ad illud quod est prius, aut ad corruptionẽ ex alio secundum quod est aliud ex primo trãsmutãte.Omnes enim istæ diffinitiones habent diffinitionẽ primæ potentiæ,& etiam istæ dicuntur potẽtiæ aut quia agũt tantum, aut quia patiuntur, aut modo bonitatis, ita quod in diffinitionibus istarum etiam sunt diffinitiones primarũ potẽ D Quid potẽtia actiua. Quid passiua.

tiarum quoquomodo. Manifestum est igitur quod forte posſibile est vt actio & paſsio ſunt vna potentia. Dicitur em̃ ꝙ potentia est eius cuius est potentia paſsionis, & alterius per illud, & forte erit ſicut alia. Quædam enim est in paſsiuo, paſsiuum em̃ patitur, qa habet aliquod principiũ, & qa materia est principiũ, & etiã illud habet aliud ex alio. Vnctuoſum aũt cõburitur, obediens em̃ quoquomõ diſſoluiť, & alia ſiťr. Et quædam ſunt in agente vt carpentario, & ædificatore, quędã em̃ ſunt in carpentaria, & alia in ædificatore, & ideo ſunt inſimul, & in hoc patiť per ſe, qa est vnũ, & nõ est aliud. Quod enim non est potentia, & nõ habet potentiã, & quod est cõtrariũ tali potentiæ est priuatio. Ergo potentia est eiuſdem & idem nõ poteſt.

2 T.cõ.17. Dicit qm̃ vero in aliquo eſſe potentiam ad recipiendũ aliquod, & in aliquo eſſe potentiam ad agendum aliquid dicuntur multipliciter. declaratum est vbi diſtinximus ſecundũ quot modos dicuntur potentiæ paſſiuæ. ſ. in quinto iſtius libri. D.d. & quæ iſtarum &c. id est, quæ iſtarum rerũ dicitur de eis hoc nomen in potentia tranſumptiue, & de quibus dicitur ſecũdũ ſimilitudinem vt dicitur in geometria ꝙ talis linea poteſt in talem ſuperficiẽ. Verbi gratia, ꝙ diameter poteſt duo quadrata duorum laterum. Et intendit per hoc ꝙ quadratum diametri valet duo quadrata, & hoc dictum est non quia linea est quadratum, ſed exitus eius de potentia ad actum non est per transmutationẽ, & hoc intendebat cum. d. eſſe quoquomodo, id est, & dicitur quod lineæ & ſuperficies habent potentias aut non potentias. quia aſsimilanť potentijs quoquomodo, aut quia attribuuntur eis quoquomodo. Et cũ dixit modum ſecundum quem dicitur hoc nomen potentia tranſumptiue, induxit modum ſecũdũ quẽ dicitur in rei veritate, & dixit, omnia autẽ &c. id est, omnia vero de quibus dicitur hoc nomen potẽtia, quia attribuuntur ei potentiæ quæ est cauſa in alijs, iſtæ potentiæ ſunt principia entiũ generabiliũ, & corruptibilium, & ſunt attributæ eidem potentiæ quæ est principium omnium entiũ. Et cum diſtinxit potentiam quæ dicitur vere ab ea quæ dicitur tranſumptiue deſcripſit potentiã actionis & paſsionis, & dixit, & illud quod est principiũ trãſmutatiõis &c. id est, potẽtia agens est illud quod est principiũ trãſmutationis in aliud ſecũdũ qđ est aliud non in ſe: cũ ſit manifeſtũ a ꝙ nihil agit in ſeipſum. D.d. potentia enim paſsionis &c. id est, & ideo potentia paſsiua est illud quod recipit transmutationem in ſe ex alio ſecũdũ ꝙ est aliud, cũ etiã ſit manifeſtum ꝙ nihil patitur a ſeipſo. Et cum deſcripſit potentiam actiuam quæ est ex forma, & potentiam paſsiuam quæ est per materiam dixit, habitus vero est potentia &c. & intendit per potentiã formam. id est, quod forma non patitur ſecundum quod est forma a primo tranſmutante eſſentialiter, ſed patitur per accidẽs. & ideo tranſmutatio eius nõ est prima trãſmutatio, ſed ſecũdum ꝙ est forma in paſsiuo. ſ. in materia. Et ideo formæ b quæ nõ ſunt in materia nõ patiunť eſſentiaľr aut accidẽtaľr. Et. d. ad pei⁹ aut ad corruptionẽ. qa oẽ qđ patiť, aut

a Manifeſtũ est qđ nihil agiť i ſeipm̃. Idẽ. 8. phy. 40. & 3. de aĩa. c. 4. & 1 lib. deſtructionum diſputatiõe. i. i ſolõne primi dubij. & in. 5. capi. de ſubſtãtia orbis. & 5. ph. c. 8. Forma nõ patiť eẽntiaľr ſed per accidens. vide. 5. ph. cõ. 5. & 2. de generatiõe. 53. & 4. ce. 22.

b Formæ quę nõ ſunt i materia nõ patiunť eẽntialiter neqꝫ accidentaliter. Inſtan

aut patif ad peius: aut ad corruptionē. Et.d. ex alio: quia nihil patif ex se. D.d.oēs enim istæ diffinitiones &c.i.istæ potentiæ non dicunf æquiuoce: quia omnes habēt diffinitionē primæ potentiæ. Et intēdit ꝙ cū consideratum fuerit de istis potentijs in vtroqꝫ genere videntur attribui primæ potētiæ. In diffinitione a enim omnis potētiæ passiuæ accipitur potētia primæ materiæ: & similiter in diffinitione omnis potētiæ actiuæ accipitur diffinitio actionis primæ formæ: quæ est diffinitio primæ formæ quæ est absoluta a materia. Et qa diffiniuit potentias actiuas & passiuas dixit. & etiam dicuntur istæ potētiæ &c.i.d.hoc nomē potētia dicif de potētijs actiuis & de potentijs passiuis. & dicitur de actiuis quæ sunt bonæ actionis: & de passiuis quæ sunt bonæ passionis.

D.d. manifestū est igitur: quoniā forte &c.i. & forte est possibile vt potentiæ actiuæ & passiuæ ab eis sint in eodem. existimatur enim quod potentia quæ est alterius scilicet potentia quæ est in agente est eius cuius est potentia passionis. v.g. illud quod mouetur in loco per se: alteratio autem & generatio existimatur esse vere vt principiū actionis sit in eis in subiecto aliquo alio a subiecto potentiæ passiuæ. D.d. & forte erit sicut alia &c.i. & forte potentia agentis erit in alio ab eo in quo est potentia passionis. in quibusdam enim rebus potentia actiua erit in ipso passiuo: & in quibusdam in alio. Deinde dicit passiuum enim patitur &c.i. passiuū enim patitur secundū ꝙ habet principiū qđ differt ab ipso quod extrahit ipsum de potentia ad actū. Et intēdit & non est necesse vt hoc principiū sit in subiecto diuerso a subiecto in quo est potētia passionis in loco. D.d. & quia materia &c.i. & quia materia est etiā principium passionis: est necesse vt aliquid sit ab aliquo: vt generatio ignis ab oleo & rebus vnctuosis est dissolutio partium rei obedientis in illa in qua dissoluitur. D.d. & quædam in agente &c.i. & potentia actiua alia est ipso patiente: & alia in agente: vt carpentaria in carpentario: & ædificatoria in ædificatore. Deinde dicit quædam sunt in carpentaria &c.i. actio enim artis carpentariæ est in carpentare: & actio artis ædificatoriæ est in ædificando. Deinde dicit: & ideo sunt insimul: & quia quædam potentiarum actiuarū sunt in genere: ideo necesse est vt agēs nihil agat donec sit insimul cum patiente in eodem loco. Deinde dicit. & nihil patitur per se &c. idest & nihil patitur per se secundū ꝙ est vnū: & non est illic aliud ex quo transmutatur: quia si esset: tūc aliquid esset in potentia secundum quod est in actu: & intendebat declarare quod in simplici non est potentia omnino: & quod illud in quo est potentia est compositum. Deinde dicit. illud enim quod nō est potentia &c. idest dicere enim quod non habere potentiam non est simpliciter: quoniam dicere non potentia est alicuius quod caret illa potentia: & hoc quod est contrarium potētiæ est priuatio. D.d. priuatio ergo est eiusdē &c. idest ergo potentia & non potentia sunt alicuius compositi.

tiam vide.9. de anima. de itellectu possibili. t. cō. 4.

B

a In diffinitione oīs potētiæ passiuæ accipitur potētia primæ materiæ. & ī diffinitione oīs potētiæ actiuæ accipit diffinitio actionis primæ formæ quæ est absoluta a materia. vide causam istiꝰ 17. met. c. 18. ī fine cō.

In simplici nō est potētia omnino: & illud in quo ē potētia est compositum.

Priuatio aūt dicitur multipliciter: etem̄ nō habens. & aptū natū si non habet aut oīno: aut quando aptū natū est. Et aut sic puta perfecte: aut saltē quocūqꝫ modo. In quibusdā verò si apta nata habere nō habeāt vi: priuata esse hæc dicimꝰ. Qm̄ autē hæ qdē ī inaīatis insunt principia talia: alia verò in aīatis & in

anima:& animæ in ratione habēte:palā quia & potentiarum aliæ erūt irrationabiles:aliæ cū ratione.Quapropter omnes artes & sciētiæ factiuæ potētiæ sunt.principia namq; per mutabilia sunt in alio inquantū aliud.Et quæ quidē cū ratione oēs

F contrariorū sunt eædē.& quæ in rationabiles vna vnius: vt calidum calefaciēdi solū: medicatiua aūt infirmitatis & sanitatis:Cum aūt quia ratio est sciētia:ratio aūt eadē ostēdit rem: & priuationē:nō tñ similiter & est vt amborū:est aūt vt existētis magis.quare necesse & tales sciētias esse quidē contrariorū.esse verò huius quidē secundū se:illius vero nō secundū se.Etenim ratio huius quidē secūdū se:illius verò quodāmodo & secūdū accidens. Nam negatione & ablatione ostendit contrarium. Et enim priuatio potentia contraria:hæc autem ablatio alterius.

Omnes artes & scientiæ factiuæ potentiæ sunt.

Priuatio autem dicitur multipl'r. dicitur enim illius quod nō habet:& istius qđ habet naturā habēdi: aut vl'r aut in tempore in quæ habet:& secundū qđ oportet.vt illud quod nō est omnino aut erit quoquomodo.In qbusdā verò rebus quæ habent naturam habēdi:si nō habēt:dicemus quod ista carent violente. Sed cum quædam ista principia sint in carentibus anima:& quædam in animatis:& anima est in habētibus diffinitionem animæ.Etiā manifestū est qđ quædam potētiæ nō habēt diffinitionem:& quædam sunt cū diffinitione . Et ideo oīa artificia:& scientiæ sunt potentiæ:quia sunt principia transmutātia in aliud secundū q̄ est aliud.Et omnia quæ sunt cum diffinitione sunt contrariorum:sed non sicut vnum vnius:vt calidū calefacere.Physica verò est sanitatis & infirmitatis:& causa in hoc est quia habet rationem:Sciētia verò idem sermo significat rem:& suam priuationem:sed non eodem modo: & forte erit possibile vt sit duorum:& forte erit illius quod est magis. Ergo necesse vt sint illa quæ sunt alia contrariorum : & vt sint quorūdam per se:& quorundā non per se.Ratio enim est quorūdā p se & quorūdā quoq̄ūo. Per accidēs igit̄ significat cōtrarium:per negationē & per remotionem.Primo enim priuatio est communium:& hæc est remotio alterius.Contraria enim non appropinquant eidem ex eodem.

3 Quia dicere in potentia significat aliquem modum priuationis:& dicere etiam aliquid habere potentiā ad hoc est secundū quod caret illo ad quod potest:& primus philosophus habet cōsiderare de modis priuationis:& est proprium loqui de priuatione vbi fit sermo de potētia: incæpit declarare modos priuationis. Et.d. priuatio autem &c. i. ista enim est prima diuisio secundum quā diuidit priuatio. Omne enim qđ

caret

20 B Intendit declarare quod res non inueniuntur & ſciuntur niſi quando ſunt in actu & dat exemplū in mathematicis: quia non inueniuntur in actu aut ſciuntur niſi quando geometer ponit ea in ſuum intellectū: & extrahit ea de potētia in actū: & intēdit per hoc declarare ꝙ actus eſt nobilior potētia cū eſſe ſit nobilior non eſſe: & ſciētia ignorātia. Et dixit & figuræ linearū &c. i. & figure quæ ſunt in lineis nō inueniunť & ſciuntur niſi qñ ſunt in actu. D.d. qm̄ cū diuidunt inueniūť eas. i. geometer enī qñ diuidit figuras inuenit & ſcit eas. V.g. cū dicūt quod figurarū quædā conſtāt ex lineis rectis: & quædā ex nō rectis: & rectarū quædā conſtāt ex trib⁹ lineis rectis: & quædā ex quatuor: qm̄ cū perficiūt diuiſionē: tūc inueniunť & ſciunť in actu: dū aūt nō diuidunť: nō ſciunť neq; ſunt. D.d. ſed ſunt diuiſe manifeſte. i. ſed illud exiſtit in actu & ſciť in actu qñ diuidunť ſunt ſpecies: propria vero earū inueniunť in eis poſt diuiſionē in potētia: ita quod cū in actu exiuerint cauſæ quæ faciūt vt illa propria exiſtāt in eis in actu: tunc exibūt in actū & ſciuntur in actu: ante vero neq; erunt exiſtentes in actu neq; ſciuntur. V.g. ꝙ triangulus per diuiſionē exiſtet in actu & erit ſcitus: quare vero anguli eius ſunt duo recti erit ſcitum in potentia in eo. D.d. quia duo anguli &c. id eſt ſed cum alterū laterū extraheť. & apparebit ꝙ duo anguli qui ſunt in duabus partibus lineæ trianguli tangentis lineā extractā ſunt æquales duobus rectis: ſtatim apparebit an tres anguli triāguli ſunt æquales duob⁹ rectis: qñ etiā extrahiť a pūcto in quo triangulus tangit latus extractum linea æquediſtans lineæ tertiæ trianguli: tunc enim fient ibi tres anguli æquales duob⁹ rectis: quorū vnus eſt cōtinuus triangulo & duo reliqui ſunt æquales duobus reliquis triangulis. Ille vero qui appropinquat lateri trianguli tangentis lineā extractā erit æqualis alternato trianguli: & reliquus reliquo: quia alter eſt extrinſec⁹: & alter intrinſecus. Deinde induxit etiā aliud exemplū & dixit & ſimiliter quia in omni ſemicirculo &c. & ſimiliter etiā erit ſcitū in potētia & exiſtēs etiā in potentia in triangulo qui cadit in ſemicirculo quare angulus qui eſt in circūferētia ſemp eſt rectus ſiue duo latera triāguli exeuntia ad duo extrema diametri ſunt æqualia aut inæqualia: & hoc enim non ſcitur in actu niſi quando in actu diuiditur in media & completur figuratio. Deinde dixit ergo manifeſtū eſt &c. i. ergo declaratum eſt ex hoc ꝙ illud qđ eſt in potentia non erit ſcitū: neq; ens cū exiuerit in actū. D.d. & cauſa in hoc eſt &c. i. & cauſa in hoc eſt quia intelligere qđ eſt in potentia nō venit ad actū niſi ꝑ intelligere aliud qđ eſt in actu. D.d. & propter hoc qñ agunt ſciunt. i. & ideo quando conſiderans conſiderat in ſcientijs ſcit.

Intelligere qđ eſt in potētia nō venit ad actum niſi per itelligere aliud

Deinde dicit actus in numero eſt poſt generationē. i. quoniā cū comparatur inter potentiā & actū illius potentiæ inuenitur quod illa potētentia præcedit tēpore actum. cum autē comparatur inter potentiā quæ eſt in generato & inter actum quod eſt extrahens illud quod eſt in potētia in actu inuenitur quod actus præcedet tempore potentiam & eſſe.

Caput

CAPVT VIII.



VONIAM autem ens dicitur & nõ ens hoc quidem secundũ figuras cathegoricas. Illud vero secũdum potentiã aut actum horum autem contraria: hoc autẽ maxime proprie: aut verum aut falsum: hoc autẽ in rebus est cõponi aut diuidi. Vnde verus est diuisum putãs diuidi & cõpositũ cõponi. Mentitur autẽ ecõtrario se habens atq; res ipsę se habẽt quãdocũq; est: aut nõ est quod verũ dicitur aut falsum: hic perscrutandũ quid dicimus. Non enim propter nos existimare te vere albũ esse: tu albus es: sed propter te esse album nos hoc dicentes verũ dicimus. Si igitur hęc quidem semper cõponuntur, & nõ possibilia diuidi: hæc vero semper diuisa & impossibilia cõponit: hæc autẽ cõtingunt contraria esse quidem est cõponi & vnũ esse, & nõ esse non componi sed plura esse. Circa contingentia quidem igitur eadem fit falsa & vera opinio, & oratio eadem, & contingit quandoq; veram esse, & contingit quandoq; esse falsam.

qđ ẽ in actu Putãs diuisum diuidi & cõpositũ cõponi verus est. Mentitur autẽ ecõtrario se habens. Idẽ in post prædicamentis & in p̃rio periermenias.

Cum igitur dicitur ens & non ens. Alterum vero secũdum figuras prædicamentorum, & alterum secundũ potentiam & actum qui sunt istorũ: aut secundũ contraria, & dicũtur in rei veritate: aut modo vero: aut modo falso, & hoc est in rebus aut per cõpositionẽ aut per diuisionẽ: ergo qui videt quod diuisum diuiditur verũ dicit, & qui videt quod cõgregatũ cõgregatur aliquid ablatio in græco sermo falsus etiã. Oportet enim ponere aliquid cũ dicitur quod illud quod existimatur est malũ. Qui igitur dicit hoc dicit verũ, & in alia trãslatiõe loco istius, & istud quod est valde verũ: aut verũ dicit: aut est fallax, & hoc est in rebus cõponi: aut diuidi, & ideo qui existimat qđ illud quod est diuisum: est diuisum verũ, & qui existimat cõpositũ cõpositum esse diuisum existimat falsum. Deinde sequitur in duabus trãslationibus hoc ꝙ dicit modo. Si igitur quædã sunt semper cõposita & nõ possunt diuidi, & quædã semper diuisa & nõ possunt cõponi, & quibusdã possunt esse cõtraria entia. Igitur & cõpositio & essentia vnius, & nõ essentia est nõ cõpositũ: sed vt sint plura. In rebus igitur possibilib⁹ erit vna existimatio quæ est falsa & vera. Sermo enim idẽ est & potest esse verus in aliquo tẽpore, & falsus in alio. In alijs autẽ quæ non habent potentiã vt sint alio modo nõ erit hic, & nõ erunt quãdoq; vera & quandoq; falsa; sed semper vera aut falsa.

21 Intēdit declarare ꝙ actus est nobilior:qm̄ cognitio rei in qua nō est potētia ad mutationē in falsis est nobilior in qua est posse vt reuertatur falsa postquā fuerit vera:quēadmodū illud qđ semper est, nobilius est corruptibili. D.d.& cū dicitur ens &c.id est, & cū hoc nomē ens dicitur de vnoquoq; prædicamētorū, & similiter nō ens, & vtrūq; istorū diuiditur in potētiā & actū:aut in cōtraria. D.d.& dicūtur in rei veritate &c.id est, & etiā quælibet diuisio entis dicitur etiā aut vere aut falso & etiā affirmatio significat cōpositionē eorū adinuicē, & negatio significat diuisionē:manifestū est qđ qui opinatur cōpositū esse cōpositum: affirmatio eius est vera, & qui opinatur diuisum esse diuisum: negatio eius est vera, & qui opinatur ecōuerso:fallitur in affirmatione & negatione scilicet qui opinatur cōpositū esse diuisum, & diuisum esse cōpositū, & forte hic diminutū est a libro. D.d.si igitur quædā sunt, cōposita semper &c.id est, si igitur quædā sunt cōposita semper & quædam semper sunt diuisa, & quædā quandoq; cōposita sunt:quādoq; diuisa: tunc quiditas rerū & vnitas esse & veritas earū est in cōpositione & diuisione. Quædā igitur sunt quorū veritas est semper & nūquā mutātur. Et similiter sunt quædā quorū falsitas est semper, & nūquā mutantur, & quædā mutātur de vero in falsum, & de falso in verū:scire igitur illa dicitur scire:scire autē essentiā mutabilē dicitur existimare. D.d.in rebus igitur possibilibus &c.id est, & cū sit sicut narrauimus. Manifestū est qđ in rebus possibilibus erit eadē existimatio:quādoq; vera:quādoq; falsa, & nos nō percipimus. In rebus vero possibilib⁹ quæ nō mutantur a cōpositione in diuisionē:nec ecōuerso nō est possibile:sed verū in eis semper est verū, & falsum semper est falsum. Et intēdit:quoniā cū sciētia nō trāsmutabilis sit nobilior trāsmutabili, & non trāsmutatio est rerum existentium in actu, & transmutatio est rerum quæ sunt in potentia:sequitur quod actus sit nobilior potentia necessario.

In reb⁹ possibilibus eadē existimatio erit, quādoq; vera & quādoq; falsa:secus autē in necessarijs. Idem in sequenti.

Circa impossibilia vero aliter se habere nō sit aliqn̄ verū aliqn̄ falsum:sed semper hęc vera & hæc falsa. Circa incōposita vero qdē esse aut nō esse & verū & falsum. Nō em̄ est cōpositū vt sit quidē qn̄ diuisum fuerit:vt albū lignū:aut incōmēsurabilē diametrū. Nec verū & falsum similiter existet adhuc & in alījs. Aut sicut nec verū in his idē sic nec esse. Sed est verū quidē aut falsum attingere quidē & representare verū. Nō em̄ idem affirmatio & repręsentatio. Ignorare aūt nō attingere. Decipi em̄ circa quodquid est nō est:sed aut secūdū accidēs. Similiter aūt & circa cōpositas substātias nō enim est decipi. & oēs sunt actu nō potētia. Generarētur em̄ vtiq; & corrūperetur. Nūc autē ens ipsum nō generat̄ nec corrūpitur, ex aliquo em̄ vtiq; generaretur. Quæcūq; igit̄ sunt qđ vere:esse em̄ quid & actu:circa hoc nō est decipi:sed aut intelligere aut non. Sed quodquid est quæritur de ipsis si talia sunt aut nō:esse vero vt verū, & nō esse vt falsum. Vnū quidē est si cōponitur verū, & hoc autē si nō cōponitur falsum. Vnū autē si vere ens sic est:si vero nō ita

Circa quod quid est nō cōtingit deceptio nisi secūdū accidens.

Hinc sumi cōsueuit ꝙ simpliciter

non

nõ eſt. Verũ autẽ intelligere ipſa falſum vero non eſt nec deceptio ſed ignorantia nõ qualis cęcitas. Cęcitas eñ eſt vt vtiq; ſi intellectiuũ omnino nõ habeat aliquis. Palam etiã & quia de immobilibus nõ eſt deceptio ſecũdũ ꝙ: ſi quis immobilia: vt trigonũ ſi nõ permutari putat nõ opinabitur quãdoq; duos rectos habere quãdoq; nõ permutaretur enim vtiq;. Sed aliquid quidẽ: aliquid vero nõ: vt parẽ numerũ primũ eſſe nullum: aut aliquos quidẽ eſſe: aliquos autẽ nõ eſſe. Circa vero vnũ numero nec hic. Nõ enim aliquẽ quidẽ: aliquẽ vero nõ putabit: ſed verum dicet: aut mentietur: vt ſemper ſic ſe habente.

simplicia aut totaliter sciũtur aut totaliter ignorantur.

Quæ autẽ nõ habent cõpoſitionẽ: aut aliquid ſit: aut nõ ſit verũ & falſum nõ eſt ita. Quoniã nõ eſt cõpoſitũ vt ſit ſi fuerit cõpoſitũ & nõ ſit ſi fuerit diuiſum: vt album lignũ: aut ſimetrũ diametrũ, & nõ eſſentia veri & falſi nihil eſt: ſicut nullus etiã. Quoniã queadmodũ verũ in iſtis nõ eſt idẽ ſimiliter eſſentia: ſed eſt aut verũ aut falſum. Et quoddã eſt verũ: nõ quia dicitur quia affirmatiua & terminus nõ ſunt idem & ignorãtia eſt: quia nõ tangit rem. Nõ enim eſt deceptio in eo quod eſt niſi per accidens, & ſimiliter in ſubſtãtijs cõpoſitis: quoniã in eis eſt deceptio, & ſunt omnes in actu nõ in potentia. Et ſi non generarentur & corrũperentur. Ens enim per ſe nõ generatur neq; corrũpitur, & ſi nõ eſſet aliquid ex nihilo. Omnia igitur quæ ſunt in ſuis eſſentijs aliquid & ſunt in actu: etiam nõ eſt in eis deceptio niſi per intelligere: ſed quæritur in eis quid ſint vtrũ ſint hoc: aut nõ: aut erit ſicut verũ: aut nõ erit ſicut falſum. Vnũ eñ ſi fuerit cõpoſitũ eſt verũ, & ſi non fuerit cõpoſitũ eſt falſum. Vnũ autẽ ſi fuerit ſecũdũ ꝙ eſt in hac diſpoſitione, & ſi nõ fuerit ſecũdũ hãc diſpoſitionẽ: tũc intelligere nõ erit verũ, & hoc nõ eſt falſum neq; deceptio ſed ignorãtia nõ ſicut cęcitas. Iſta eñ ignorãtia eſt ſicut cęcitas intellectus; cũ nullus eorũ habuerit intellectũ omnino. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ in rebus quæ nõ mouẽtur nõ eſt deceptio etiã ſi attribuãtur alicui tẽpore: vt ſi aliquis exiſtimet ꝙ triãgulus eſt nõ verũ: quia nõ trãſmutatur vt nunquã exiſtimat ſemper quod poſsibile eſt vt in aliquo tẽpore habeat duos angulos rectos, & in alio nõ. Quoniam ſi fuerit trãſmutabitur: ſed aut per aliquid ꝙ erit aut per aliquid ꝙ nõ erit. V.g. vt nõ ſit neq; vnus numerorũ numerus perfectus aut nõ: aut quidam ſit: aut nõ: vt aut ſit in vno numero non: quoniam non eſt hoc aliquid & aliquid non eſt, & non eſt in hoc exiſtimatio: ſed aut eſt verum aut falſum: quia ſeme

per est in hac dispositione, & differentia erroris in cõprehẽsio, ne simplicis & cõpositi & affirmatione & negatione.

22 Illa autem in quibus non est compositio &c. id est, res autem simplices quarum esse aut non esse: non attenditur vt ex ea sit aliquid: aut non sit sicut est dispositio in compositis, & verum & falsum contingẽtia in eis nõ sunt in eis sicut verum & falsum in compositis. Deinde dicit, causam &c. d. nõ enim est cõpositũ &c. id est, quia verũ & falsum in simplicibus nõ assimilãtur cõpositioni aut diuisioni existẽtibus extra animã. Deinde dicit, vt albũ lignũ. Verbi gratia, quoniã dicere hoc esse albũ cũ sit verũ causa in hoc est: quia albedo est cõposita extra animam cũ ligno, & dicere quod diameter est simeter costæ est falsum, & causa falsitatis est: quia sunt diuisa extra animã. Deinde dicit, & nõ essentia veri & falsi &c. id est, & quiditas veri & falsi in simplicibus nõ est sicut in cõpositis, & intẽdit in quæstione quid est. Deinde dicit, cau sam &c. d. quoniã sicut verũ in istis &c. id est, quoniã sicut verũ in cõpositis in quæstione vtrũ sit non est idẽ: ita verũ nõ est in eis idẽ in quæstione quod sit scilicet in simplicibus & cõpositis. Deinde dicit, sed est aut verum aut falsum &c. id est, sermo qui significat vtrũq; quid sit: est aut verus aut falsus: sed in quibusdam scilicet in cõpositis quia aliquid prædicatur de aliquo & in simplicibus nõ: quia aliquid prædicatur de aliquo. Deinde dicit, quia affirmatiua & terminus &c. id est, & causa in hoc est quia deceptio quæ accidit in quiditate cõpositorũ est similis deceptioni accidenti in affirmatiua, & quę accidit intelligere simplicia est de modo acceptionis accidentis in diffinitionibus secundum quod sunt diffinitiones, & nõ sunt idem sermo diffinitiuus & sermo affirmatiuus.

Sermo diffinitiuꝰ & affirmatiuus nõ sunt idem. Cõsimile. j. poste. t. c. 5.

Deinde dicit, & ignorantia est quæ non tangit, id est, & ignorantia quæ accidit vnum intelligere simplicia est vt intellectus nihil intelligat de eis: est igitur secundum ignorantiam quæ est priuatio scientiæ. Deinde dicit, non est enim &c. id est, & causa in hoc est: quia non accidit deceptio in quid est nisi per accidens. In compositis vero per deceptionem in affirmatiua quæ est ignorantia secundum habitum. In simplicibus vero per priuationem intelligendi: quæ est ignorantia secundum priuationem. Deinde dicit, & similiter in substantijs &c. id est, & in substantijs non compositis non accidit deceptio ex suis naturis, & similiter est in substantijs compositis cum quibus non admiscetur potentia & sunt in actu: sed deceptio in hoc est in nobis & si in eis accideret deceptio ex suis naturis: tunc generarentur & corrumperentur, & si quiditates & formæ etiam generarentur & corrumperentur: tunc generarentur ex nihilo. Et hoc intendebat cum. d. ens enim per se &c. id est, innuit hoc quod declaratũ est in tractatu de substãtia. D. d. omnia igitur quæ sunt &c. id est, & omnes substantiæ quæ sunt compositæ nõ accidit in eo qꝫ sit deceptio essentialiter sed per accidẽs. quæritur enim quãdo sunt ignoranti esse expositio nominũ suorũ per sermonẽ cõpositũ si ergo compositio fuerit vera: tunc esse & intelligentia erit verum, & si non fuerit vera: tunc esse erit falsum. Verbi gratia vt si aliquis quærat quid sit vacuum: & dicetur ei quid intendis per hoc nomen vacuum: si igitur dixerit dimensionem separatam: considerabitur si fuerit impossibile

C Si in substãtijs nõ compositis accideret deceptio ex suis naturis tũc generarẽtur & corrũperentur. vide cõ. pri. secũ. di. huius.

bile dimensionem separatam esse: tunc vacuum non erit ex sermone iudicante: non ex sermone exponente secundum quod est exponēs. Deinde dicit non &c. id est substantiæ vero simplices si intelliguntur: tūc intelligere earū erit secundū illud quod sunt: & si non intelligātur tunc nihil ex eis intelligitur quod sit verum: nisi secundū non esse intelligendi ea non est verum, non secundū quod accidit in eis intelligere falsum. Falsum enim intelligere non est nisi per compositionem. Et intendebat cum dicit intelligere eas non est verum, id est & cum dicimus quod apud nos non est verum de substantijs simplicibus non intendimus qd' accidit nobis error qui est ignorantia secundum habitū: sed accidit priuatio veritatis quæ est ignorantia tantū: & hoc est in veritate rationali: sicut cæcitas in oculo. Et innuit per hoc quod non intelligere res separatas per intellectum humanum est in intellectu nostro in primo simile cæcitati in oculo antequā perficiatur intellectus. Hoc enim non solummodo reperitur in hac virtute in suo primo esse: sed in suo esse vltimo: & hoc iam declarauimus in alio loco. Et declarauimus qd' fortunitas maxima quæ est inspicere intellectū separatum est per potentiā quæ fit in intellectu speculatiuo apud suam vltimam perfectionem similem potentiæ quæ fuit in visu apud aspectum ad calores non per potentiam de modo potentiarum cogitatiuarum: quæ acquiruntur per cognitionem. Quoniam non est sicut existimauit Auenpace. φ hic acquiritur per cognitionem. Deinde dicit manifestum est igitur &c. id est declaratum est igitur ex hoc φ in rebus necessarijs non transmutabilibus non decipitur homo ex natura rei: ita φ scientia de aliquo reuertatur existimatio in aliquo tempore. Et dixit hic: quia quando sensatum recedit a sensu statim certitudo sui esse mutatur in existimationē absq; eo quod in nobis accidit error. Deinde dicit. Verbi gratia si aliquis existimet &c. id est. Verbi gratia φ scire triāgulum habere tres angulos æquales duobus rectis non numeratur de certitudine in existimationem: cū non sit timendū in hac hora si sit triangulus cuius anguli non sunt æquales duob⁹ rectis. Deinde dixit causam in hoc: & dixit quia nō trāsmutatur &c. id est & causa in hoc est: quia nō est timēdū vt natura triāguli trāsmutetur: & ideo nullus existimet esse possibile vt aliqua hora veniat in qua sint æquales duorum rectus: & alia hora non. Deinde dixit quoniam si fuerit transmutabitur, id est si hic acciderit in sciētia trianguli: tunc natura trianguli transmutetur: sed consequens non est genus neq; accidens. Deinde dixit, sed aut per aliquid quod erit: aut per aliquid quod nō erit, id est sed res necessariæ aut disponuntur per aliquid quod est eis semper: aut per aliquid quod nunq; est eis. Deinde dixit exemplū. & dixit. Verbi gratia vt non sit &c. id est. Verbi gratia quoniā aut semper erit verum φ nullus numerorū erit perfectus: aut omnis numerus perfectus est: aut quidam est perfectus: & quidam non. Deinde dicit vt aut sit secundū numerū in vno &c. id est vt aut sit hic in vnū secundū numerū: ita φ quandoq; sit in eo: & quandoq; non sit. Et impossibile etiam vt quandoq; sit in rebus: & illæ res sunt eædem in specie.

Deinde dicit & in hoc nō est existimatio, id est & ideo nō accidit in tali genere existimatio: sed iudicium in ipso: aut semper erit verum: aut semper erit falsum: quia ista semper sunt eodem modo. Et intēdebat per

Vide. 2. de ala. cō. 36. Fortunitas maxima nō currit modo potētiarum cogitatiuarū vt existimauit Auēpace. Vide idē. 3. de aia com. 36.

Illud cuius est scientia nobilior est nobili⁹. idem. 6. met. cō. 2. &. j.

de anima, t. com. 1. per omnia ista quod scire ea quæ sunt in actu est nobili⁹ ꝙ̄ scire ea quæ sunt in potentia. Et illud cuius est scientia nobilior est nobilius.

Explicit Liber Nonus primæ philosophiæ.

Aristo. Liber Decimus primæ philosophiæ incipit.

Decimus Metaphysicæ duas habet summas magnas.
Prima est a tex. primo vsq; ad nonū: in qua agit de vno secundū se.
Secunda est a tex. 9. vsq; in finem. In qua disputatur de vno per comparationem ad multa &c.

A VNum, quia multis modis dicit in diuisis de quotiens dictum est prius. Multipliciter verò dicto capitales modi sunt quatuor primorū & secundum se dictorū vnū: sed nō secundū accidēs. Cōtinuū em̄ aut simpliciter aut maxime quod natura & non tactu, nec ligatione. Et horum magis vnum & prius cuius indiuisibilior motus est & magis simplex. Ampliùs tale & magis totum & habens aliquam formam & speciem. Maxime autem si quid natura est tale & nō vi: vt quæcunq; visco: aut clauo aut coniunctione: sed habet in se quod est causa sibi vt sit continuū: tale verò eo quod in motum vnum esse: & indiuisibilem loco & tempore. Quare palā
B si quid per naturam motus habet principium primi primum: vtpute dico circulationē: quia hic prima magnitudo vna. Hoc quidem itaq; sic vnum continuum: aut totum: hic autem si ratio vna fuerit: talia verò sunt quorum intellectiua: talia autem quorum indiuisibilis. Indiuisibilis verò eius quod indiuisibile specie: aut numero verò singulare indiuisibile: specie verò quod in scibili & sciente. Quare vnum vtiq; erit primū quod substantijs causa vnius. Videtur quidem igitur vnum tot modis continuum natura & totum & singulare & vniuersale. Omnia enim hæc vnum per indiuisibilē esse: horum quidem motum: illorum autem intelligentiam aut rationem.

CAPVT I.

DIctū est prius ꝙ vnū dicitur multipliciter in diminutionib⁹ in quib⁹ narrat secundū quē modū dicit res. Dicitur enim multis modis qui cum copulant fiunt quatuor modi rerum. Primus est quæ dicunt per se vnū non per accidens: est enim continuum aut simpliciter aut magis illud quod est naturaliter non per contactū: neq; per ligamētum & magis quam hoc vnum; & est ante & ma-

gis

gis q̄ non diuiditur motus actionis: & est magis simplex & etiam tale: aut magis est totum quod habet aliquam naturam etiā & formā & maxime quod est tale naturaliter non violenter: vt illud quod est vnum per glutinum: aut per clauos: aut per ligamenta: sed habet aliquid in se quod est causa suæ continuationis. Et talis est vt motus sit vnus: & nō diuidatur secundum locum & tempus. & hoc est manifestū si aliquod primū principiū primi motus naturaliter vt motus circularis & motus simplex. Quoniam hæc est prima magnitudo. Quædam igitur sunt vnum & secundū hunc modum: aut quia sunt continua: aut quia sunt totū: & quædam sunt talia per conuenientiam: sicut ista quorū intelligere est vnum: & sicut ista quæ non diuiduntur: neq; diuiduntur in indiuisibilia vt diffinitiones indiuisibiliū: sicut diffinitio puncti quæ non diuiditur. Si autem fuerit numero singulare nō diuiditur numero. Vnum autē secundum formam est illud quod non habet diuisionem secundum cognitionem. Vnum igitur primum est illlud quod est substantiarum causa vnius. Vnum igitur dicitur secundum numerum istorum modorum: sicut illud quod est continuum naturaliter & totum etiam: & singulare & vniuersale. Omnia enim ista sunt vnum: quia non diuiduntur. Quædam verò secundū motum: & quædam secundum intellectum & rationem.

INtendit per diffinitiones quintū librū in quo distinctæ sunt significatiões nominum. Deinde dixit dicitur enim &c. id est quoniā & si illic numerauimus plura de quibus dicitur hoc nomen vnum videntur concludi in .iiij. generibus primis: & sunt illa quæ dicuntur per se non per accidens. Deinde incæpit numerare illas; & dicit est enim continuum &c. id est & vnus istorum modorū de quib⁹ dicitur vnū est cōtinuū: aut simplex: aut secundū prius: & hoc est continuū per naturā nō continuū per contactū: aut ligamentū: & vniuersaliter p̄ artificiū. Deinde dixit, & magis q̄ hoc &c. id est hoc nomen vnū dicitur magis de continuis per naturam de illo cōtinuo quod habet vnū motū indiuisibilē: & hoc est cōtinuū rectū: qm̄ cōtinuū a tortuosum qd' habet angulos nō mouetur secundū oēs suas partes motu æquali quādo mouetur secundū totū: & hoc intēdebat cū dicit & est magis simpliciter. 1

C

a Cōtinuū tortuosum nō mouetur secūdum oēs suas partes motu æquali.

Deinde induxit secundū modū illorū .iiij. & dixit & etiā est tale: aut magis &c. i. & hoc nomē vnū dicitur sicut de cōtinuo: aut magis de toto q' est totū. & continuū p formā existentē in ipso: & hæc est dispositio indiuiduorū habētiū formas. & dicit aut magis: quia causa in hoc q̄ indiuiduū sit cōtinuū est forma ei⁹. ergo forma dignius dicitur vnū q̄ cōtinuatio: cum forma sit causa continuationis. Et quia totum aliud est totū naturaliter aliud artificio: & maxime quod est naturaliter nō violente. & dicit non violente, quia indiuiduum; artificiale est vnum per violentiā. 2

Causa ꝗ hoc qđ indiuiduũ sit vnũ. & cõtinuũ ẽ forma ei⁹. Idem pri. de anima. 90. Indiuiduũ artificiale ẽ vnũ ꝑ violẽtiã. Idem in fra com. 11. Tex. cõ. 34.

violentiã. D. d. sed habet aliquid in se &c. id est sed vnum indiuiduum in rei veritate est illud quod habet in se causam cõtinuationis. s. formã: & intẽdit indiuiduũ naturale ꝗ est vnũ ꝑ continuationẽ secũdũ suã formã. D. d. & sicut hoc est vt motus sit vnus &c. i. vnũ in rei veritate in hoc genere est illud cuius motus est vnus: & indiuisibilis secundũ tempus & secundũ locũ: & tu bene scis quis sit ille motus vnus ex. 5. phy. D. d. & hoc erit manifestũ &c. & est manifestũ ꝗ si fuerit aliquid hic quod mouetur ꝑ principiũ in eo primo motu naturaliter. s. circulari simplici: & istud motũ est primũ corpus: & qđ mouet vno motu qui nõ diuiditur: neq; secundũ locũ: neq; secũdũ tẽpus. D. d. quædã igitur sunt vnũ &c. i. declaratũ est igitur ꝗ oĩa ista reducuntur ad vnũ secundũ cõtinuationẽ: & vnũ secundũ totum. D. d. & quædam sunt talia secũdũ cõuenientiã &c. i. & vnũ dicit etiam de illis quorũ proportio est ad intellectũ sicut est ꝓportio istorũ ad sensum: & sunt illa quę non diuidunt qñ intelligunt: & istorũ quædã sunt quæ non diuiduntur in intellectu: neq; diuiduntur in aliquod indiuisibile vt punctus: & vnum in numero. Et vniuersaliter qđ nõ diuiditur secundũ diffinitionem in illo genere. vt diffinitio puncti quæ non diuiditur in magnitudinem. Et diffinitio

4 vnius in numero quæ non diuiditur secundum numerum. Deinde dicit vnũ aũt secundũ formã est illud quod nõ diuiditur secũdũ cognitionẽ. & diuiditur in esse: & hoc est vnũ diuisibile e cõtrario de vno secundum diffinitionẽ in vnoquoq; genere. Deinde. d. vnũ igitur primum &c. id est & cum primũ in vnoquoq; genere est illud qđ non diuiditur secundum diffinitionem in illo genere: & substãtia est primum omniũ entiũ secundũ diffinitionem manifestũ est ꝗ vnũ primũ qđ non diuidit secũdũ diffinitionẽ in substãtiam est causa vnius in oĩbus generibus entiũ. Deinde. d. ergo vnũ. dicitur &c. i. declaratum est igitur ex hoc qđ oĩa de quibus dicitur hoc nomẽ vnũ cõcluduntur in. iiij. Primũ vero est cõtinuũ. in. iiij. per naturam. Secundũ illud qđ est totum & perfectũ: & est vnũ indiuiduũ naturale. Tertium aũt est illud quod est simpliciter in vnoquoq; genere decẽ prædicamẽtorũ. Quartũ est vnum secundũ formã: & vniuersaliter vniuersale: & istorum duo. s. cõtinuũ per naturã: & indiuiduum ꝗ est totũ & completũ dicuntur vnũ: quia sunt duo indiuidua quorũ vtrũq; mouetur vno motu: duo autem alia dicuntur vnum: quia non diuiduntur in intellectu: alterũ vero in diffinitione: reliquum autem in natura continuum vna pluribus vno.

Idem. 7. me. tex. com. 4.

Oportet enim intelligere: quia nõ similiter dicendũ qualia vna dicuntur: & quid est vni esse & ipsius ratio. Dicitur enim vnũ tot modis: & vnumquodq; erit horũ cuicũq; extiterit horũ aliquis modorũ: vni aũt horũ esse. Et quandoq; quidem horum alicui inerit: quandoq; autẽ aliĳ: qđ & magis propinquũ nomini est. Potẽtia verò illa sicut de elemẽto & causa si oportet dicere in rebus determinantem: & nominis terminum reddentem. Est quidem enim forsan vt elementũ ignis: est autem secundum se: & infinitum: aut aliquid aliud tale: est autem vt non. Non enim idem igni: & elemẽto esse: sed vt quidem re &

natura

natura ignis elementũ. Nomẽ verò significat eo ꝙ hoc accide-rit ipsi, quia est aliqd ex hoc vt primo in existẽte, sic & in cau-sa & in vno & talib⁹ oib⁹. Propter quod & vni esse indiuisibi li est esse. Quod qdẽ hoc enti & inseparabili, aut loco, aut spe-cie, aut mente, aut & toto & determinato. CAPVT II.



Axime verò in eo quod est metrum esse primũ vniuscuiusq; genus, & maxime propriæ quanti tatis. Hic enim venit ad alia metrum. Etenim est quo quantitas cognoscitur, cognoscitur verò aut vno, aut numero quantitas in quantum quãtitas. Numerus aũt omnis vno. Quare omnis quanti-tas cognoscitur inquãtũ quãtitas vno, ex quo primo cognosci-tur hoc ipsum vnũ. Quapropter vnũ numeri principium secũ dum ꝙ numerus. Et oportet existimare per cognitionem, quoniam nõ oportet existimare ꝙ dicitur eodem modo illud quod videtur vnum per quale, & quod est per essentiam vnũ. Vnum verò dicitur secũdũ numerum istorũ modorũ, & quod libet istorũ erit vnũ quando habuerit aliquem istorum modo rũ. Quoniã aũt est vnũ forte erit alterius istorum, & forte erit aliud quod est propinquum secũdũ nomẽ, & magis quã ista, il la aũt in potentia, vt si esset necesse loqui de elemento & cau-sa, & distinguere ea à rebus, & inducere diffinitionẽ nominis. Ignis est enim sicut elementum, & rectum est vt sit & infinitũ per se, aut per aliud tale, & ꝙ nõ est ita. Essentia enim ignis & elementi nõ sunt idem, sed ignis est elementũ sicut natura ali-cuius, & hoc nomen aut accidit sicut accidit ei per complemẽ-tũ, quia est aliqd ex hoc sicut est ex primo quod est in re. Et si-militer essentia etiã & vnum, & omnia quæ sunt in talib⁹ istis. & ideo essentia vnius est vt non diuidatur, & est quia ista res est, & est non separata per locum, aut formã, aut cognitionem, & est totum & terminatum. Et ideo est magis quã aliud pri-ma mensura cuiuslibet generis & quantitates valde domine, & ex hoc est in aliis rebus. Mensura enim est illud per quod co gnoscitur quantitas, & quãtitas cognoscitur secũdũ ꝙ est quã-titas, aut per vnum, aut per numerũ. & omnes numeri cogno scuntur per vnum. ergo omnis quantitas secundũ ꝙ est quanti tas cognoscitur per vnũ, & illud per quod primo cognoscitur est vnũ. & ideo vnũ est principium numeri & non numerus.

Primum in vnoquoque gñe habet rationẽ mẽ-suræ.

ID est, & nõ est existimãdũ ꝙ illud qđ signat hoc nomen vnum in eis de quibus dicitur est idem dictũ vniuocè. s. secũdũ nomen & diffini-tionem. 2

tionē. D.d.vnū ergo dicif &c.id est, apparet eñ quod hoc nomē vnū dicitur de istis modis diuersis quos numerauimus, & quod oēe ens nō simpliciter habet hoc nomen nisi si habuerit aliquā istarum intentionū quas monstrauimus. D.secundum autē quod est vnū forte est alteri' &c.id est, illud autem quod significat hic nomen vnū secundū quod est vnum forte est primum in hoc genere, & forte inuenitur ei aliquid qđ appropinquat significato huius nominis secundum quod est vnum magis quam aliud. Illud autē quod est præter vnū primū inuenitur ei de significato huius nominis vnū secundū quod est vnum aliquod simile illi primæ intētioni, & hoc intēdebat cū.d. illa autē in potētia, qm̄ simile rei dicif esse res in potentia. D.d.exēplū, &.d.vt si esset necesse loqui &c.id est, & dispositio debet esse qñ volumus loqui de vno sicut dispositio debet esse qñ volumus loqui de elemento, & causa, & de alijs quæ dicunf primo & secūdo.s.vt primo incipiamus ab eo qđ significat diffinitio illius nois secundū qđ est illud nomē.d.distinguemus illa, & figura si inuenif aliqđ qđ cōuenit diffinitioni illius nois, dicemus qđ illud est primū in illo gñe, & si nō inuenimus tale, accipiemus illud qđ est magis ppinquū, & dicemus ipsum esse primū in illo gñe. Ver.g.cum quæsiuerimus quid sit elementū, & inueniem' qđ illud quod significat diffinitio elemēti est aliud ab eo qđ significat hoc nomen ignis, & ideo nō dicemus qđ ignis sit primū elemētū, & si inueniremus diffinitionem elemēti: in quo est magis propinquū quā ignis, dicemus ipsum esse primū elemētū, vt quidā antiqui dicebant qđ infinitū est primū elementū. D.d.& qđ nō est ita &c.i.& illud in quo nō inuenif essentia elementi secūdū qđ est elemētū nō dicif esse primū in illo gñe vt ignis. Quoniā quiditas & diffinitio ei' nō est diffinitio elemēti, sed dñr hoc noie, qa i eis est aliqđ de natura significati isti' nois elemētū, & sic accidit eis hoc nomē sicut accidit hoc nomē verū ei qđ habet hāc intētionē complete vt prima materia in compositis. Quatuor eñ elementa sunt elementa compositorum, sed nō primo, quia sunt composita ex prima materia & formis simplicib'. D.d.& similiter essentia etiā & vnū &c.i.& silr hoc nomē vnū secūdū qđ est vnū, qa illud qđ nō diuidif aliquo mō, neq; secūdū locū, neq; secūdū formā, neq; scđm cognitionē, & est totū & terminatū, ideo necesse est vt vnū in vnoquoq; gñe scđm qđ est indiuisibile sit prima mēsura illorū quæ sunt in illo gñe.i.qđ natura vni' est natura mēsuræ, & præcipue in gñib' habētib' mēsuram primo & essentialiter.s.in quātitate discreta, hoc eñ est in eis prius alijs reb' quib' accidit mensurari. D.d.& ex hoc est in alijs rebus, id est, & de quantitate discreta, & vno numerali transmutatur hoc nomen mensura ad alia genera quæ vtuntur mensura. D.d.mensura autē est illud &c.id est, & diffinitio mensuræ est illud per quod mensuratur quantitas discreta.i.cognoscitur, & quātitas cognoscitur, aut per vnū, aut per numerum.i.qđ numerus cognoscitur & mensuratur per vnum, ergo omnis quātitas discreta cognoscitur per vnū, & ideo vnū est principiū numeri non numerus, nam si esset numerus cognosceref per vnū quod est impossibile.

Hic aūt & ī alijs dr̄ quo primo vnūquodq; cognoscif, & metrū vniuscuiusq; vnū in longitudine, in latitudine, in pfundita-

tate,

D Res in potētia est similie rei. Vide 9.me.cō.7. & quæ ibi.

E Prima materia verissime elemētū dr̄. Vide in. 5. me.cō.4.& 2.de gña.& corr.cō.6.

F Illud habet rōnē mēsuræ q̄ primo vnūqđq; cognoscimus.

tate, in grauitate & velocitate. Grauitas enim & velocitas cõmune est in contrarijs. Duplex enim eorum vtrũque vt graue, et quod est quãtamcunque habens inclinationem, & quod est habens excessum inclinationis. & velocitas & quantumcũque motus habens & excessum motus. est enim velocitas quædam & tarditas & grauitas leuioris. In omnibus autem his metrum & principium vnum aliquid & indiuisibile, quoniam & in lineis vtimur quasi indiuisibili pedali. Vbique namque metrum vnum aliquid quæret & indiuisibile, hoc autem quod simpliciter, aut tali, aut quanto. Vbicunque quidem igitur videtur non esse auferre, aut addere, hoc est certum metrũ. Quapropter numerus certissimum. Vnitatem enim ponunt omnino indiuisilem. In alijs verò imitantur tale, à stadio enim & talento & semper maiore latebit vtique, & additum aliquid & ablatum magis quam à minore. Quare à quo primo secundum sensum non contingit, hoc omnes metrum faciunt & humidorum & siccorum, & grauitatis, & magnitudinis. Et tunc putãt cognoscere quantum quando cognoscunt per hoc metrum.

Et ex hoc dicit̃ mensura in alijs rebus, per quam scitur primo quælibet earũ, & actio cuiuslibet earũ est vna in longitudine, & in latitudine, & profundo, & velocitate. Grauitas enĩ & velocitas sunt cõmunes in contrarijs, & vtraque earum est duplex vt graue quod est illud ex declinatione est in re, & etiã illud quod habet additionẽ declinationis, & velocitatẽ quæ habet aliquẽ motũ eius quod habet per quãtitatẽ, & quod habet additionẽ motus etiam. Graue enim habet velocitatẽ, & leue tarditatem. In omnibus igitur istis est mensura & principium quod non diuiditur. In lineis enim alij vtuntur mensura æquali mensuræ, sicut illud quod non diuiditur, quia quærunt mensuram in omnibus rebus aliquod indiuisibile, & hoc est simplex, aut qualitas, aut quantitas. Vbi igitur existimatur quod non est diminutum, aut additio, illud est mensura vera, quia numeri sunt certi. Et positio eorũ est quod vnũ nõ diuidit̃, & in alijs rebus assimilat ei quod est tale. Est enĩ ex linea & tali quod est .c. libræ, semper à maiori magis latet, & si diminuit̃, aut additur in eo aliquid quàm latet in minori. Igit̃ istud in quo impossibile vt hoc sit in eo sensibile accipit̃ in omnibus pro mensura in rebus humidis, & in grauitate, & in magnitudine. Et tũc existimãt quod sciũt quãtitatem quãdo sciunt illã per hanc mensurã.

Et ex hoc dicit̃ &c. i. ex vno numerali fuit trãsumptũ hoc nomẽ mẽsura 3

sura ad quodlibet eorũ quę dicunt mẽsurare ex eis quę sunt in gñe quãtitatis sicut fuit transumptũ ad aliud genus hoc nomẽ quãtitas a quantitate numerali. D.d.& actio cuiuslibet eorum &c.id est,& causa in transumptione istius nominis ad illa quę sunt præter numeros est,quia actio eorũ est vnũ in omnibus, qm̃ si fuerit vnũ in longitudine erit vnũ in longitudine,& si fuerit vnum in latitudine erit vnum in latitudine, & si in profundo erit in profundo, & si fuerit vnum in velocitate mo-
G tus,cuius causa est grauitas & leuitas,actio eius erit vna in mensura grauitatis.D.d.grauitas enim & velocitas &c.id est,& causa in hoc quod actio mensuræ in vnoquoque istorum generum est vna actio , est quia vnũquodq; istorum generum diuiditur in duo contraria & sunt quasi duplicia.Verbi gratia,qm̃ graue diuiditur in illud quod est magis graue,& ĩ illud quod ẽ minus graue,& similiter velocitas,cuius causa est, quia quantitas grauis diuiditur in illud quod est minoris velocitatis & maioris velocitatis cum sit rei grauis & leuis,scilicet illud quod est minoris grauitatis.grauis vero est velocitas,leuis vero tarditas. Et hoc est manifestius in alia translatione in qua dicit,grauitas enim & velocitas est complementum commune in contrarijs,qm̃ vtrũq; eorum est duplex,graue enim est illud quod habet paucam declinationem, & quod habet multam declinationem,& velox etiam secundum hunc modum est illud quod habet paruum motum & magnũ motum, velocitas enim inuenitur in tardo,& tarditas in veloci,id est,quoniam velox dicit tardus ad illud quod est velocius:& tardũ dicitur velox ad illud quod est tardius,& intendit q; similiter est in quãtitate continua.Et intendit declarare q; in ista non inuenitur aliquod vnum, scilicet indiuisibile per naturam,sed cum homines voluerint mensurare in istis rebus posuerũt vnum per institutionem & inspexerunt q; esset valde simile vni numerali.Et intendebat per hoc q; fuit necesse vti pondere per grauia acceperunt illud quod non recipit magis & minus in sensu sicut fecerunt de ponderibus quæ fundantur super grana hordei.& hoc intendebat cum dicit in omnibus igitur est mensura,id est,in omnibus istis rebus mensurabilibus & ponderosis, & mensurabilibus accipiunt vnam mensuram indiuisibilem,aut secundum institutionem aut secundum sensum simile mensuræ naturali scilicet vno numerali.In ponderosis em̃ ponũt aliquod indiuisibile secundum sensum vt grana hordei,& in spacijs cõtinuis aliquod æquale maiori mensura quæ est naturaliter: vt mensura pedis & cubiti.& notificant cubitos per palmas,& palmas per digitos.

D.d.in lineis em̃ &c.id est,qñ mensurãt lineas ponũt mensuras ęquales alicui quantitati lineæ mensurabilis,& ponunt illam mensurã quasi indiuisibilem.Verbi gratia,cubitum aut palmam.D.d.causam in hoc &.d.quia quærunt mensuram &c.id est,& cum inueniunt illud in illo genere ponunt ipsum indiuisibile secundum institutionem. D.d.& hoc est simpliciter &c.id est,& mensura cui assimilant alias mensuras est illud quod non diuiditur. In qualitate autem est illud quod nõ diuiditur in qualitate.in quantitate vero est illud quod non diuiditur in quantitate. D.d.vbi igitur existimatur &c.id est,& cum accidit eis aliquo genere inuenire mẽsurã in qua nõ est additio nec diminutio,illa mensura est apud nos mẽsura certa, qa est sil'is mẽsuræ numeri certe simpl'r q̃ est vnum.

vnum. Deinde dicit. & potentia eorum &c. id eſt quoniam opinabantur qd' vnitas eſt prima mẽſura: ideo quærũt ſimile ei in alijs reb'. Deinde dicit quoniã ex linea & ex tali &c. id eſt & cum fuerint duæ menſuræ diuerſæ cum de maiori diminuitur aliquid aut additur aliquid: latet diminutio & additio magis quam lateat additio & diminutio in menſura minori: & quãto magis menſura fuerit minor: tãto magis apparebit additio & diminutio: & ideo mẽſurare per minorem menſuram ſemper eſt certius. Deinde dicit, ergo illud quod eſt impoſsibile &c. id eſt ergo illud in quo additio aut diminutio non eſt ſenſibilis accipitur ab omnibus hominibus per menſuram in menſuratione rerum humidarũ: & in menſura grauitatis & in menſuratione magnitudinũ: & cum menſtruant per talem menſuram ſunt certi in cognitione quantitatis.

Et motũ aut ſimplici motu & velociſsimo. Paruiſsimũ eñ hic habet tẽpus. Quapropter in aſtrologia tale vnũ principiũ & metrũ. Motũ enim regularẽ ſupponũt & velociſsimũ eũ q cæli ad quẽ alios iudicant. Et in muſica dieſis: quia minimum eſt: & in voce elementũ: & hæc oĩa vnũ aliquid ita: nõ vt commune aliquid qđ vnũ: ſed ſicut dictũ eſt. Nõ ſeparant numero vnũ metrũ, verum aliquãdo plura vt dieſes duæ quæ nõ ſecundum auditũ: ſed in rationibus: & voces plures quibus mẽſuramus: & diameter duobus menſurat: & latus & magnitudines oẽs. Sit itaq; metrũ omniũ qđ vnũ qđ cognoſcimus ex quibus eſt ſubſtantia, diuidẽtes aut ſecũdũ quãtitatẽ: aut ſecundũ quãtitatẽ: aut ſecundũ ſpeciẽ: & ideo qđ vnũ indiuiſibile: quia qđ primũ ſingulorũ indiuiſibile. Nõ ſimiliter autẽ omne indiuiſibile vt pes & vnitas: ſed hoc quidẽ omnino: illud verò indiuiſibile ad ſenſum voluit: ſicut dictum eſt iam: nam forſan omne cõtinuũ eſt diuiſibile. Semper autẽ cognatum eſt metrũ magnitudinũ quidem enim magnitudo: & ſecundũ vnũquodq;: longitudinis longitudo: latitudinis latitudo: vocis vox: grauitatis grauitas: vnitatis vnitas: ſic eñ oportet accipere: ſed nõ q numerorũ numerus: & quidẽ oportebat ſi ſimiliter: ſed non ſimiliter dignificãt. ſed aut ſi vnitatum vnitates dignificarent metrum: ſed non vnitatem. Numerus autem pluralitas vnitatum eſt. Et vtũtur hoc in motu ſimplici & veloci ꝓpter paucitatẽ tẽporis. & ideo in cõputatione ſtellarũ vnũ qđ eſt tale eſt principium in mẽſura: poſitũ enim eſt apud eos quod motus cæli eſt eodem modo: & valde velox etiam: & per illum iudicant de alijs motibus: & in muſica diaſis quod eſt neuma duorum punctorũ: quod nõ diuidit: quia eſt valde breuis: & in voce litera. Vnũ enim in omnibus iſtis eſt hoc modo: quia vnũ nõ eſt cõmune: ſed ſicut dictum eſt. Et nõ ſemper menſura eſt

vnũ numero:ſed forte magis vt diaſis: qm̃ ſunt duo quæ non ſunt auditus:ſed in ſermone & vocibus,per quas mẽſurat ſunt multę: & diameter mẽſuratur per duo & latus etiã:& ſunt ali quæ magnitudines & habent oẽs magnitudines. Non igitur eſt menſura omniũ rerũ:neq; omnium magnitudinũ quæ co gnoſcunt.Et ex iſtis eſt ſubſtãtia quæ cum diuidimus eam:aut per quantitatẽ:aut per formã:& ideo vnũ nõ diuiditur:quia eſt primũ omnium rerum quæ nõ diuidũtur.Et nõ omne vnum eſt indiuiſibile eodẽ modo vt pes & vnitas:ſed quædã nõ diui duntur omnino.& quædã volumus vt ſint indiuiſibilia p ſen ſum:vt dictũ eſt.Omne igitur continuũ diuiſibile & menſura ſemper eſt vnigenea.Verbi gratia quoniam mẽſura magnitu dinũ eſt magnitudo:& ſimiliter in vnoquoq; ſimplicium:lon gitudinis ergo longitudo:& latitudinis latitudo: & vocis vox: & grauitatis grauitas:& vnitatũ vnitas:qm̃ ſic oportet accipi: vt numerorum numerus:& ſi oportet vt ſit ita:ſed non eſt ne ceſſe vt ſit ſicut hoc.Sed eſt neceſſe vt ſint menſura vnitates.Nu merus autem eſt multitudo vnitatum.

H Menſura ſemp eſt vni genea mẽſu rato.

4 Et vtuntur hoc &c.ideſt & ponũt motum ſimplicẽ qui eſt velociſſi mus oĩum motuũ menſurã,p quã menſurãt omnes motus: & iſte motus eſt motus cæli diurnus.tẽpus enim iſtius motus eſt minimũ oĩm tempo rũ. D.d.& ideo in cõputatione &c.i.& ideo mẽſurant motũ orbium ſtellarũ per ipſum motũ qui eſt principiũ omniũ motuũ. D.d. cauſam in hoc:&.d.eſt enim poſitũ apud eos]&c.i.& faciũt hoc proprie de mo tu cæli diurno:quia opinanť q; motus cæli nõ additur:neq; diminuitur & quod eſt valde velox:& iſta ſunt neceſſaria in mẽſura ſecundũ q; eſt menſura in vnoquoq; generũ. D.d.& in muſica diaſis: & intẽdit to tũ.D.d.& in voce litere.i.quæ ſunt mẽſura dictionũ.D.d.vnũ enim in oĩbus iſtis eſt]hoc modo.i.eſt minimũ in illo genere:& nõ eſt in eo addi tio nec diminutio. D.d.vnũ enim nõ eſt cõmune.i.& vnũ in vnoquo q; genere eſt propriũ illi generi:quia nõ eſt vnũ cõmune ſicut dictũ eſt.

Et cũ declarauit quod vnũ numero eſt prima mẽſura in vnoquoq; ge nere:declarauit q; nõ viſitať in quolibet genere vna mẽſura:& quãdoq; duabus:ſed tamẽ quia maior nõtificatur per minorem.Deinde dicit.& nõ ſemper vna mẽſura &c.ideſt & menſura in quolibet genere non eſt vna:ſed inuenitur in vno genere plus quam vna mẽſura:ſed maior men ſuratur per minorem vt neumata compoſita quæ menſurantur per plus vno neumate:& hoc non eſt audibilibus tantum:ſed in dictioni bus vt ſyllabæ pedes. Deinde dicit diameter menſuratur per duo id eſt.& diameter circuli menſuratur per latus exagoni:& per alia latera caden tia in circulo:& ſimiliter latera per plus menſurantur vna quãtitate dia metri. Deinde dicit vnum igitur non eſt menſura omnium rerum: & non eſt hoc vnum quod in ſua natura ſit vnum quod ſit menſura oĩum rerum:niſi omnia haberent eandem naturam.Deinde dicit neq; omnium magni

magnitudinum.i.neq; oēs magnitudines habēt vnum quod mēſurat oēs & præcipue corpus:& maxime quādo mēſuramus ipſum qñq; per quātitatē:& qñq; partes eius quæ ſunt ſecūdū qualitatē. D.d.& ideo vnū nō diuidit &c.i.& in vnoquoq; eſt vnū qd' nō diuiditur:quia primū in quolibet genere debet eſſe indiuiſibile:& ſi nō:non eſſet primū. D.d. & nō omne vnū eſt indiuiſibile eodē modo &c.i.& nō omnes vnitates quæ accipiūtur ad menſurādū ſunt indiuiſibiles eodē modo:ſed quædā ſunt indiuiſibiles ſimpl'r & vnū in numero:& quędā per inſtitutionē vt pes & palma:& quædā quia ſunt res indiuiſibiles in gñe ſecundū pondus vt grana hordei. D.d.qm̄ omne cōtinuū diuidit̄.i.vt dicimus qd' quædā mēſuræ ſunt de natura cōtinui:& omne continuū eſt diuiſibile. I

D.d.& mēſura ſemper eſt vnigenea &c.& hoc qd' dixit eſt manifeſtū ſcilicet ꝙ vnū ꝙ mēſurat in quolibet genere eſt de natura illius gñis qa numeri nō mēſurant̄ per magnitudinē: neq; magnitudines p vnitatem. Mēſura eſt vnigenea idē.4.phy. 129.

D.d.oportet enim accipi hoc modo.i.vnū mēſurat numerū ſecūdum qd' eſt cōpoſitus ex vnitatibus:nō ſecūdū ꝙ eſt numer⁹. Numer⁹ eñ nō mēſurat̄ ſecundū eſt numerus niſi per numerū. D.d.& ſi oportet vt ſit &c.i.& ſi numerus mēſuratur per numerum.tamen nō eſt neceſſe vt ille numerus mēſurās mēſuret̄ a numero:ſed oportet vt menſuratio perueniat ad numerū qui menſuratur per vnū:quoniā numerus eſt multitudo vnitatū. Et.d.qd' mēſura numerorū eſt vna nō vnitas ad notificandū qd' menſura cuiuslibet rei eſt ſui generis:adeo quod menſura numerorum non eſt vnitas:ſed vnum eſt menſura numerorum. Et intendit vt reputo quod cum ſit ita in vno & vnitate:licet vnū denominetur ab vnitate:quāto magis in eis quę ſunt diuerſa in ſpecie vt vnum & numerus.

Et ſciētiam autē metrū rerū dicimus & ſenſum propter idē: quia cognoſcimus aliquid ipſis:qm̄ menſurant̄ magis quā mēſurant. Sed accidit nobis veluti ſi in alio nos menſurāte cognoſcamus quāti ſumus per cubitū ad tantū noſtri addiſcere. Prothagoras verò ait omnium eſſe metrū ac vtiq; ſi ſcientē diceret aut ſentientē. Hos autē quia habent:hic quidem ſenſum: illa verò ſcientiā. Quæ dicimus eſſe metra eorū quę ſubijciunt̄. Nihil itaq; dicētes ſuperabundans videntur aliquid dicere. quod quidem igitur vni eſſe maxime eſt ſecundū nomē qd determinat metrū quoddā:& maxime quātitatis: deinde qualitatis palā. Erit autē tale hoc quidē ſi eſt indiuiſibile ſecundū quātitatem: illud autem ſi ſecūdū qualitatē. Propter indiuiſibile eſt:aut ſimpliciter:aut inquantum vnum. L Prothagoras ait homīnem omniū metrū eſſe. idem.11.meta.com.4.

Dicimus etiā ꝙ ſcientia eſt mēſura rerū:& ſenſus;propter eandem cauſam. Scimus enim per iſta aliquid & ſi nō magis dignū eſt vt menſurētur quam vt menſuras eſſe. Sed accidit nobis quaſi ſi aliquis menſuraret nos ſciremus cuius mēſuræ ſumus p mēſurā cubiti poſitā ſup nos:& Prothagoras dicebat ꝙ homo eſt menſura oīm rerū.ſ. ſciēs & ſentiēs qa alter iſtorū habet ſenſum:& alter ſciētiā. Ideo

dicim⁹ ꝙ sunt mēsuræ rerū positarū:& quia nihil dicebāt distinctū nedū vt aliqd dixissent:manifestū est ꝙ essentia vnius magis & est nomē qđ ponūt pfectis est pricipaliter quātitatis: deinde qualitatis:& erit tale: alterū verò si fuerit indiuisibile secundū quātitatē:& alterū si fuerit secundū qualitatē: & ideo vnum est indiuisibile:aut modo simplici:aut qui est vnum.

ne eñ aliquod est alicuius genus hoc quod est idem,& genus etiam dicitur de vtroq;,& ideo omnia contraria cũ veniunt in eodẽ prædicamẽto quæ differũt secũdũ formã nõ secũdum genus.Et sunt quædã ex quibusdam alijs magis.Diuersitas enim cõpleta nõ est insimul vtriq;.Ergo diuersitas est cõtrarietas,& dicuntur idem secundũ formã omnia quæ nõ habẽt cõtrarietatẽ,& sunt illa quæ nõ diuidũtur.Contraria enim sunt in diuisione,& in eis quæ sunt media:antequam perueniant ad illa quæ nõ diuidũtur:ergo manifestũ est quod nihil est in rei veritate apud illud quod dicitur genus:neq; idẽ neq; aliud in forma omnino in illa quæ est sicut forma generis. Materia enim cognoscitur per negatiuã.Genus vero est materia illius quod dicitur genus:non sicut genus herculeorum:sed sicut dicitur in illis quæ sunt naturaliter.Neq; in illis quæ non sunt in eodem genere:sed differunt ab istis secundũ genus,& differunt secundũ formã ab illis quæ sunt in eodẽ genere.Contrarietas enim est diuersitas eius quod differt secundum formam,& ista est in illis quæ sunt in eodem genere tantum.

24 B CVM declarauit qđ cõtraria sunt in eodẽ genere, & qđ medium cõponitur ex cõtrarijs,& qđ media sunt inter cõtraria:fecit rememorationẽ de hoc.D.incepit declarare qđ illa quæ differunt secundũ differẽtias & formas cõueniũt in genere. Et.d.illud autẽ qđ est aliud &c.id est,illud autẽ qđ est aliud secundũ formã inuenitur in alio & nõ sunt diuersa existẽtia in eodem subiecto:sed in genere in quo cõueniũt,& hoc intẽdebat cũ.d.& oportet vt hoc sit vtriq;. D.d.quoniã si animal &c.id est,necesse eñ si animal diuiditur in duo diuersa secũdũ formã scilicet in duas species:vt animal sit in vtroq; scilicet quod vtrũq; sit animal.D.d.& vt sit aliud &c.id est, & vniuersaliter necesse est vt illa quæ differũt secũdũ formã scilicet species sint in eodẽ genere.

D.d.illud eñ qđ est tale &c.id est,illã eñ quæ differũt tali diuersitate scilicet formã sunt in eodẽ genere cũ nõ differãt per accidẽs sicut illa quę cõueniũt in forma & differũt secundũ materiã.V.g.duo annuli alter de auro,alter de argẽto,D.d.oportet eñ vt habeãt &c.id est,oportet vt nõ cõueniãt nisi in re cõmuni tantũ,& vt differãt in illo per qđ vtrũq; est aliud. Et intẽdit per hoc distinguere inter res diuersas quæ faciunt illa in quibus inueniũtur diuersa in specie,& res diuersas quæ cõgregãtur in eodẽ subiecto,& nõ faciũt illa in quibus inueniũtur diuersa secũdũ colorẽ & saporẽ,in istis eñ nõ est contrarietas.Illa autẽ quæ faciunt res existẽtes diuersas faciũt hoc per contrarietatẽ quæ est eis:cũ dictũ sit qđ cõtraria sunt illa quæ nõ cõgregãtur in eodẽ subiecto eodẽ modo.

D.d.necesse est igitur vt ista diuersitas &c.id est, ergo necesse est vt iste modus diuersitatis qui facit cõtrarietatẽ sit illud per qđ differt intra se idẽ genus in sua substãtia. D.d.dico eñ &c.id est.& ideo dico qđ illud per qđ differt idem genus est aliud,& ista alietas facit genus diui-

di per

di per differẽtias cõtrarias. D.d.cõtrarietas igitur &c.id eſt,cũ iſta ſit cõtrarietas quæ exiſtit in forma eſt illa quæ facit vt habeat idem genus. D.d.& hoc manifeſtũ eſt &c.id eſt,& hoc qđ forma per quã diuiditur genus primo & eſſentialiter habet in ſe cõtrarietatẽ:manifeſtũ autem eſt ex inductione,id eſt,quoniã cũ conſiderata fuerint omnia genera: inueniuntur ita. D.d.omnino enim diuidũtur &c.id eſt,quæ nõ cõgregantur in eodẽ. Et cũ poſuit propoſitionẽ dicentẽ qđ differẽtiæ quibus genus diuiditur ſunt cõtrariæ:poſuit qđ cõtraria ſunt in eodem genere ad cõcludendũ quod formæ quibus diuiditur aliquid ſunt in eodẽ genere,&.d.& iam declarauimus &c.id eſt,& iam declarauimus ſuperius ꝙ cõtraria ſunt in eodẽ genere.Cõtrarietas enim eſt cõpleta diuerſitas, & cõpleta diuerſitas nõ intelligitur niſi inter duo quæ ſunt eiuſdẽ naturæ. Verbi.g.inter duas extremitates longiſsimę lineæ,& in qualitate inter duas formas remotiſsimas.D.d.& diuerſitas quæ eſt ſecũdũ formã &c. id eſt,& diuerſitas quæ eſt ſecũdũ formã eſt cõtrarietas quæ cũ facit vt illa quæ diuerſantur ſecũdũ ipſam nõ cõgregãtur. D.d.ergo illud qđ eſt idẽ & genus,id eſt,illud ergo in quo cõueniunt duæ formæ diuerſæ eſt idẽ & eſt genus de quo prædicãtur. D.d.& ideo omnia contraria &c.id eſt,& propter hæc omnia cõtraria quæ ſunt in eodẽ prædicamẽto ſecũdũ formã diuerſantur nõ ſecũdũ genus:vt albũ & nigrũ,& dulce & amarũ quæ ſunt in qualitate.D.d.& iſta quædã a quibuſdã alijs magis,id eſt,& iſta differũt abinuicẽ magis quã alia differẽtia ſcilicet quæ inueniũtur in eodẽ ſubiecto. D.d.diuerſitas eñ eſt cõpleta &c.id eſt, & intẽdit qđ duo diuerſa nõ inueniunť inſimul. Et in alia trãſlatione.d.diuerſitas eñ cõpleta nõ erit cũ quædã fuerit cũ quibuſdã inſimul id eſt,diuerſitas enim cõpleta nõ inuenirur in diuerſis quæ ſunt inſimul in eodẽ:vt color & albedo,& rationalitas,& ideo iſta inueniũtur in generibus diuerſis.Illa autẽ quæ differunt perfecta differẽtia ſcilicet quæ nõ inueniũtur in eodẽ neceſſario ſunt in eodẽ genere.D.d.ergo diuerſitas &c.id eſt,ergo diuerſitas ſecũdũ formã eſt diuerſitas ſecũdũ contrarietatẽ diuerſitas eñ ſecũdũ formã eſt illa ſecũdũ quã diuiditur idem genus,& nõ cõgregãtur in eodẽ,& iſta eſt diſpoſitio cõtrariorũ. D.d. & dicũtur idẽ &c.id eſt,illa quæ ſunt idẽ ſecũdũ formã ſunt omnia quę nõ habẽt cõtrarietatẽ ſcilicet particularia quæ nõ diuidũtur:vt Sor.& Pla. D.d.cõtrarietas eñ &c.id eſt,cõtrarietas enim eſt in forma per quã diuidũtur prima genera & media genera:donec perueniatur ad illa quæ nõ diuidũtur ſecũdũ formã,& ſunt vltimæ ſpecies: quæ diuidũtur in indiuidua. D.d.ergo manifeſtũ eſt &c.id eſt,ergo in genere nõ inuenitur aliquid ꝙ in rei veritate ſit idẽ cũ forma quę eſt in genere:aut aliud quoniã genus eſt materia,& materia cognoſcitur per negatiuã cũ diciť quod materia eſt priuatio formæ,& intẽdebat declarare quod in genere nihil eſt in actu:ita ꝙ diceretur aut eſt idẽ cum forma exiſtẽte in eo,aut aliud. D.d.genus autẽ materia &c.id eſt,genus autẽ ſignificat materiã ſcilicet genus quod dicitur in rei veritate nõ genus ꝙ diciť de omnibus attributis eidẽ parti.V.g.genus herculeorũ.D.d.ſed illud ꝙ eſt &c.ideſt ſed genus ꝙ prædicatur de rebus exiſtẽtibus ſecũdũ naturã ꝙ ita diffinitur ſcilicet ꝙ eſt prædicabile de pluribus ſpeciebus in eoꝙ quid.D.d. neꝙ in illis quæ nõ ſunt in eodẽ genere,id eſt,neꝙ diuerſitas ſecundum

z G

D Genus ſignificat materiã: vide oppoſitũ ˚prio met.cõ.17.

K 5 for

formam inuenitur inter illa quæ nõ sunt in eodem genere. Deinde dicit, & differunt secundũ formã &c. id est, & illa per quæ differt forma, sunt in eodem genere, & causa in hoc est: quia cõtrarietas secundum formam est diuersitas, & diuersitas secundum formam est diuersitas secundum contrarietatem, & contraria sunt semper in eodem genere, ergo diuersa secundum formam sunt in eodem genere, & hoc intendebat, cum. d. & erunt ista quæ sunt in eodem genere: scilicet diuersa secundum formam.

CAPVT XI.



DVBITABIT autẽ vtiq; aliquis quare fœmina viro non specie differt: cõtrario masculino & femi nino existente: differãtia autem contrarietate. Neq; animal masculinũ & femininum diuersum est spe cie: quãuis secundũ se animalis hæc sit differentia, & nõ vt albe do aut nigredo: sed inquãtũ animal masculinũ est. Est autem hæc dubitatio fere eadem, & quare hæc cõtrarietas facit specie diuersa: hæc vero nõ: aut ambulatiuum, & volatiuum: sed albe do & nigredo non. Aut quia hæc quidem sunt proprie passio nes generis: illa vero minus: quoniã est hæc quidẽ ratio: hæc au tem materia. Quæcũq; quidẽ in ratione sunt cõtrarietates spe cie faciunt differentiã in cõcepto cũ materia non faciunt. Qua propter hominis albedo nõ facit nec nigredo: nec albi homi nis est differẽtia secundũ speciẽ ad nigrũ hominẽ: nec, si vnum nomẽ imponatur. Vt materia enim homo. Non facit autẽ diffe rentiã materia. Nõ enim hominis species sunt homines. Pro pter hoc quãuis diuerse carnes & ossa ex quibus hic & hic: sed simul totũ diuersum quiddã: specie vero nõ diuersum: quia in ratione non est cõtrarietas hoc autẽ est vltimũ indiuiduũ. Cal lias vero est ratio cum materia & albus itaq; homo: quia Cal lias albus. Secundũ vero accidens homo albus: nec æreus itaq; circulus: nec ligneus: nec triangulus æreus & circulus, ligneus propter materiã specie differunt: sed quia in ratione inest cõtra rietas. Vtrũ autẽ materia nõ facit diuersa specie ens aliqualiter aut est: vt facit. Propter quid em hic equus ab hoc homine di uersus est specie. Equidẽ rationes ipsorũ cũ materia aut quia est in ratione cõtrarietas. Etenim albi hominis, & nigri equi di uersitas est specie: sed nõ inquantũ hic albus, & hic niger: quo niã & si ambo albi essent tamẽ essent specie diuersa. Masculus vero & fœmina animalis sunt proprie passiones: sed nõ secun dũ substantiã: verũ in materia, & corpore. Propter quod idem sperma fœmina: aut masculus fit patiens passionem aliquam.

E Nõ facit differentiã materiam.

F Hic sumit differẽtiam aliã secũdũ formã aliã secũdũ materiam esse.

Quærendũ est quare mulier nõ differt à viro secũdũ formã cum

cum maſculus ſit contrarius feminæ: & diuerſitas eſt contrarietas. Et quare animal maſculus non eſt aliud à femina ſecundum formam. Iſta enim diuerſitas eſt per ſe animalis: & nõ ſicut albedo & nigredo: ſed feminitas & maſculinitas ſunt ſecundum animal. Iſta enim quæſtio appropinquat quæſtioni dicenti: quare quædam contraria faciunt alia ſecundum formam: & quædam non: vt ambulans & pennatum. Albedo verò & nigredo: non quædam enim ſunt paſsiones propriæ generi: & quædam non. ergo quædam diffinitio & quædam materia. Omnia igitur contraria quæ ſunt in diffinitione faciunt diuerſitatem ſecũdum formam: & omnia quæ ſunt in re cum materia non faciunt. Et ideo albedo non facit homines, neq; nigredo: neq; homo albus differt ſecundum formam in reſpectu hominis nigri: neq; ſi fuerit poſitum vnum nomen. Homo enim eſt ſicut materia: & materia non facit diuerſitatem. Homines enim non ſunt formæ hominis: & ideo ſi carnes & oſſa ſunt alia & ex quibus ſunt hæc & hoc: ſed tamen totum congregatum eſt aliud: ſecundum verò formam non eſt aliud: qm̃ in verbo nõ eſt cõtrarietas: & hoc eſt poſtremum: qđ nõ diuidit. Callias aũt eſt ſermo cũ materia & alb9 eſt homo: qm̃ callias eſt alb9: & homo eſt alb9 p accidẽs. Neq; circulus ligni & cupri: neq; triãgul9 cupre9 & circulus ligneus differunt ſecundũ formã propter materiã: ſed quia in verbo eſt cõtrarietas. Sed vtrum materia non facit aliud ſecundum formam cum ſit aliquo modo: & forte poſsibile eſt vt faciat: & quare eſt equus aliud ſecundum formam ab hoc homine: cum verba eorum ſunt cum materia: aut quia in verbo eſt contrarietas: vt eſt hominis albi & equi nigri: habent enim formas: ſed non quia alter albus: & alter niger. Et quoniam ſi vterq; eſſet albus: & formæ eorum eſſent in alia diſpoſitione. Maſculus autem & femina & ſi ſint paſsiones propriæ animali cum non ſint ſecundum ſubſtantiam: ſed ſunt in materia à corpore: & ideo idem ſperma erit aut femina aut maſculus poſtquã patitur aliqua paſsione.

ET quærendũ eſt quare maſculus nõ differt a femina ſecundũ formã cũ ſint duo cõtraria: & diuerſitas ſecundũ cõtrarietatẽ eſt diuerſitas ſecundũ formã & quare animal maſculum non eſt contrariũ aĩali fœmineo: ita q; ſit ſubſtãtia: adeo q; diuidaẽ his duabus differẽtijs diuiſiõe ſpecifica. Et dixit hoc, quoniam manifeſtum eſt per ſe quod maſculus & fœmina ſunt in omni genere animaliũ eiuſdem ſpeciei. D.d. cauſam facientẽ hãc quæſtionẽ: & dicit iſta eñ diuerſitas 25

uersitas &c.i. animal enim diuiditur his duabus differētijs essentialiter nō accidentaliter sicut diuiditur in album & nigrū.& intendebat:quoniā si diuiditur essentialiter:necesse est vt masculus sit vna species:& foemina alia species. Deinde dixit sed foemina &c. id est & est necesse vt ista diuisio sit essentialis:quoniā diuisio animalis in masculū & foeminā est secundū q̄ est animal:qđ non est ita in albo & nigro. D.d. ista eñ quæstio &c.i.& similis est isti quæstiōi quæstio dicēs quare quædā cōtraria faciūt species.V.g.ambulatio & volatus & natatio: ambulās eñ & volans & natans diuersantur secundū speciē:& quædā nō faciūt speciē:vt albedo & nigredo:in eadē enim specie inueniuntur album & nigrum. Deinde dixit causam in hoc & dixit. quædā enim sunt passiones &c.i.& causa in hoc est:quoniam quædā contraria in quæ genus diuiditur sunt accidētia & passiones illius generis nō differentiæ substantiales:& quædā non,id est nō differētiæ substātiales. D.d.ergo quædā sunt verbū &c.i.ergo quædā cōtraria sunt forma quæ est substātiæ rei per quā disponitur, & quædā est materia nō attributa substātiæ rei. D.d.ergo oīa cōtraria &c.i.ergo oīa cōtraria quæ sunt in diffinitionibus.s. quæ accipiuntur in eis pro differētijs faciunt diuersitatē secundū speciē.s.faciūt species cōtrarias.Omnia vero cōtraria quæ inueniuntur in materia & sunt accidētia materiæ non faciunt species:& ideo albedo addita animali nō facit hominē sicut ratiōalitas addita animali facit hominem:neq; homo albus differt ab homine nigro. D.d. neq; si fuerit positū &c.i.& si aliquis posuerit nomē propriū homini nigro:& nomē propriū homini albo:tū ꝓpter hoc non faciet hominē duas species:qm̄ homo est sicut materia albi & nigri:& albū & nigrum sunt passiōes materiæ:& passiōes cōtrariæ materiæ nō faciūt materiā species cōtrarias.

D.d.qm̄ hoīes nō habēt formas ideæ,scilicet quia sunt albi & nigri. aut habēt alia cōtraria accidētia materiæ:sed facit homines esse homines rationalitas.D.d.& si carnes &c.i.& nulla alietas inuenitur in homine secundū materiā.& sic carnes & ossa ex quib⁹ cōponitur hoc demonstratū sint alia a carnibus & ossibus ex quibus cōponiť hoc aliud, scilicet diuersæ complexionis.& ideo totū congregatum ex istis ossib⁹ & carnibus non est aliud a toto congregato ex istis ossibus & carnib⁹. & homo est vnus secundū formam: & alietas nō inuenitur nisi quando in forma sint contrarietates. Deinde dixit, quoniam in verbo nō est cōtrarietas,id est & causa in hoc quod homo est vnus in sua forma:quia in sua diffinitione non accipiuntur differentiæ contrariæ. Illa enim in quorum diffinitionibus accipiuntur differentiæ contrariæ sunt cōtraria.D.d.hoc est vltimū quod nō diuiditur,id est & illud quod secundū formam est vnū est vltima species quæ non diuiditur nisi in indiuidua.

G Illa i quorū diffinitionibus accipiū tur differentiæ cōtrariæ sunt cōtraria.

Deinde dixit.Calliasvero &c.i.indiuiduū vero.V.g.Callias est compositum ex forma & materia.D.d.neq; albus homo &c.i.qm̄ albedo & nigredo insunt homini per accidens:& istæ differētiæ non faciunt in eo specialitatē.Albedo enim non est in homine nisi quia est in quibusdam indiuiduis hominis:vt Socrate & Pla.Est igitur in homine non secundum sua indiuidua:est igitur in specie per accidens:& ideo dicit nec circulus cupri &c.id est nec etiam diuersantur res in specie propter diuersitatem suarum materierum in specie:cum forma sit vna: vt circulus factus

ctus ex cupro aut ligno:& triangulus factus ex cupro aut ligno. Deinde dixit, & nō sunt diuersa secundū cōtrarietatē.i.& ideo illa quæ diuersantur secundū speciem nō diuersantur secundū diuersitatē suarum materierum: sed quia in suis formis est cōtrarietas. Deinde dixit, sed vtrum materia &c.i. & quæritur vtrum sit possibile vt materia faciat aliud in specie qū materia fuerit diuersa quoquo modo. D.d.& forte &c.i.forte existimatur possibile esse vt ista diuersitas secundū materiā faciat diuersitatē in specie quādo duæ diuersitates fuerit cōgregatæ,scilicet in specie & forma insimul.D.d.& quare ali⁹ equus &c.id est.Verbi gratia,vt aliquis quærat quare equus & homo sunt alia secundū speciē vtrū per diuersitatē formarū aut materierū:quia sunt diuersa in ambobus. Et intendit:qm̄ potest aliquis fingere in talibus ꝙ diuersitas earū in specie est propter diuersitatem eorum in materia. Deinde dedit exemplū:& dicit vt hois albi &c.id est. V.g. homo albus & equus niger:hæc enim duo sunt diuersa secundū materiā & formā.diuersa em̄ secundū materiā quia alter est albus:& alter est niger.secundū formā vero quia hoc ratiōale:hoc aūt hinnibile. Deinde dixit,sed nō qa alter albus &c.id est sed manifestū est per se ꝙ homo alb⁹ nō differt ab equo nigro in hoc ꝙ homo albus & equus niger. Deinde dixit, causam in hoc.& dixit qm̄ si ambo essent albi &c.i.qm̄ si ambo cōuenirēt in albedine:essent in forma diuersi: & propter hoc nō cōuenirent in forma.& intendit ꝙ sic est intelligendū in diuersitate hominis & equi in materia, scilicet ꝙ ista diuersitas non facit diuersitatem in forma:sicut est dispositio in homine albo & homine nigro. Et quia quæstio a qua incępit in masculo & fœmina non est dissoluta dissolutione propria incepit dicere hoc.& dicit masculus vero & fœmina &c.i.quęstio autem dicta de mare & fœmina existentibus in animali:sic dissoluitur:quoniam masculinitas & feminitas:licet sint passiones essentiales animali & proprie ei: tamen non sunt de numero differentiarum essentialium substantialium: sed sunt accidentia essentialia materiæ & corporis animalis:sed animal accipitur in diffinitione earum non autem illa in diffinitione animalis.

Deinde dixit & ideo sperma &c. id est & ideo materia maris & feminæ vniuersaliter est vna.Idē enim sperma quando patitur aliqua passione:fit ex eo masculus:& quando patitur passione contraria: fit ex eo fœmina. Et dixit hoc:quia passio est in prædicamento qualitatis non in prædicamento substātiæ:& sperma est in genere substātiæ. Et forte intendit per passionem illud quod accidit ei de caliditate & frigiditate:illud quod declaratum est in generatione animalium.

Illa quæ diuersant secū dū speciē nō diuersant secundū diuersitatē suarū materierū: sed qa ī suis formis ē cōtrarietas.idē 1. de aia cō. 53.

CAPVT XII.



Quid qdē igiť est esse diuersum specie:& quare alia differūt specie:alia nō dictū est. Qm̄ verò cōtraria diuersa specie. Corruptibile aūt & incorruptibile cōtraria.Priuatio em̄ est in potētia determinata.necesse diuersum esse genere corruptibile & incorruptibile.Nūc aūt dixim⁹ de his vniuersalib⁹ noīb⁹ vt aūt videť nō necesse est corruptibile quodcūꝗ & incorruptibile diuersa

H Corruptibile & īcorruptibile sunt gñe diuersa.

uersa specie:quemadmodum neq; album neq; nigrum. Idem enim contingit esse & simul si fuerit vniuersaliū:quemadmodum homo erit vtiq; & albus & niger & singularium erit eñ non simul albus idē & niger. Equidem album contrarium nigro. Sed cōtrariorum:hæc quidem secundū accidēs insunt quibusdam:vt quæ nunc dicta sunt:& alia multa:hæc autem impossibile quorū est corruptibile & incorruptibile. nihil enim est corruptibile secundum accidens:nam accidēs contingit nō existere:& corruptibile ex necessitate existentium est quibus inest. Aut erit idē:& vnū corruptibile & incorruptibile si contingit nō existere ipsi corruptibile. Aut substantiam igitur:aut in substātia necesse est inesse corruptibile vnicuiq; corruptibiliū. Eadem vero ratio & de incorruptibili. Ex necessitate enim existētium ambo sunt. Inquātū igiť & secundū q̄ primū hoc quidem corruptibile:hoc autem incorruptibile habet oppositionem. Vnde necesse genere esse diuersa. Palam igitur qđ non cōtingit esse species tales quales dicunt quidam. Erit enim homo hoc quidem coruptibilis:hoc autem incorruptibilis: equidem specie eadem dicuntur esse species & nō æquiuoce. Diuersa verò genere plus distant quam quæ specie. Dictum est igitur quare sunt alia diuersa in forma:& quare quædam sunt diuersa in forma,& quædam non. Et cum contraria fuerint talia in forma: corruptibile: & incorruptibile sunt contraria:alia magis est necessariū vt nō sit generis corruptibilis: & incorruptibilis:ex priuatione p̄ differentiā sine potentia:& ideo diximus modo in eis per nomina. ergo possibile est existimare q̄ non est necesse vt incorruptibile & corruptibile sint alia in forma: queadmodū neq; nigrū neq; albū. quædā enim possunt esse idē insimul cū fuerint ex vniuersalitate:vt homo q̄m potest esse albus & niger:& potest esse in rebus simplicibus:& vt sit vnū:& nō insimul albū & nigrū:& si album est contrarium nigro:sed quædam contra in quibusdam rebus sunt p̄ accidens dicta: nūc & alia multa & quædam non possunt esse alicuius. Et similiter corruptibilia & ea quæ non corrumpunť. Quoniā nihil corrūpitur p̄ accidens. Accidens enim possibile vt non sit. corruptibile autem & incorruptibile sunt rerum quæ sunt necessario in his in quib⁹ sunt:quādo idē fuerint corruptibile etiā & si fuerit posse vt nō habeat corruptionē simpľr. Ergo necesse est vt corruptio sit substātia aut in substātia cuiuslibet eorū quæ corrumpuntur

punt.& iste sermo est possibilis etiã in eis quæ nõ corrũpunt. Vtrũ em̃ est ex illis quę sunt necessario secũdũ ꝙ superius etiã primo modo per quē sunt opposita. Alterũ em̃ est corruptibile,& alterũ incorruptibile. Ergo necesse est vt sint alía secũdũ genus. Et est manifestũ ꝙ impossibile est vt sint formæ tales, vt quidam dicunt. Et si non tunc homines quidam corrumpũtur,& quidã non. Et si istæ formæ dicanť ꝙ secũdũ formã sunt eædē cũ singularibus non æquiuoce, quæ aũt aliæ secũdũ gen⁹, magis distat quam illa quæ nõ sunt talia secuudum formam.

Dictum est igitur de causa propter quã dicit aliud esse aliud in specie. D.d.& quare quædã &c.i.& quare quædã eorũ quæ diuidunť secũdum cõtraria diuersanť in specie,& quædã nõ diuersanť in specie. 26

Et cũ posuit hanc quæstionem incepit perscrutari de corruptibili & incorruptibili quomodo diuiditur esse in ipsa, vtrũ secũdũ ꝙ gen⁹ diuiditur per differentias contrarias substãtiales, aut secundum ꝙ materia diuiditur per accidẽtia opposita, aut corruptibile & incorruptibile diuersanť secũdũ genus'et formã cõtraria em̃ nõ fugiunt ab ista trina diuisione. D.d.& cum cõtraria sint alia &c.i.& cum cõtraria faciãt species diuersas,& corruptibile & incorruptibile sunt cõtraria. ergo corruptibile & incorruptibile sunt species diuersæ. Quod enim est tale nõ collocať sub vno genere illud em̃ per quod differt corruptibile ab incorruptibili est differentia priuationis diuersarum potentiarũ duarũ.s. ꝙ corruptibile differt ab incorruptibili, quia alterum habet ad corruptionē potētiã,& alterum non habet potentiã ad corruptionē. Cõtraria vero quæ sunt in eodē genere differũt, qm̃ in genere cõmuni eis sunt duæ potentiæ diuersæ, quarũ vna recipit alterũ cõtrariorũ & altera alterũ,& ideo corruptibile & incorruptibile sunt diuersa nõ secundum formã tm̃, sed secũdũ formã & genus. D.d.& ideo dicamus nũc in oībus.& dixit hoc quia corruptibile & incorruptibile sunt duæ differentiæ cõtrariæ,& illud quod cõgregat illa est nomē ęquiuocũ,& qui loquitur de tali natura. V.g. qui loquitur de corpore simplici, non loquiť nisi de nominib⁹, qm̃ hoc nomē corpus. V.g. quod diciť de corruptibili & incorruptibili est nomē ęquiuocũ.& ideo necesse est si corpus corruptibile est cõpositũ ex materia & forma vt non corruptibile sit non compositũ,& vt materia & forma dicantur æquiuoce, cum materia & forma sit generabilis & corruptibilis. D.d. ergo possibile est existimare &c.i. ergo est possibile existimare de corruptibili & incorruptibili, quoniam quædam talium cõtrariorum possibile est vt inueniantur in eadē natura insimul, qñ illa natura fuerit vniuersalis vt hõ. possibile enim est vt quidam sit albus,& quidã niger insimul hoc. D.d. et possibile est vt hoc sit in rebus simplicibus &c.i.& possibile est in talibus istis contrarijs vt inueniantur in re singulari, ita ꝙ vnum sit albũ & nigrũ, sed nõ insimul, sed album in aliquo tempore.& nigrũ in alio. Deinde dicit.& si album fuerit contrarium &c. id est, sed nõ ista quæstio,& si cõ[illegible]dať in ea ꝙ corruptibile est contrariũ incorruptibili, qñ quædã accidũt illi cõtraria in quo sunt,& quædã impoſſe est vt sint in eodem

I Corpus dictũ de corruptibili & æterno est nomē æquiuocũ. Idem j. cæli. c. 15.

eodem genere. Et intendit qm̄ cū contraria sunt tribus modis, quorū duo sunt destructi i diffinitiōe corruptibilis & incorruptibilis remanet tertius.s.contraria substantialia quæ non sunt in eodem genere. D.d. & sic corruptibile & incorruptibile &c.id est, quoniam sunt ex cōtrarijs existentibus in re essentialiter, non accidentaliter, cum impossibile est dicere in aliquo corruptibili ꝙ est corruptibile per accidens. Illud enim quod corrumpitur non corrumpitur nisi in sua substantia scilicet illud quod videtur corrumpi simpliciter. D.d.accidēs enim possibile est vt nō sit &c.i.& est drīa inter cōtraria essentialia & accñtalia, qm̄ accidentalia possunt esse in illo in quo sunt & non esse. essentialia vero sunt necessario, & corruptibile & incorruptibile sunt de rebus necessarijs in rebus quæ disponuntur per illa. D.d. cum idem fuerit &c. id est, & cum idem fuerit corruptibile est corruptibile necessario, & similiter si fuerit incorruptibile, semper etiam disponetur per incorruptibilitatem necessario. Deinde dicit. & similiter ergo necesse est &c. id est, & cum corruptio est de rebus necessarijs rebus corruptibilibus. ergo necesse est vt corruptio sit substantia cuiuslibet eorū, aut si aliquid existens in substantia cuiuslibet earum, scilicet aut est substantia, aut sequitur substantiam rei. D.d.& iste sermo &c.i.& talis sermo dicitur de rebus quæ non corrumpuntur, scilicet quoniam priuatio corruptionis, aut est substantia eorum, aut sequitur substantiam. D.d. quoniā sunt superius &c.id est, magis enim differunt quam illa quæ opponuntur primo modo, & sunt illa quæ sunt opposita, quorum genus est idē. D.d.ergo necesse est &c.id est, & cum magis differant quam opposita in genere. ergo necesse est vt sint diuersa secundum genus. D.d.manifestum est &c.id est, & manifestum est hoc quod impossibile est vt sit hic eadem forma in specie æterna & non æterna, sicut quidam dicunt, quoniam si ita esset, esset possibile vt quidam homines essent æterni, & quidam generabiles & corruptibiles, quoniam & generatio & corruptio tūc esset in eis per accidens vt albedo & nigredo. D.d.& si istæ formæ &c.id est, & impossibile sequitur, qm̄ formæ separatæ ponūtur eædē cū singularibus in natura, ita ꝙ nomen homo dicatur de separato & sensibili vniuoce non æquiuoce. Et dixit hoc, quia iste sermo est ponentium formas. Dicunt enim ꝙ formæ separatæ sunt substātiæ formarū sensibilium. Qui autem ponit formas æquiuocas cum istis formis sensibilibus nō est loquēdū cū eo. D.d.illa vero quæ sunt talia in genere &c.i.& illa quæ distāt secūdū genus, magis distāt quā illa q̄ distāt scd'm formā. qm̄ illa q̄ distāt in forma sunt in eodē gn̄e. & illa q̄ distāt secūdū genus nō cōueniūt in vna natura oīno, ꝓpter caussam prædictā.

Illa quæ distant scd'm gen' nō cōueniūt i vna natura oīno vide idē supra.cō.8.

Explicit Liber Decimus primæ philosophiæ.

Aristo. Liber Vndecimus primæ philosophiæ incipit.

In vndecimo metaphysicæ sunt tres summæ.

Primo recolligit dubitationes motas in.3.lib.a ca.j.vsꝗ ad tertium.
Secūdo reassumit quæ in.4.libro dixerat, vtpote ea quæ ad considerationem huius scientiæ pertinent, & hoc a cap.3.vsꝗ ad cap.7.
Deinde a.7.vsꝗ in finem disputat de ente imperfecto, sed de ente per accidens & de motu ab infinito &c.

CAP,

CAPVT I.

A

Quomodo metaphysica vna sit plurium.




Vod quidem igitur sapientiæ circa principia scientię est palam ex primis in quibus dubitatum est ad dicta ab alijs de principijs. Dubitabit autē vtique quis vtrum vnam existimare oportet esse sapientiam scientiam aut multas. Siquidem enim vnam, vna autem est semper contrariorum, principia autem non contraria. Si autem non vnam quales oportet ponere has. Adhuc autem speculari demonstratiua principia vnius aut plurium. Siquidem enim vnius quidem magis huius quam cuiuscunque. Si autē plurium quales oportet eas ponere. Adhuc vtrum omniū substantiarum aut non. Siquidem enim non omnium qualium difficile est assignare. Si autem omnium vna non manifestum quomodo contingit plurium eandem scientiam esse. Adhuc vtrum circa substantias solum aut & circa accidentia demonstratio est. Si enim circa accidentia demonstratio est, circa substantias non est. Si aūt altera quæ vtraq;, & vera sapientia. Demonstratiua quidē sapientia quæ circa accidentia, hic autē circa prima quæ substantiarū. Sed nō circa dictas in physicis causas quæsitam scientiam ponendum. Neq; enim circa quod cuius gratia. Tale enim bonum. Hoc autem in operabilibus existit & existentibus in motu, & hoc primum mouet. Tale em̄ finis. Primū aūt mouens non est in mobilibus. Totaliter autē dubitationem habet vtrū quidem circa sensibiles substantias est quæsita nunc scientia, aut nō, & circa quas, aut alias. Si em̄ circa alias aut circa species, aut circa mathematica. Species quidem em̄ quod nōn sunt palam. Attamen dubitationem habet & si esse quis ipsas ponat propter quid quidē, non quemadmodum in mathematicis sic habet & in alijs quorū sunt species. Dico autem quia mathematica quidem intermedia specierū ponunt & sensibilium velut tertia quædam præter species: & quæ hic. Tertius aūt homo non est neq; equus, præter ipsum et singulares. Si aūt iterum non est vt dicunt circa qualia ponendum negociari mathematicū. Non est enim vtiq; circa ea quæ hic. Horum enim nullū est quale mathematice quærunt scientiarum. Neq; enim circa mathematica quæsita nunc est sciētia. Separabile enim ipsorum nullum, sed neq; sensibilium substātiarum, corruptibiles enim. Totaliter autem dubitabit vtique quis cuius est scientiæ dubitare de mathematicarum materia. Neq; em̄ physicæ, ꝓpter circa habentia in ipsis principiū motus

tus & quietis, naturalis omne esse negociũ. Neq; etiã intẽdẽtis demonstratione & scientia circa hoc ipsum, genus enim inquisitionem faciet. Reliquitur igitur propositam philosophiã de ipsis considerationem facere. Dubitabit autem vtiq; quis si oportet quærere quæsitam scientiam circa principia vocata ab aliquibus elementa. Hæ autem omnes inexistẽtia compositis ponunt. Magis autem vtiq; videbitur vniuersalium oportere esse quæsitam scientiam. Omnis enim ratio, & omnis scientia vniuersalium & non extremorũ. Quare erũt vtiq; sic primorum generũ. Hæc aũt vtiq; fiet ens & vnũ. Hæc enim maximæ

B vtiq; existimabunt continere entia omnia, & maxime principia videri. Quia prima natura sunt. Corruptis eñ ipsis cointerimentur reliqua. Omnia eñ ens & vnũ. Secundũ q aũt drías ipsis necesse participare. si ponat qs ipsa gña, dría aũt nulla genere participat. Sic nec vtiq; videbitur oportere ipsa poni gña neq; principia. Ahuc autem si quis magis principiũ quod simplicius eo quod minus tale. Vltima autem eorũ quæ ex genere simpliciora generibus, indiuisibilia enim genera aũt in plura & differentia diuidunt. Magis vtiq; principiũ videbuntur esse species, generibus. Qui autẽ cointerimuntur generibus species gña principijs assimilant magis, principiũ eñ quod cointerimit. quæ quidẽ igit dubitationẽ habent hic & alia sunt altera.

Nulla differẽtia genere participant.

CAPVT II.



Dhuc vtrũ oportet poni aliquid præter singularia aut nõ: sed horũ q̃sita scia: sed hoc infinita. q verò præter singularia gña aut species sunt: si neutri⁹ horũ quæsita nunc scia. Propter quid eñ impoſſe hic dictũ est. Etenim totaliter dubitationẽ habet vtrũ aliquã existimare substãtiã separabilẽ pter sensibiles substãtias: & eas quæ hic aut nõ: sed hic esse entia, & circa hoc sapientiam

C existere. Quærere quidẽ eñ uidemur alia quadã & propositũ est hic nobis: dico aũt scire siquidẽ separabile, scdm se & nulli sensibiliũ existẽs. Adhuc aũt si pter sensibiles substãtias est aliqua alia substãtia præter quas sensibiles substãtias oportet ponere hãc esse. Quid eñ magis præter hoĩes: aut equos q̃ aliorũ aĩaliũ ponet quis ipsam: aut totaliter inanimatorũ. AEqualesq; sensibilib⁹ & corruptibilibus substãtijs perpetuas alteras cõstituere extra rationabilia videbitur vtiq; cadere. Si aũt non separabilia à corporibus quæsitũ nũc principiũ est: quid vtiq; aliud quis

quis ponet magis materia. Hæc tamē actu quidē nō est: potētia aūt est. Magisqꝫ vtiqꝫ principium principalius hac videbit esse species & forma. Hæc autem corruptibilis. Quare totaliter nō est perpetua substantia separabilis & secundum se. Sed inconueniens. Videtur enim & quæritur fere à gratiosissimis tanq̃ existens quoddam principium: & substantia talis: quomodo enim erit ordo non existente aliquo principio perpetuo & separabili: & manente. Adhuc autem si quid est aliqua substantia: principium tale secundum naturam quale nūc quærimus: & hoc vnum omnium & idem perpetuorum & corruptibilium dubitationē habet propter quid quidem eodē principio existente: hæc quidem sunt perpetua eorū quæ sub principio: hæc aūt non perpetua: hoc autem inconueniens. Si autē aliud quidē principiū est corruptibiliū: aliud autem perpetuorū. Si quidem perpetuū & quod corruptibiliū similiter dubitamus. Propter quid enim non perpetuo principio existente & quæ sub principio perpetua. corruptibili autē existente aliud aliqd principium sit huius: & illius alterum: & hoc in infinitū procedit. Si autem rursus aliquis putata maxime principia immobilia esse ens: & vnum ponat. Primo quidem si non hic aliqd & substantiam vtrumqꝫ ipsorum significat: quomodo erunt separabilia: & per se. Talia autem quærimus perpetua quæ & prima principia. Si verò hoc aliquid & substantia vtrumque ipsorum significat omnia erunt substantiæ entia. de omnibus enim ens prædicatur: de quibusdā autem & vnū. Substantiā autem esse omnia entia falsum. Adhuc autē primū principiū q̄ vnum dicentibus: & hoc substantiam ex vno autem & materia numerum generant primo: & hanc substantiam dicūt esse: quomodo contingit quod dicitur verū esse. Dualitatem enim & reliquorum vnūquemqꝫ numerum compositorū quomodo vnū oportet intelligere. De hoc enim neqꝫ quicq̃ omnino dicunt: neqꝫ facile est dicere. Si verò lineas aut his habita: dico autem superficies prima ponat quis principia: hoc aūt nō sunt substātiæ separabiles. Decisiones autē & diuisiones hæ quidē superficiorum: hæ autem corporū: puncta autem linearū. Adhuc autem termini eorundem horum. Omnia aūt hoc in aliis existunt & separabile nullū est. Adhuc qūo substātiā existimare oportet vni⁹ & pūcti. Substantiæ quidem em̄ omnis generatio est: puncti autem non est: diuisio em̄ punctum. Exhibet

autem dubitationem:& oportet quidem scientiã esse vniuersaliũ & talis: substantia autem non vniuersaliũ esse: magis autẽ hoc aliquid & separabile. quare si circa principia est sciẽtia: quo modo oportet principium existimare substãtiam esse. Adhuc vtrum est aliquid præter synolon aut non. dico autem materiã & quod cum hac. Siquidẽ enim nõ: quæ quidẽ in materia corruptibilia omnia. Si autem est aliquid: species vtiq; erit & forma. Hoc igitur in quibus est:& in quibus non difficile determinare. In quibusdam enim palam non existens separabilis species: puta domus. Adhuc vtrum principia specie aut numero eadem: si enim numero omnia erunt eadem.

Prima phylosophia est sciẽtia entis in quantum ens vniuersaliter & nõ secundũ partem contra dicẽtes quiditates rerũ in particularia metaphysico considerari.

CAPVT III.



Voniã autẽ phylosophi scientia est entis inquantũ ens vlr: & nõ secundũ partẽ: ens aũt multiplr: & nõ secundũ vnũ dicit̃ modũ. Siquidẽ igit̃ æquoce secũdum cõe aut nihil: nõ est sub vna scia. Nõ enim vnũ genus taliũ. Si aũt secundũ aliqd cõe erit vtiq; sub
D
vna scia. Videt̃ itaq; dicto modo dici queadmodũ medicatiuũ & salubre: etenim horũ vnũqdq; multiplr. Dicit̃ aũt secũdũ vnũ quẽq; modorũ: eo q hoc quidẽ ad medicatiuã sciam reducitur aliqualr, hoc aũt ad sanitatẽ: hoc aũt aliter ad idẽ: aut vnũqdq;. Medicatiu' enim sermo cultellusq; dicitur: eo qd hic quidẽ à medicatiua sciẽtia fit: hic aũt huic vtilis fit. Silr aũt & salubre: hoc quidẽ enim quia significatiuum sanitatis: hoc autẽ qa factiuũ. Idẽ autẽ modus & in reliqs. Eodẽ itaq; modo & ens omne dicitur: eo enim qd entis inquãtũ ens passio: aut habitus: aut dispositio: aut motus: aut aliorũ aliqd taliũ fit dicit̃ vnũqdq; ipsorũ ens. Quoniã aũt oĩs entis ad vnũ aliquid & commune reductio fit: & cõtrarietatũ vnaquiq; ad primas differẽtias & cõtrietates reducent̃ entis: siue pluralitas & vnũ: siue similitudo & dissimilitudo primę entis sint differẽtię: siue aliqua: sunt enim
E
hæ speculatæ. Differt autẽ nihil entis reductionẽ ad ens: aut ad vnũ fieri. Etenim si nõ idẽ sed est aliud: cõuertit̃ quidẽ: vnũ enim ens aliqualr etiã ens vnũ. qm̃ aũt sunt cõtraria omnia eiusdẽ & vnius sciẽtiæ speculari. dicitur autẽ vnumqdq; ipsorũ secundũ priuationẽ. Et vtiq; quædã dubitabit aliquis quõ dicunt̃ secundum priuationẽ: quorũ est intermediũ aliqd: queadmodũ iusti & iniusti. Circa oĩa vtiq; talia priuationẽ oportet poni nõ totius rationis sed vltimæ speciei. Puta si est iustus secundum ha

bitum

bitũ quedã obediẽs legibus.nõ semper iniustus erit tota priuatus ratione:tũc persuaderi autẽ legibus deficiẽs in aliquo. & secundũ hoc priuatio inest ipsi.Eodẽ aũt modo & in aliis.quẽadmodũ aũt mathematicus circa eã quæ ex ablatione theoriã facit:circũtollẽs enim oĩa sensibilia speculat.puta leuitatẽ:& grauitatẽ:& duritiẽ:& cõtrariũ:adhuc aũt caliditatẽ & frigiditatẽ & alias sensibiles cõtrarietates.Solũ autẽ derelinquit quãtũ:& cõtinuũ horũ quidẽ ad vnũ:horũ ad duo:horũ verò ad tria.Et passiones horũ inquãtũ quãta sunt & cõtinua: & nõ secũdum aliud aliqd speculat.Et horũ qdẽ eas quæ ad inuicẽ positiones cõsiderat & in his existẽtia.Horũ aũt cõmẽsurationes: & incõmẽsurationes:horũ verò rationes. Sed tantũ vnã & eandẽ ponim⁹ sciam geometriã.Eodẽ modo se habet & circa ens. Huic eñ accidẽtia inquãtũ est ens:& cõtrarietates ipsi⁹ inquãtũ ens: nõ alterius sciæ ꝙ phylosophiæ speculari.Naturali qdẽ eñ nõ inquãtũ entia.Magis aũt inquãtũ motu ꝑticipãt theoriã vtiq; quis distribuet.Dialectica eñ entia & sophistica sunt accidentiũ qbus entib⁹:nõ aũt inquãtũ entia:nec circa ens ipm inquãtũ ens est.quare relinquit phylosophũ inquantũ entia sunt esse circa dicta speculatiuũ.Qm̃ aũt ens oẽ secũdũ vnũ aliqd & cõmune dicit multipl'r dictũ:& cõtraria eodẽ modo.Ad primas eñ cõtrarietates & differẽtias entis reducũtur.Talia aũt possũt sub vna sciẽtia esse:dissoluet vtiq; quæ secũdũ principia dubitio dicta.Dico autẽ in qua dubitatũ est qũo erit multorũ & differẽtiũ gñe vna aliqua scia. Qm̃ aũt mathematicus vtit cõibus ꝓpriẽ: & horũ principia erit vtiq; speculari primæ physosophiæ.qd eñ ab æqualibus:æqualibus ablatis quæ relinquũtur æqualia cõe qdẽ est in oĩbus quãtis.Mathematica aũt id sumẽs circa aliquã partẽ cõuenictis materiæ facit theoriam puta circa lineas:aut angulos:aut numeros aut reliquo aliquid quantorũ:nõ inquãtũ aũt entia:sed inquãtũ cõtinuũ ipsorũ vnũqdq;:aut vnũ:aut duo:aut tria . Philosophia aũt de his q in parte qdẽ inquantũ horũ vnicuiq; aliqd accidit nõ intẽdit.Circa ens aũt inquãtũ ens taliũ vnũ ꝙ speculat.eodẽ aũt habet modo & circa naturalẽ scientiã mathematicæ. Naturalis enim accidẽtia & principia speculatur entiũ inquãtum mota:& non inquãtũ entia.Primam autẽ scientiam diximus horum esse secundũ ꝙ entia subiecta sunt sed nõ alterũ aliquid: propter quod & hãc: & mathematicam sciẽtiam partes sapientiæ esse ponendum.

F Metaphysicus cõsiderat principia sciẽtiarum cõiter. Vide . 12. met.c.5.

G Naturalis cõsiderat entia inquãtũ mota & nõ inquãtũ entia.Vide cõsimile . 7 . me.cõ.9.& quæ ibi.

CAPVT IIII.

EST autē quoddā in entibus principiū circa quod non est mentiri:cōtrariū autē necessariū semper facere.Dico autem verum dicere.Puta ꝙ non contingit idem secundū vnū & idē tēpus esse:& nō esse: & alia ipsis opposita hoc modo:& de talibus simpliciter quidā nō est demonstratio:adhuc autē est.Non enim est ex credibiliori principio hoc ipso facere syllogismū oportet aūt siquidē erit simpliciter demōstrare.Ad dicentē aūt oppositas dictiōes veras simul esse ei qui falsum id esse ostēdit sumendū aliqd tale:qđ idē qdē erit ei qđ est nō cōtingere idē esse:& nō esse: secūdū vnū & idē tēpus.Nō videbit aūt esse idē.Sic em̄ solū vtiq; demōstrabitur ad dicentē cōtingere oppositas dictiōes verificari de eodē. Futuros itaq; inuicē ratiōe cōicare:oportet aliquid ipsorū intelligere. Non facto aūt hoc:quō est cōmunicatio his adinuicē sermonis.Oportet igit̄ nominū vnūquodq; esse notū: & significare aliquid: & nō multa:solū aūt vnū. Si aūt plura significet manifestū facere ad quod fert nomen eorū.dicens itaq; hoc:& nō esse hoc:quod totaliter esse dicit nō dicit.quare quod significat nomē:hoc nō inquit significare.hoc aūt impossibile.quare siquidē significat aliquid esse:hæc cōtradictionē verificari impossibile de eodē.Adhuc aūt siquid significat nomē:& hoc verificatur:oportet & hoc ex necessitate esse.Quod autem ex necessitate est non contingit tunc nō esse.Oppositas ergo nō contingit dictiones & negationes verificare de eodem.Adhuc autem si nihil magis dictio ꝙ negatio verificatur: dicens hominem aut non hominem: nihil magis verum dicet. Videbitur autem itaq; non equum esse:dicens hominem: & magis : aut non minus verum dicere:ꝙ non hominem. Quare & equum dicens eundem esse verum dicet. oppositas enim similiter erat verum dicere.Accidet igitur eundem hominem esse: & equū: aut aliorum aliquod animalium. Demōstratio quidem igitur nulla horum est simpliciter.Ad ponentem tamen hic demonstratio.Cito autē vtiq; quis & ipsum Heraclitum hoc interrogās modo cogeret cōfiteri nunꝙ oppositas dictiōes possibile esse de eisdem verificari.Nunc autem non intelligens seipsum quid quidē dicit:hanc accipit opinionē. Totaliter autē si quod dicitur ab ipso est verum:neq; vtiq; ipsum hoc verū erit.Dico autē contingere idem secundū vnum & idē esse tempus & nō esse.

eſſe,queadmodū enim & diuiſis ipſis nihil magis affirmatio quā negatio verificatur:eodē modo & ſimul vtriuſq; & ſimul cōplexi velut vna quadā affirmatione exiſtente:nihil magis negatio quā totū:vt in affirmatione poſitū verum erat. Adhuc autē ſi nihil eſt vere affirmare,& hoc vtiq; falſum erit dicere: nullā veram affirmationē exiſtere. Si autē eſt aliquid ſoluetur vtiq; quod dicitur ab his qui talia inſtant & penitus auferenti bus diſputare. Simile dictis eſt & quod dictū eſt à Prothagora. Et enim ille dixit omniū eſſe rerū menſurā hominem:nihil aliud dicens quam quod videtur vnicuiq;:hoc & eſſe firmiter. Hoc autē facto idē accidit,& eſſe, & non eſſe,& malū & bonū eſſe,& alia ſecundum oppoſitas dictiones dicta:præter multo tiens his quidē videri hoc eſſe bonum:his autem contrarium. Menſuram autem eſſe quod videtur vnicuiq;.

H Homo oīm rerū mēſura eſt ſecūdū ꝓthagoram. Idē.10.met, tex.cō.5.

CAPVT V.

SOLVETVR autē vtiq; huiuſmodi dubitatio cōſiderātibus vnde venit principiū exiſtimatiōis huius. Videtur enī quibuſdā quidē ex phyſiologorū opinione. Alijs vero ex non eadē de eiſdē omne cognoſcere:ſed his quidē delectabile hoc videri:his autē cōtra riū:nihil enī ex nō ente fieri:omne aūt ex ente fere omniū eſt cōmune dogma eorū qui de natura. Quoniā igitur nō albū fit ex albo perfecte exiſtēte,& nequaq; ex nō albo. Hūc aūt factū nō albū fiet vtiq; ex nō ente nō albo q; fit nō albū. Quare ex nō ente fiet vtiq; ſecūdū illos ſi nō exiſtit non album idem & albū. Non difficile autem diſſoluere dubitationem hanc, dictū eſt enī in phyſicis quomodo ex nō ente fiūt quæ fiūt,& quomodo ex ente:ſed & ſimiliter attēdere vtriſq; opinionibus & phātaſijs ad ipſos dubitantiū ſtultū. Palā enī ipſorū alteros ne ceſſe mentiri. Palā autē hic ex his quæ fiūt ſecūdū ſenſum. Nūquā enī idem videt his quidem dulce:his aūt cōtrariū: nō corruptis,& priuatis alteris ſecūdū organū ſenſus, & iudicatoris dictorū ſaporū,hoc aūt exiſtēte tali:alteros quidē exiſtimādū menſurā eſſe:alteros aūt nō putādū. Similiter aūt hoc dico,& in bono & malo,& pulchro & turpi,& alijs talib⁹. Nihil enī differt hic ſignificare q; quæ apparēt ſubmittētib⁹ ſub viſu digitū,& facientib⁹ ex vno videri duo oportere eſſe:ꝓpter apparere tāta,& iterū vnū nō mouētib⁹ enī viſum vnū apparet qd vnū. Totaliter aūt incōueniēs ex videri pñtia ꝑmutātia & nū

I Commune dogma eſt omniū natu raliū ex ente fieri oīa. Idē pri.phy.34.

quã permanentia in eisdem ex hoc de veritate iudiciũ facere. Oportet em̃ ex semper secũdũ eadem habẽtibus, & neq; vnã permutationẽ faciẽtibus verũ venari. Talia autẽ sunt quæ secũdũ mũdũ: hæc em̃ nõ quãdoq; quidẽ talia iterũ autẽ alia videtur: eadem autẽ semper, & permutatione nulla participãt. Ad huc autẽ si motus est, & motũ aliquid. Mouetur autẽ omne ex aliquo ad aliquid. Oportet quidẽ igiẽ quod mouerẽ esse adhuc in illo ex quo mouebit, & nõ in ipso. Et ad hoc moueri fieri in hoc secũdũ cõtradictionẽ: aut nõ verificari secundũ ipsos. Et si secũdũ quãtũ cõtinue præsentia fluunt & mouenẽ, & quis hoc ponat æquidem nõ verũ existẽs: propter quid secũdũ quale nõ manet. Videtur em̃ nõ minime quæ secũdũ cõtradictiões eiusdẽ prædicari & existimare quãtũ nõ manere in corporib⁹: propter & esse quadricubitũ idem, & nõ esse. Substãtia autem secũdũ quale: hoc quidẽ determinatæ naturæ. Quãtũ aũt indeterminatę. Adhuc autẽ propter quid iubente medico hũc cibũ offerre offeruntur. Quid em̃ magis panis est: aut nõ. est quare nihil vtiq; aliquid habebit comedere aut nõ comedere. Nunc aũt vt verũ dicẽtes circa ipsum existẽte iusso cibo hoc offerũt hũc quãuis nõ oportebat nõ permanente firmiter nulla natura in sensibilibus: sed semper omnibus motis & fluẽtibus. Adhæc siquidem alteramur semper, & nũquã permanemus idem quid mirabile si nũquã nobis eadẽ videntur: quẽadmodũ laborãtibus. Etenim his propter nõ similiter disponi secũdũ habitũ & quãdo sani erãt: nõ similia videnẽ quę secũdũ sensus. Ipsa tamẽ nulla propter hoc participãtia permutatiõe sensibilia. Impressiones autẽ alias faciẽtia laborãtibus, & nõ eadẽ. Eodem itaq; modo habere & dicta permutatione facta forte necessariũ est. Si autẽ nõ permutãtur: sed si idem permanemus, entes erit vtiq; aliquid manens. Ad habentes quidem igitur dictas dubitationes ex ratione nõ facile dissoluere nõ ponentib⁹ aliquid, & horũ nõ ad hoc ratione exquirentibus. Sic em̃ omnis ratio, & oĩs demõstratio fit. Nihil em̃ ponentes interimũt disputare, & totaliter ratione. Quare ad tales quidẽ nõ est sermo. Ad dubitantes autẽ ex datis defectibus: facile obuiare, & dissoluere faciẽtia dubitationẽ in ipsis. Palã autẽ ex dictis quare manifestũ ex his quod nõ cõtingit oppositas dictiones de eodẽ secũdũ vnũ tempus verificari: neq; cõtraria: propter dici secũdũ priuationem in omnem cõtrarietatẽ. Palã autẽ hæc ad principiũ resoluẽtibus

rationes

rationes contrariorum. Similiter autem neq; intermediorum vllum possibile est prædicari de vno & eodem. Albo em̃ existente subiecto dicentes ipsum esse: neq; albũ: neq; nigrũ mentientur. Accidit em̃ albũ esse ipsum, & nõ esse: alterũ enim cõplexorũ verificabitur de ipso: hæc autem est cõtradictio albi. Neq; em̃ itaq; secũdũ Heraclitũ cõtingit vera dicere neq; secũdũ Anaxagorã. Si autem nõ accidet cõtraria de eodem prædicari. Cũ em̃ in omni dicat omnis esse partem nihil magis dicit dulce esse quã amarũ aut reliquarũ quarũcũq; contrarietatum. Si quidem in omni existit nõ potentia solũ: sed actu & segregatũ. Similiter autem neq; omnes falsas: neq; veras dictiones possibile esse, & propter alia multa collectarũ vtiq; difficultatũ propter hanc positionem. Et quia falsis quidem existentibus omnibus neq; hoc ipsum quis dicens verũ dicet. Veris autem falsas esse omnes dicens non mentitur.

CAPVT VI.



OMNIS autem scientia quærit aliqua principia & causas circa vnũquodq; eorũ quæ sub ipsa scibiliũ: puta medicatiua & exercitatiua & reliquarũ vnaquæq; factiuarũ & doctrinaliũ. Vnaquæq; enim harum circunscribẽs aliquod genus ipsi circa hoc negociatur tanquã existens & ens: non inquãtũ autem ens. Sed altera quædam hic præter has scientias est scientia. Dictarũ autem scientiarum vnaquæq; sumens aliqualiter quod quid est in vnoquoque genere: tentat ostendere aliqua debilius aut certius. Sumũt autem quod quid est: hæ quidem per sensum: hæ autem supponentes: propter quod & palam ex tali inductione quod substantiæ & eius quod quid est non est demonstratio. Quoniam autem est quædam de natura scientia palam: quia & à practica altera & factiua erit. Factiuæ quædam enim in faciente & non in facto motus principium & hoc est siue ars aliqua siue aliqua alia potentia. Similiter autem & practicæ nõ in agibili magis autem in agentibus motus. Quæ autem physici circa habentia in ipsis motus principium erit. Quod quidem igitur neq; factiuã neq; actiuã: sed speculatiuã necesse est esse naturalem scientiã palam ex his. In vnũ enim aliquid horũ generum necesse cadere ipsam. Quoniã autem quod quid est necessariũ vnicuiq; aliqualiter, scientiarum scire, & hic vtiq; principio oportet non latere qualiter diffiniendum naturali, & qualiter

L Substantiæ & qđ quid est nõ est demõstratio.

M Phylosophia naturalis est circa habentia in ipsis principiũ motus.

ſubſtãtiæ ratio ſumenda: vtrum vt ſimum aut magis vt concauum. Horũ enim ſimi quidẽ ratio cũ materia dicitur, ea quæ rei: quæ autẽ cõcaui ſine materia. Simitas em̃ in naſo fit: ꝓpter quod & ratio ipſius cũ hoc dicta eſt. Simus em̃ eſt naſus concauus. Manifeſtũ eſt igitur quod carnis & oculi & reliquarũ partiũ cũ materia ſemper rationẽ reddẽdũ: q̃m autẽ eſt quædã ſciẽtia entis inquãtũ ens, & ſeparabile: cõſiderãdũ vtrũ quidẽ naturali eãdẽ ponendũ eſſe hãc: aut magis alterã. Naturaliter quidẽ igitur circa habẽtia motus principiũ in ipſis eſt. Mathematica autẽ ſpeculatiua quidẽ eſt circa manẽtia quædã hæc: ſed nõ ſeparabilia, circa ſeparabile igitur ens & immobile altera ab his ambabus ſciẽtijs eſt aliqua: ſiquidẽ exiſtit aliqua ſubſtãtia talis. dico autem ſeparabilis, & immobilis quod quidem tentabimus oſtẽdere. Et ſiquidem eſt aliqua talis natura in entibus hoc vtiq; erit alicubi, & quod diuinũ. Et hoc vtiq; erit principaliſsimũ principiũ. Palã igitur quod tria genera ſpeculatiuarũ ſunt: naturalis: mathematica: theorica. Optimũ quidem igitur ſpeculatiuarũ genus: harũ autẽ ipſarũ vltima dicta: circa honorabiliſsimũ enim eſt entiũ. Melior autẽ & deterior vnaquæque dicitur ſecundũ propriũ ſcibile. Dubitabit autẽ vtiq; quis vtrũ entis inquãtũ ens ſcientiã vniuerſalẽ oportet poni aut nõ. Mathematicarũ quidẽ vnaquæq; circa vnũ aliquod genus determinatũ eſt quæ autẽ vniuerſali cõueniũt de omnibus. Si quidẽ igitur naturales ſubſtãtiæ primæ entiũ ſunt, & naturaliter vtiq; prima ſcientiarũ erit. Si autẽ eſt altera natura & ſubſtantia ſeparabilis, & immobilis alteram & neceſſe ſcientiam ipſius eſſe, & priorẽ naturali & vniuerſalẽ eo quod priorem.

N Vnaquæq; ſciẽtia dicitur melior & deterior ſecundũ propriũ ſcibile.

CAPVT VII.

O De ente per accidẽs nulla ſciẽtia cõſiderat neq; ars.



QVONIAM autẽ ſimpliciter ens ſecundũ plures dicitur modos: quorũ vnus eſt qui ſecundũ accidẽs dicitur conſiderandũ primo de ſic ente, quod quidem igitur nulla traditarũ ſcientiarũ negociatur circa accidens palam. Neq; enim ædificatiua conſiderat quid accidet vtentibus domo: puta ſi triſte: aut contrariæ habitabũt: neq; textiua coriatiua neq; coquinaria, quod autem ſecundum ipſam proprium vnaquæq; harum conſiderat ſcientiarũ ſolũ: hoc autẽ eſt proprius finis. Neq; inquantũ muſicũ & grãmaticum: neq; exiſtentẽ muſicũ: quia factus grãmaticus: ſimul erãt ambo: pri⁹ nõ ens. Quod aũt nõ ſemꝑ ens factũ & hoc: quare

ſimul

ſimul muſicus factus eſt grammaticus. Hoc autẽ nulla quærit P
confeſſe exiſtentium ſcientiarũ niſi ſophiſtica. Circa accidens
enim hoc ſola negociatur. Propter quod Plato nõ male dixit:
dicens circa non ens ſophiſticam verſari. Quod autem neq; cõ-
tingens eſt eſſe accidentis ſcientiam: manifeſtum erit tentanti-
bus ſcire quid eſt accidens. Omne itaq; dicimus eſſe hoc quidẽ
ſemper & ex neceſsitate. Neceſsitate aũt nõ ſecundũ violentiã
dicta: ſed ſecundũ ꝙ vtimur in his quæ ſecundũ demonſtra-
tiões: hoc aũt vt plus: hoc verò neq; vt in plus neq; ſemper &
ex neceſsitate: ſed vt cõtingit: puta ſub cane fiet vtiq; frigus. Sed
hoc neq; vt ſemper & ex neceſsitate: neq; vt in plus fit. Accidet
tamen aliquando vtiq;. Eſt itaq; accidens quod fit quidem: nõ
autem ſemper: neq; ex neceſsitate neq; vt in plus. Quid quidẽ
igitur eſt accidẽs dictũ eſt. Quia non eſt autem ſcientia talis
palam. Scientia quidem enim omnis ſemper entis: aut in plus.
Accidens autem in neutro horum eſt. Quod autem ſecundum
accidens entis nõ ſunt cauſæ: & principia talia: qualia quidem
ſecundum ſe entis palam. Erunt enim omnia ex neceſsitate. Si
enim hoc quidem eſt huius entis: hoc autem huius: hoc autem
non vt contingit: ſed ex neceſsitate erit: & cum hoc erit cauſa
vſq; ad vltimum dictum cauſatum: hoc autem erat ſecũdum
accidens: quare ex neceſsitate omnia erunt. Et quod vtrũq; con
tingit & accidere, & fieri: & non omnino ex generatis auferi:
& ſi non exiſtens: ſed quæ ſit cauſa ſupponatur eadem accidẽt.
Omne enim ex neceſsitate fiet. Si enim cras eclypſis fiet: ſi hoc
fuerit. Hoc autem ſi alterũ aliquod: & hoc ſi aliud: & hoc itaq;
modo à finito tempore eo quod à nunc vſq; cras ablato tem-
pore veniet: & quandoq; ad exiſtens. quare ſiquidem hoc eſt:
omnia ex neceſsitate poſt hoc fient: vt omnia ex neceſsitate
fiant. Quod autem vt vere ens: & ſecũdum accidens: hoc quidẽ
eſt in complexiõe mentis: & paſsio in hac: propter quod circa
ſic quidem ens non quærũtur principia. Circa aũt quod extra
ens & ſeparabile: hoc autem non neceſſarium ſecundum infini
tum. Dico autem quod ſecundum accidẽs. Talis autem inordi-
natæ & infinitæ cauſæ. Quod autem gratia huius in his quæ à
natura fiunt & à mente eſt. Fortuna autem eſt quando aliquid
horum fuerit ſecundũ accidẽs. Sicut enim & ens eſt: hoc quidẽ Q
ſecundũ ſe: hoc autẽ ſecundũ accidens: ſic & cauſa. Fortuna au-
tem cauſa ſecundũ accidens in factis ſecundũ electionem eorũ
quæ

Nõ male dixit Plato ſophiſticã verſari circa nõ ens. Idẽ. 6. meta. text. com. 4.

Quid ẽ fortuna.

quæ gratia huius. Propter quod circa eadem fortuna & mens. electio enim non sine mente. Causæ autem infinitæ à quibus vtique fiet quod à fortuna. Propter quod incerta humane cognitioni & causa secundū accidens. Simpliciter autē nullus. Bona autē fortuna & mala cū bonum aut malum euenerit. Prosperitas autem & infortunium circa magnitudinē horum. qm̄ aūt nullū secundū accidens prius his quæ secundū se. Neque igit̄ causæ per accidens causis per se erunt priores. Si igitur fortuna aut casus causa cæli: prius intellectus causa & natura.

Idē. 2. physi. te. com. 67.

CAPVT VIII.

Est autem quidem hoc actu solum: hoc autem potentia: hoc autem potentia & actu: hoc quidem ens: hoc autem quantum: hoc autem reliquorum. Nō est autē aliquid motus præter res: permutatur enim semper secundū entis cathegoricas. Commune autē in his nullum est quod neque in vna cathegoria. Vnūquodque autem dupliciter existit oībus: vtputa quod hic illud quidem forma ipsius: hoc autē priuatio. Et secundū quale hoc quidem album. hoc autem nigrū. Et secundū quantū: hoc quidē perfectū: hoc autē imperfectū. Et secundū lationē hoc quidē sursum: hoc autē deorsum: hoc autē leue: hoc autē graue. Quare motus & permutationis tot species: quot entis. Diuisio autem secundū vnumquodque genus: hoc quidē potentia: hoc autem actu eius quod potētia inquantum tale est actum dico motum. Quod autem vera dicimus hic palam. Cum enim ædificabile inquantum tale ipsum dicimus esse actu inquantum ædificatur: & est hæc ædificatio: similiter doctrinatio: curatio: ambulatio: saltatio: orbatio. accidit autem cum fuerit actu eodem & neque prius: neque posterius: iam potentia entis cum actu ens operatur: non inquantum ipsum: sed inquantum mobile motus est. Dico autem inquantum sic: est enim ęs potentia statua: sed tamē non eris actus inquantum est ęs motus est. Non enim idem esse & potentie alicui: quoniam si idem erat simpliciter & secundum rationem erit vtique eris actus motus quidam: non est autem idem. Palam autem in contrarijs. Posse quidem enim sanari & posse laborare non idem. Etenim si sanari & laborare idem esset. Subiectum autem & sanum & languens siue humiditas siue sanguis idem vt vnum. quoniam autem non idem quemadmodum neque color idem & visibile possibilis inquātum possibile

Idem. 3. ph. te. com. 5.

R Posse sanari & posse laborare non sunt idē. Vide etiam. 3. ph. t. cō. 10.

sibile actus motus est. quod quidem enim est hic & quod accidit tūc moueri quādo fuerit actu sic: & nec prius nec posterius palam. Contingit enim vnumquodq; aliquando quidem actu esse aliquando autē non: puta ædificabilis inquantū ædificabile: & ædificabilis actus inquantū ædificabile ædificatio est: aut enim hæc domus est: aut ædificatio actus: sed cū domus fuerit non adhuc ædificabile erit: ædificatur autē ædificabile. Necesse igitur ædificationem actū esse: ædificatio autem motus quidā. Eadem autē ratio & in aliis motib⁹. quod autem bene dictum est palam: ex quibus alij dicunt de ipso: & ex eo q̄ nō facile est aliter diffinire ipm. Neq; em̄ in alio aliquis genere poterit ponere vtiq; ipsum. Palā autē ex quibus dicunt hi quidem alteritatē: & inequalitatē: & non ens: quorū nullum necesse moueri. Sed nec permutatio: neq; in hoc: neq; ex his magis q̄ ex oppositis. Causa autē in hoc ponendi: quia indefinitum videtur aliquid esse mot⁹. Alteri⁹ coelementatiōis principia: quia priuatiua sunt indeterminata. Neq; enim hoc neq; tale vllum ipsorū neq; reliquorum prædicamentorū. Cur autem videatur indeterminatus causa: quia nec in potētia entiū: neq; in actu est ponere ipsum. Neq; enim possibile quantū esse moueri ex necessitate: neq; quod actu quantum. Motusq; actus quidem videt aliquis: imperfectus autem. Causa autem quia imperfectum quod possibile cui⁹ est actus & propter hoc difficile ipsum sumere quid est. aut enim in priuationē necesse poni: aut in potētiam: aut in actum simplicē: horum autem nullum videtur contingens. quare relinquitur quod dictum est esse: & actū: & non actu dictū videre quidē difficile; contingentem autem esse: & quod est motus in mobili palam: actus est enim huius à motiuo & motiui actus nō alius est: oportet quidem enim esse actū amborum. Motiuum quidem enim est in posse: mouēs autem in operari: sed est actiuum mobilis. Quare similiter vnus amborum actus: quemadmodum eadem distantia vnum ad duo: & duo ad vnum: & ascendentis & descendentis; sed esse non vnum: similiter autem in mouente: & in moto.

CAPVT IX.



INfinitum autem aut quod impossibile pertransire eo q̄ non sit natū pertransiri quemadmodum vox inuisibilis: aut pertransitionē habens imperfectam aut quod vix: aut quod natum est habere & nō habet

bet pertrāſitionem:aut terminum.adhuc oppoſitione aut abla tione:aut vtrocꝫ.Separabile quidē igitur itaqꝫ ipſum aliquid ens:ſenſibile autem non poſsibile eſſe.Si enim nec magnitudo eſt nec multitudo ſubſtantia autem ipſum infinitū & nō accidens indiuiſibile erit.quod enim diuiſibile aut magnitudo aut multitudo.Si autem indiuiſibile non infinitum niſi ſicut vox indiuiſibilis:ſed nō ſic dicunt.neqꝫ nos ſic quærimus:ſed tanqꝫ impertrāſibile. Adhuc quomodo contingit per ſe eſſe infinitū: ſed non & numerus & magnitudo quorum paſsio infinitum. Adhuc ſi ſecundum accidens non vtiqꝫ erit elemētum entium inquantum infinitum:quēadmodum neqꝫ indiuiſibile loquele quāuis vox indiuiſibilis.Et qđ nō eſt actu eſſe infinitum palā. Erit quæcūqꝫ ipſius pars accepta infinita.Infinito eñ eſſe: & in finitum idem:ſiquidem ſubſtantia infinitum & non de ſubiecto.quare aut indiuiſibile aut īfinita diuiſibile ſi partibile. Mul

S ta autem eſſe idem impoſsibile infinita: quemadmodum eñ pars aeris aer.ſic infinitum infiniti ſi eſt ſubſtantia & principiū.Impartibile igitur & indiuiſibile:ſed impoſsibile eſt actu infinitum.quātum enim eſt neceſſe eſſe.Secundum accidēs igi tur exiſtit:ſed ſi ſic dictum eſt qđ nō contingit illud eſſe principium:ſed illud cui accidit aerem aut parem:hoc quidem igitur inquiſitio vniuerſalis.Quod autē in ſenſibilibus non eſt hinc palam.ſi enim corporis ratio ſuperficiebus determinatur non erit vtiqꝫ infinitū corpus:neqꝫ ſenſibile:neqꝫ intellectuale:neqꝫ numerus:& ſeparatus & infinitus.nūerale.n.nūerus:aut nume rū hñs. Naturaliter aūt ex his palā:nec eñ cōpoſitū poſsibile eſſe neqꝫ ſimplex.Cōpoſitum quidem enim nō erit corpus ſi infinita ſunt multitudine elementa.oportet eñ equari contraria & non eſſe vnū ipſorū infinitum.Si enim cuicūqꝫ deficit al terius corporis virtus corrūpitur ab infinito.finitum vnūqđqꝫ autē impoſsibile infinitum eſſe corpus eñ qđ eſt oīno habet di ſtenſionē:infinitū autem infinite diſtat:quare infinitū corpus omnino erit infinitum.neqꝫ vnū:neqꝫ aut ſimplex cōtingit infinitum eſſe corpus:neqꝫ vt dicunt quidam præter elementa ex

T quo generāt hoc:nō eñ eſt tale corpus præter elemēta. Omne enim ex quo eſt diſſoluitur in hoc:non videť aūt hec circa ſim plicia corpora nec ignis nec aliquod aliud elementorum nullum:ſine eo quod eſt infinitum eſſe aliquod ipſorum quemadmodum Heraclitus ait omnia:aut fieri ignem. Eadem autē ratio

ratio & in vno quod faciunt præter elemẽta phyſici.omne enĩ permutatur ex contrario puta ex calido in frigidum. Adhuc autem ſenſibile corpus alicui:& idẽ locus totius & partis puta terræ.quare ſiquidẽ eiuſdẽ ſpeciei immobile erit: aut ſemp fert hoc aũt impoſsibile.quod enĩ magis deorſum ꝙ ſurſum aut vbicũq;:puta ſi gleba fuerit vbi hoc mouebitur aut mouebit. Locus enĩ ipſi⁹ cõnaturalis corporis infinitus. Obtinebit igit totũ locum quomodo.Et quæ igitur manſio & motus ſi vbiq; manet nõ mouebitur: ſi autẽ vbiq; non igitur ſtabit.Si autem totũ diſsimile & diſsimilia loca. Primũ quidem nõ vnũ corpus vniuerſi niſi tactu.Deinde aũt finita hęc erunt:aut infinita ſpecie.Finita quidem igitur nõ poſſe:erunt enĩ hæc infinita. hæc aũt non:ſi omne infinitũ puta ignis aut aqua. Corruptio autẽ ꝙ tale contrarijs.Si autem infinita & ſimplicia & loca in finita:& erunt infinita elemẽta.Si aũt hoc impoſsibile & loca finita:& omne neceſſe eſt finitũ eſſe.Totaliter autẽ impoſsibile infinitum eſſe corpus & locum corporibus ſi omne corpus ſenſibile,aut leuitatem,aut grauitatem habet, aut enĩ ad mediũ, aut ad ſurſum fertur.Impoſsibile autem infinitum,aut omne, aut dimidium quodcũq; iſtorum paſſum eſt.quomodo enim diuidens, aut quomodo infiniti erit, hoc quidem deorſum, hoc autem ſurſum, aut extremum eſt medium. Adhuc omne ſenſibile corpus in loco.loci autem ſpecies ſex.impoſsibile autem in infinito corpore hoc eſſe.Totaliter autem ſi impoſsibile locum infinitum eſſe,& corpus impoſsibile.Quod enim in loco alicubi eſt,hoc autem ſignificat aut deorſum aut ſurſum aut reliquorum aliquod. Horum autem vnumquodque terminus aliquis.Infinitum autem nõ idem in magnitudine & motu & tempore,vt vna quædam natura,ſed quod poſterius dicitur ſecundũ prius.puta motus ſecundum magnitudinẽ in qua mouetur,aut alteratur,aut augetur. Tẽpus aũt ꝑpter motũ.

CAPVT X.

PErmutat̃ autẽ quod permutatur hoc quidẽ ſecundũ accidens vt muſicũ ambulare. hoc aũt eo ꝙ huius aliquid permutatur ſimpliciter dicit̃ permutari puta quæcũque ſecundum partes.Sanatur enĩ corpus, quia oculus eſt,aut aliquid, & quod ipſum primũ mouet̃, & hoc eſt per ſe mobile.Eſt aũt aliqd & in mouẽte eodẽ mõ. Mouet enĩ ſecũdũ accidẽs,hoc qdẽ ſecũdũ partẽ,hoc aũt per ſe.Eſt aũt aliqd mouens primũ,eſt aũt aliqd quod mouet̃. Adhuc in


quo

quo tempore & ex quo & in quot species, aut & nassiones, & locus in quo mouentur mota quæ immobilia sunt, puta scientia & caliditas, est autem non caliditas motus sed calefactio. Quæ non secundũ accidens permutatio non in omnibus existit, sed in contrarijs, & intermedijs, & in cõtradictione Huius aũt fides ex inductione, permutatur eñ quod permutatur, aut ex subiecto in subiectũ, aut ex nõ subiecto in non subiectũ, aut ex subiecto in non subiectum aut ex non subiecto in subiectũ. Dico autem subiectum quod affirmatione monstratur, quare necesse est tres esse permutationes. Quæ enim ex non subiecto in non subiectum non est permutatio, neq; enim contraria est, neq; contradictio, quia non est oppositio. Quæ quidẽ igitur ex non subiecto in subiectum secundum contradictiones generatio est. quæ quidem simpliciter simplex, quæ est alicuius quædam, quæ ex subiecto in non subiectum corruptio. Si itaq; nõ ens dicitur multipliciter, & nec quod secundum compositionem aut diuisionem contingit moueri, nec quod secundum potentiam quod simpliciter oppositum enti Quod enim non album, aut non bonum tamen contingit moueri secundum accidens. Erit enim vtiq; homo ꝙ non album, ꝙ autem simpliciter non hoc nequaquam. Impossibile enim non ens moueri. Si autem hoc, & generationem esse. Generatur enim non ens, si enim & quam maxime secundum accidens generatur. Sed tamen verum dicere quod existit non ens de generato simpliciter, similiter aũt & quiescere. Hæc itaq; accidunt difficilia si oẽ quod mouetur in loco, nõ ens aũt non est in loco. Erit eñ vtique alicubi, neq; itaq; corporum primo motus. Contrariũ eñ motui motus aut quies, corruptio autem generationi. Quoniã autem omnis motus permutatio quædam. Permutationes autẽ tres dictæ. Harũ aũt quæ secũdũ generationẽ & corruptionẽ non motũ hæ aũt sunt quæ secũdũ cõtradictionẽ. Necesse autẽ eam quæ ex subiecto in non subiectum mutationem esse solã. Subiecta autẽ aut contraria aut intermedia. Etenim priuatio ponatur contrariũ, & monstratur affirmatione, puta nudum et ædentulũ & nigrũ. Si igitur prædicamẽta diuisa sunt, substantia, qualitate, loco, facere, aut pati, ad aliquid quãdo necesse tres esse motus. s. qualis quanti & loci. Secundum substantiam aũt non propter nullum esse substantię contrariũ. Neque ad aliqd, est eñ altero nihil pmutatio verificari nihil pmutatũ. Quare secũdũ accidẽs motus ipsorum. Neque facietis & patientis aut

mouentis

mouentis & moti,quia non est motus motus, neq; gñationis gñatio,nec totaliter permutatiõis permutatio.Dupliciter em̃ contingit motus esse motum,aut vt subiecti velut homo mouet̃,quia ex albo in nigrũ permutat̃.quare sic & motũ, aut calescit aut infrigidat̃,aut locũ permutat, aut auget̃, hoc aũt impossibile.Nõ em̃ subiectorũ aliquid permutatio, aut eo q̃ alterum aliquod subiectũ ex permutatiõe permutet̃ in aliã specievelut homo ex languore in sanitatem,sed nec hoc possibile nisi secũdũ accidẽs. Omnis em̃ motus ex alio in aliud est permutatio & generatio,& corruptio eodem modo. Veruntamẽ quæ quidem ex oppositis, sic autem non sic,non motus.Simul igitur permutatur ex sanitate in ægritudinem, & ex hac ipsa permutatione in aliam.Palam aũt quia si languerit permutatus erit in qualiacunq;. Contingit enim quiescere & adhuc in non cõtingentẽ semper & illa ex aliquo in aliquid aliud erit, quare opposite erit sanatio,sed per accidẽs,velut ex reminiscẽtia in obliuionem permutatur, quia cui existit id permutatur quandoq; quidem in sañitatẽ, quandoq; autem in scientiam. Adhuc in infinitum ibit si erit permutationis permutatio, & generationis generatio.Necesse igitur & priorem si posterior, puta si simplex generatio fiebat aliq̃n,& quod fit fiebat,quare nondum erat quod fiebat simpliciter si aliquid fiens simpliciter,aut factum. Si itaq; & hoc fiebat aliquando quare nondũ erat tunc genitum.Quoniam autem infinitorum non erit primum,quare neq; habitum,neq; fieri igitur, neq; moueri possibile est,neq; permutari nullũ:Adhuc eiusdẽ motui contrariũ & quies & generatio & corruptio, quare quod fit cum fiat fiẽs tunc corrumpetur, neq; enim confestim factum neq; posteri⁹. Esse enim oportet quod corrumpitur.Adhuc oportet materiã subesse ei quod fit & permutatur,quæ igitur erit quemadmodum alterabile corpus: aut anima aliquid sic aliquid quod sit motus & generatio, & aliquid in quod mouentur.] Oportet enim aliquid esse eum qui huius ex hoc in hoc motũ non motũ. Qualiter igitur,neq; enim erit disciplina disciplinationis quare neq; generatio generationis.Quoniã autem neq; substãtiæ neq; eius quod ad aliquid,neq; eius quod est facere & pati, relinquitur secundum q̃ quale & quantum & vbi motũ esse. Horũ em̃ vnicuique contrarietas est. Dico em̃ quale non quod in substantia.etenim differentia quale secundũ q̃ passiuum,se

cundum quod dicitur pati, aut impassibile esse. Immobile autem quod taliter impossibile moueri, & quod vix in tempore multo tarde incipiens, & quod natum quidem moueri, non potens autem quando natum est, & vbi, & vt, quod voco quiescere immobilium solum, contrarium enim quies motui, quare priuatio vtique erit susceptiui. CAPVT XI.



Simul autem secundum locum sunt quæcunque in vno loco primum, & seorsum quæcunque in alio, tangi autem quorum vltima sunt simul. Intermedium autem in quod natum est prius peruenire quod permutatur quam in quod vltimum permutatur secundum naturam continue permutans contrarium secundum locum & secundum rectum plurimum distans, consequenter autem est quod post principium ente positione aut specie aut aliter qualiter determinato nihil intermedium eorum quæ in eodem genere & cuius consequenter est, vt lineæ lineæ, aut vnitates vnitatis, aut domus domus. Aliud autem nihil prohibet intermedium esse. Quod enim consequenter posterius aliquid. Non enim vnum consequenter duorum, neque noua luna secundæ habitum aut quodcunque consequenter: ens tangit, quoniam omnis permutatio in oppositis, hæc autem contraria & contradictio contradictionis aut nullum intermedium. Palam quod in contrarijs intermedium, continuum autem quod quidem habitum aliquid. Dico autem continuum cum idem fuerit & vnum vtriusque terminus quibus tangunt et continent, quare palam quod continuum in his sit ex quibus vnum aliquid natum est fieri secundum contactum: & quia primum quod consequenter palam. Quod enim consequenter non tangit, hoc autem consequenter & si continuum tangit. Si autem tangit nondum continuum. In quibus autem non est tactus non est connascentia in his quare non est punctum huic vnitati idem. His quidem enim inest tangi, his autem non, sed ad consequenter. et horum quidem intermedium aliquid, horum autem non.

Explicit Liber vndecimus Arist. primæ philosophiæ.

Auer. Liber vndecimus super duodecimo Arist. primæ philosophiæ.

In duodecimo metaphysicæ sunt quatuor summæ.

In prima ostendit quod ad hanc scientiam attinet consideratio potissimum de substantia a tex. 1. vsque ad. 5.


Secunda est a tex. 5. vsque ad. 29. in qua agitur de substantia sensibili.

Tertia

Tertia summa est a tex.29.vsq; ad.36. In qua philosophus disputat de substātia immobili declarans esse aliquā substātiam immobilē a materia separatam & sempiternam. Mox.a.36.vsq; in finem inquirit perfectionem ac conditiones talis substantiæ separatæ a materia &c.

CAPVT I.

A



E substantia quidem theoria est:nam substantiarū principia & causæ quæruntur. Cōsideratio quid est de substantia est quæsita:sunt em̄ causæ & principia substantiæ. 1

Consideratio dixit Alexander quia sua intentio in hac arte fuit loqui de ente in eo quod est ens: & de causis & principijs eius. cum prima phylosophia de istis duobus consideret. & iam declaratum est quod substantia principaliter est ens & est causa cæterorum:incæpit in hoc tractatu quærere de principijs entis quod est substantia. Et.d.& intendit per hoc quod dixit quod consideratio est de substantia idest quod consideratio in hoc tractatu est de substantia idest de principijs eius. Et potest intelligi quod consideratio in hac scientia principaliter est de substantia & de principijs eius: sed melius est dicere quod incæpit tractatum istum cum intentione eius. Et secundum hoc intelligendum est substantiam generabilem & corruptibilem:& æternam:& quod sua intentio in hoc tractatu principaliter est loqui de principijs substantiæ æternæ:de principijs autem substantiæ sensibilis generabilis & corruptibilis locutus est in tractatu secundo & tertio.& etiam declaratum est in naturalibus:sed alio modo.Consideratio enim de principijs eius in eo quod est substantia alia alia,est a cōsideratione de eis inquantum sunt causæ transmutationis. & ideo incæpit primo considerare de principijs substantiæ generabilis & corruptibilis & facere rememorationem de hoc quod declaratum est in naturalibus & in tractatu præcedenti hunc. Et ideo iste tractatus videtur diuidi in duo scilicet in considerationem de principijs substantiæ generabilis & corruptibilis:& æternæ.

B Continuatio.7.me.t.cō.4.&.t.com.1. Expositio. Documētū. Idem.7.me.c.9.& quæ ibi. Primus vsq; ad.29.secūdus a.29.vsq; in finē.

Etenim si totum quoddam omne substātia est prima pars: & si eo quod est consequenter & ita primum substantia deinde qualitas aut quantitas. Quoniam si hoc totum fuerit quasi aliquod vniuersum substantia est pars primi: & si est secundum quod aliquid consequitur aliquid successiue:& tunc etiam substantia hoc modo est prima: & post hoc quale & quantum. 2

Intendit per totum ens:& quasi dicat quod diximus quod consideratio est de substātia:quoniam si aliquis fuerit opinatus quod ens est quasi vnum vniuersum continuum credendum est q̄d substantia est pars primi, & si opinatus fuerit quod quidam prius est quoddam in esse: & quod ex eo hoc est primum:hoc autem secundum: dignius est credere

Prima expositio Alexandri. A

qđ substantia principaliter est ens.& iste modus prioritatis est quem intendit Ari.& est quod prius declarauit. Et cum de ente quiddam est primum.s.substantia:& quiddam secundũ necesse:est ei qui cõsiderauit de principijs entis in eo quod est ens vt cõsideret de principijs substantiæ hæc igitur est intẽtio Alexãdri:& est expositio vera. Dixit, & potest intelligi per hoc quod dixit quasi vniuersum genus:& per hoc quod dixit pars primi:species:&.q.d.quoniã si ens est quasi genus:tunc sua prima species est substantia.deinde debilitauit hanc expositionẽ:quia verũ genus nõ habet species priores se adinuicẽ:sed oẽs sunt secundũ vnũ ordinẽ. Dico ergo ꝙ intẽdebat Ari.dicere apud me qđ ens aut demonstrat vnũ genus & vnã naturã aut genera diuersa:& quomodocunq; sit manifestũ est ꝙ substãtia est prior cæteris:multa enim quę sunt eiusdem generis sunt priora adinuicem: vt sunt substãtiæ se priores adinuicem. Prioritas enim inuenitur in eodẽ genere:& in diuersis generibus quæ dicũtur in respectu eiusdem rei:vt dicitur ens de.x.prædicamentis: secundum hoc igitur intelligendũ est de hoc quod dixit vniuersum totum collectũ.s.indiuiduum & vniuersale collectũ ex speciebus in quibus inuenitur prioritas & posterioritas. Themistius autẽ exponit sic.dicendo,totũ eñ siue fuerit adunatũ:sicut est adunatio mẽbrorũ in corpore humano:& partium in corpore plantæ:aut fuerit compositum ex rebus contingentibus se adinuicem:sicut domus & nauis:aut fuerit compositum ex rebus segregatis:sicut ciuitas & exercitus:necesse est vt prima suarũ partium sit substantia:& quod locus eius sit de toto: sicut locus cordis de corpore animalis.Si autem non fuerit huiusmodi:sed sicut vnum inuenitur in numero:deinde duo:deinde tria: aut sicut in figuris rectarum linearum primo inuenitur triangulus:deinde quadratum etiã secundum hoc substantia inuenitur prima:deinde quantitas & qualitas. Substantia enim prior est istis:sicut vnum alio numero:& triangulus alijs figuris.hoc igitur dixit.Themistius in sua abbreuiatione.Sed ipse intellexit de vniuerso tres modos:aut vniuersum compositum ex partibus consimilibus adunatis adinuicem:aut contingentibus se:vt corpora artificialia:aut segregatis:vt partes ciuitatis & exercitus: & hæc additio est superflua.Nullus enim existimat quod partes entis quæ sunt.x.prædicamenta sint contingentes se:aut segregatæ in loco : sed sua expositio ad hoc quod dixit de particula secunda scilicet hoc quod dixit.& si fuerit secundum quod aliquid consequitur aliquid:vt numerus & superficies consequuntur se adinuicem:est mala expositio.Prioritas enim in numeris & superficiebus est in eodem genere:sed prioritas substãtiæ alijs prædicamẽtis nõ est eodem genere:sed sicut prioritas rei ad res quæ attribuũtur ei.Expositio igitur Alexan.in hac particula est vera. Sed quærendum est & dicendum:iam declarauit superius modum quo substantia præcedit alia prædicamenta:sed tamen Arist.nõ intendebat ponere istos duos modos prioritatis nisi ad confirmandum suum sermonem contra aduersarium:cum aduersarius non possit ponere quod substantia antecedit alia prædicamenta nisi his duobus modis in quibus necesse est vt substantia sit prior:& cum dixerimus quod intentio Arist.est ista quomodo reputat aliquis quod dispositio substantiæ cum alijs prædicamentis est sicut dispositio continui ex partibus consimilibus nisi intelligat

Secunda expositio Alexan.

Auer.secundam.Alex.sustinet.

Prioritas inuenitur ĩ eodem gñe: & 2 in diuersis generibus quæ dicuntur respectu eiusdem rei.

Impugnatio Themi.

3 Opinio auer.

ligat quod prioritas rerũ huiusmodi sit prioritas rerum quæ sunt eius/dem generis: mẽbra enim corporis sunt in eodem genere: sed cor antece/dit ea: & secundũ hoc nulla differẽtia est inter hanc prioritatem: & prioritatem numerorũ: & superficierũ: sed hoc in continuo: & hoc in discre/to: & cum ita sit substãtia nõ videtur antecedere alia prædicamenta nisi altero istorum duorum modorũ: aut sicut ea quæ sunt in eodem genere præcedunt se adinuicem apud reputantes quod hoc nomen ens dicitur de eis: sicut numerus de duobus & tribus: aut sicut res antecedit res quæ attribuuntur ei: & non sunt in eodem genere: vt sanitas antecedit sanabi/lia: & medicina antecedit res attributas medicinę: & ista comparatio est vera comparatio. Et est intelligenda per hoc qd'.d. quoniã si hoc to/tum fuerit.q. vniuersum.i. res quæ antecedunt sibijnuicem: & sunt in eodem genere secundum expositionem quam dubitauit Alex. & accepit Arist. in hoc loco vniuersum loco generis ne accideret ei dubitatio quæ accidit Alex. cum genus dicitur quandoq; vniuoce: & quandoq; secundum prius & posterius: & ideo omisit hoc nomen genus: & accepit vni/uersum in suo loco. & ideo si huiusmodi genus fuerit intellectũ p vniuersum erit vera exposito. Themistius vero non intellexit hunc locum: & trãsmutauit expositionem. Posuit enim intentionem primæ particulæ in secunda: & exposuit primam in modum quem non habet substantia cum alijs prædicamẽtis: & dimisit verã cõparationẽ quã habet substãtia cum alijs prædicamentis. Expositio igitur Alexan. est quam non com/pleuit. Themi. autem a est purus error. & causa in hoc est diminu/tio quæ accidit in expositione Alex. Themi. enim non abbreuiauit nisi expositionem Alexan.

C

In quo dif/fert ab Alexan.

Genus quã doq; dicitur vniuoce & quãdoq; se/cundũ prius & posteri⁹.

Idẽ.j.de aïa. cõ.7.&.2. de aïa.5. &.3.de.a.4. me.com.2. &.5.me.cõ.4.

Similiter autem nec entia nihil est simpliciter dicere hæc: sed qualitates & motus: aut & non album: & non rectum. Dicimus enim esse: & hoc puta est nõ album. Amplius nihil aliorum separabile. Testantur autem & antiqui opere. Nam substantiæ quærebant principia: & elementa: & causas.

a In quo differt a Themistio.

Et cum hoc non sunt entia simpliciter præter illa: sed qualitas & motus: quia neque album neq; rectum dicitur veræ quot sunt entia etiam. & similiter numerus non album: & etiam nullum aliorum est abstractum. Et antiqui etiam testantur per hoc quod faciunt. illi enim quærunt elementa & causas substantiæ.

Hæc est alia causa propter quam cõsiderandum est de substantia tan/tum. Nullum enim inuenitur aliorum simpliciter: sed in substantia. Verbi gratia. quia qualitas non dicitur ens simpliciter neq; motus: sed dici/tur esse qualitas & esse motus. Motus enim est motus alicuius. & quali/tas est qualitas alicuius. substantia vero non est substãtia alicuius. Ens igitur principaliter & simpliciter est substantia. Et quia aliquis po/test dicere quomodo alia prædicamenta diminuuntur a substantia tan/tum. & hoc nomen ens dicitur de omnibus. dixit respondendo, simili/ter inuenitur non albũ idest & hoc nomen ens quãuis dicatur de eis ta/ 3

men dicitur quod hoc'est album:& hoc est mobile:tamen hoc non dat vt perfecte habeant esse.quoniam hoc etiam dicitur ens in negando esse
2 cum dixit.hoc est non album & non rectum. Et cũ dixit. quod sub/ stantia dicitur ens simpliciter:& alia prædicamenta secundum compa/ rationem dedit causam in hoc.& dixit.etiam nullum aliorũ est abstra/ ctum,id est & causa in hoc est quod substantia est constans est ens per
3 se:& alia sunt in substantia. Deinde dedit testimonium.& dixit.anti qui etiam testantur &c.id est & antiqui testantur nostræ opinioni per hoc quod fecerunt quando quærebãt de principijs entium: tunc enim quærebant elementa & causas substantiæ.

Idem primo phy.14.

Qui quidẽ nunc vniuersalia substantias magis ponũt:nam genera vniuersalia quæ dicunt principia & substãtias esse magis propter logicé inquirere. Qui veró antiquitus particularia vt ignem & terram:sed non cõmune corpus. Qui veró modo sunt ponũt substantiam esse vniuersalia. vniuersalia enim de quibus dicunt esse proprie principia substantiæ sunt genera: quia reputatio eorum fuit secundũ logicam. antiqui autẽ particularia:vt ignem & terram:sed non corpus vniuersale.

4 Cum narrauit ꝙ antiqui quærebãt principia substantiæ & prædixit opiniones eorũ de hoc.fecit hic rememorationẽ de eis. Et dixit. qui vero sunt.i.iuniores:& intendebat Platonẽ qui opinabaꝛ ꝙ vniuersalia sunt substãtiæ & principia substãtiæ sensibilis. opinabatur enim ꝙ ge
D nera sunt naturæ abstractæ:& non sunt existentia in particularibus ita ꝙ in eis coniungãtur. Vniuersalia enim apud Aristo.sunt collecta ex particularibus in intellectu qui accipit inter ea consimilitudinem:& facit ea vnam intẽtionem.Plato vero ponebat vniuersalia existẽtia extra animam per se. Et verificabat suam opinionem ex hoc quod sciẽtiæ & diffinitiones sunt de vniuersalibus.vnde videnꝛ esse perfectiora particularibus & priora eis. vniuersalia enim cum non fuerint non erunt particularia:sed econuerso non.& ideo ponebat vniuersalia esse principia & formas substantiæ sensibilis:sed destruendum est hoc iam in tra/ ctatu secundo. Et intendit per logicam hic considerationem quæ fit ex propositionibus nõ conuenientibus.Propositiões enim falsæ quæ/
2 dam sunt conuenientes,& quædam non. & vniuersaliter quia semper est in disputatione multotiens accidit & dicere extranea remota a na/ tura rei. Deinde dixit,antiqui vero particularia.vt ignem & terram, scilicet corpus vniuersale,id est antiqui vero opinabãtur quod corpus particulare est principium substantiæ vt ignis & terra:& nõ opinaban tur quod principium est corpus vniuersale vt moderni. Et cum nar/ rauit quod consideratio de principijs entis dat vt cõsideratio sit de sub/ stantia.& quod principia quærendæ substantiæ non sunt res vniuersa/ les:incæpit diuidere modos substantiæ.

Opi.pla.idẽ j. de aĩa. 9. 8.& quę ibi

Dĩa inter Ari. & Pla. de vĩib⁹.Fũdamẽtũ opi. Pla.Infra in 18.Alia litera habet in tracta.7.

Quid p logicã.Alia lra antiquorũ de q̃.j.phy/ si.48.

Cõtradictio ad tex.seq.

Substantiæ veró tres sunt: vna quidem sensibilis cuius alia quidẽ sempiterna:alia corruptibilis: quam omnes confitentur vt plantæ & animalia.Sempiterna autẽ cuius elementa necesse

est

est accipere:siue vnum siue multa. Alij vero immobilis:hāc dicunt quidem esse separabilem:hi quidem in duo diuidentes. Alij in vna natura species ponentes & mathematica. Alij horum mathematico solum.

Substantiæ autē sunt tres:quarū vna est sensibilis, & istius quædā est æterna,& quædā corruptibilis:quā omnes concedūt vt plantæ & animalia. Cuius elemēta necesse est accipere aut vnū aut plura. Alia autē est immobilis,& ideo dicūt quidam quod est abstracta,& quidā eorū diuidunt eā in duo,& quidā eorū posuerunt formas mathematicas in eadē natura, & quidā mathematicas tantum ex istis. B

Dicit quod substātiæ sunt tres sensibilis & insensibilis,sensibilis autem diuiditur in duo in substātiā æternam qđ est corpus quintū, & in substātiā generabilē & corruptibilē quā omnes cōcedunt vt plātæ & animalia,& dixit cuius elementa necesse est accipere. Alex. dixit super hoc qđ nō est intelligēda ex hoc substātia generabilis & corruptibilis & vtraq; generabilis & nō generabilis. Et Alex. dixit, demonstrare enim principia entiū quæ sint est primi phylosophi,& qđ istis vtitur naturalis est:nō quia declarat ea:sed quia ponit ea. Substātia enim immobilis est principiū & causa rerū naturaliū:de quo modo loquitur principaliter, illa autē alia principia sunt tantū naturalis, id est,ad declarandū quæ sunt,& dixit hoc qđ dixit postquā dixit substātiā sensibilē generabilē & corruptibilē scilicet cū dixit:cuius elemēta necesse est accipere:ita inuenitur in vna scriptura,& expositio est sicut diximus. Et in alia scriptura inuenitur sic,& hoc est æternū cuius elemēta est accipere &c.d. Alex.& expositio est secundū hāc literam,& necesse est accipere principia & elemēta substātiæ æternæ. Causa enim prima de qua in hac arte loquitur est causa & pincipium corporis diuini, dixit: sed prima scriptura est melior:quoniam iam posuit quod sua intentio est loqui de elementis sensibilis substantiæ in qua sunt res generabiles,& etiam ipse ita faciet postquam pertransibit de consideratione in istis rebus ad formas abstractas. Hæc sunt verba Alexan. Sed habent quæstionem. Cum enim dixit quod demonstrare principia entium est primi phylosophi:non naturalis,& quod naturalis ponit ea positione &c. id est, si intendebat quod principia entium de quibus phylosophus considerat, & quæ naturalis concedit esse sunt principia substantiæ sensibilis æternæ quæ sunt substantia abstracta,& quod principia de quibus considerat naturalis declarando ea esse sint principia generabilis & corruptibilis erit sermo non rectus. Substātia enim æterna declarata est in naturalibus in fine, octauo physicorum sicut declarata sunt principia substantiæ generabilis & corruptibilis in primo istius libri. Quomodo igitur dicitur quod naturalis ponit hac positione cum impossibile sit vt declaretur nisi in naturalibus,& quomodo est rectum dicere qđ naturalis nō declarat nisi principia substātię generabilis & corruptibilis:cū nō solummodo cōsideret de substantia generabili & cor-

5 Alex. expositio super illo verbo cuius elemēta est accipere.

Auerro. perscrutatio circa Alexan. expositionē

2 seu digressio.

ruptibili:sed etiã de nõ generabili & nõ corruptibili:considerat eñ de
ente mobili siue generabili siue nõ secũdũ igitur hũc intellectũ, iste ser/
mo est falsus. a Si igitur aliquis dixerit qđ dictũ est in logica quod
nulla sciẽtia habet ꝓbare sua principia:sed subiectũ sciẽtiæ naturalis est
corp⁹ mobile,& ei⁹ principiũ est substãtia abstracta. Dicem⁹ ꝙ hoc
verũ est:sed illud ꝙ dictũ est in logica:est q̃ b nulla facultas habet ꝓ
bare sua principia scilicet propter quid:quoniã hoc nõ fit nisi per prin
cipia illorũ principiorũ,& per principia principiorũ generis:cũ illa prin
F cipia habuerint principia.Sunt igitur alterius generis necessario supe/
rioris illa.Ille enim qui cõsiderat de illis principijs habet cõsiderare de
hoc,& ideo facultas inferior nõ habet cõsiderare principia sui generis
secundũ simplicẽ demõstrationẽ,secũdũ vero demõstrationes quævocã
tur signa possibile est,& ideo principia subiecti naturalis nõ demõstrã
tur nisi per res posteriores in sciẽtia naturali. c Et ideo impossibile
est declarare aliquid abstractũ esse nisi ex motu,& omnes viæ quæ repu
tantur esse ducẽtes ad primũ motorẽ esse præter viam motus æqualiter
sunt insufficientes,& si essent vere essent numeratæ in prima phyloso/
phia,prima enim principia impossibile est vt demonstrentur.Iste enim
sermo Alex.nõ est intelligẽdus secundũ suũ intentum. d Et tamen
Auic.reputauit hunc sermonẽ esse verũ scilicet qđ nulla facultas habet
probare sua principia.Et Aui.hic absolute dixit qđ primus phyloso/
phus habet declarare prima principia sensibilis substãtiæ siue æternæ si
ue nõ,& quia naturalis ponit positione naturã esse,& qđ primus phy
losophus demõstrat eã esse,& nõ distinxit inter duas substãtias. e
Si igitur aliquis dixerit qđ phylosophus cõsiderat de principijs en/
tis in eo qđ est ens,ergo cõsiderat de principijs substãtiæ sicut dictum
3 fuit in principio istius tractatus,& principia substantiæ sunt principia
naturalis subiecti. f Diuinus igitur habet probare principia natura
lis subiecti.& naturalis positione ea quæ ponit. Et dicemus nos qui
dẽ qđ phylosophus inquirit quæ sunt principia substãtiæ secundũ qđ
substãtiæ,& declarat qđ substãtia abstracta est, principiũ substãtiæ na/
turalis:sed hoc ponẽdo accepit pro cõstãti hoc qđ declaratũ est in natu
ralibus de principijs substãtiæ generabilis & corruptibilis scilicet qđ
declaratũ est in primo phy.scilicet qđ est cõpositũ ex materia & forma
& qđ declaratũ est in.8. g scilicet qđ mouẽs æternã substãtiam est
abstractũ a materia. h D.declarat qđ principia substãtiæ generabi/
lis & corruptibilis sunt substãtiæ istorũ,& qđ substãtię istorũ nõ sunt
vniuersalia:neq; vnũ,& vniuersalr neq; formę neq; mathematica: i &
hoc qđ declarauit in tractatu secũdo & tertio declarat etiã in hoc tra/
ctatu quod principiũ primæ substãtiæ abstractæ etiã est substãtia & for
ma,& finis,& qđ mouetur vtroq; modo,& hoc intẽdit primo declara
re in hoc tractatu.Sed quia modus cõsiderãdi in hac sciẽtia est de prin/
cipijs substãtiæ in eo qđ est substãtia siue æterna siue nõ:incepit decla/
rare in hoc tractatu de principijs substãtiæ nõ æternæ,& fecit rememo
rationẽ de hoc qđ declaratũ est ex eis in naturalibus,& in præcedenti/
bus tractatibus,Deinde post hoc incepit declarare principia æternę sub
stãtiæ,& posuit etiã hoc qđ declaratũ est in naturalibus,& considera/
uit de eis cõsideratione propria huic scientiæ,Verbi gratia,quod est sub
stantia

a Obiectio ꝙ naturalis nõ potest demonstrare substantias abstractas esse.

b Nulla sciẽtia habet ꝓbare sua principia demõstratiõe propter quid. Idẽ. 2. phy. 9.26.21.& pri.phy.cõ.vlt.&.2.de anima.27.

c Impossibile ẽ demõstrare aliqđ abstractũ eẽ nisi via motus.

d Error Aui.de quo vide pri.ph.cõ.vlt.&.2 phy.cõ.22.&.26.&.8.phy.cõ.3.

e Obiectio bona qđ diuinus ꝓbat principia naturalis.

f Nota quõ diuinus probat prĩcipia sciẽtię naturalis ꝓ quo vide etiã.4.me.cõ.j.& prio me.cõ.15.&.18.&

ftantia prima & forma quod est principiũ & finis. Deinde cõsiderat de
hac substãtia immobili vtrũ sit vna:aut plures, & si plures vtrũ reducan
tur ad vnũ & quomodo ordinãtur ab eo. Sic intelligẽda cõmunicatio
istarũ duarũ sciẽtiarũ in cõsideratione de principijs substantiæ; scilicet
quod naturalis;decalarat ea esse secundũ quod sunt principia substantię
mobilis, phylosophus autẽ cõsiderat de eis secundũ qđ ;sunt principia
substãtiæ in eo qđ est substãtia nõ substãtia mobilis, & etiam phyloso-
phus declarat abstractũ esse qđ est principiũ substãtię sensibilis:sed post
quã accepit pro concesso a naturali huiusmodi esse substantiã. Et for
te hunc modũ intẽdebat Alex. dicere cũ dixit quod phylosophus; consi
derat quæ sunt principia substãtiæ æternæ:sed hac via considerationis
nõ indiget naturalis:neq; necesse est ei ponere ipsum, & forte etiã inten
debat dicere quod naturalis considerat quæ sunt principia substantiæ
generabilis & corruptibilis secundũ modum propriũ ei scilicet per prin
cipia propinqua, & hæc sciẽtia cõsiderat de multis principijs:cũ decla-
rat qđ substãtia immobilis est principiũ substãtiæ mobilis, & hoc in-
telligendũ de hoc sermone, & si nõ erit dubitabilis, & hoc fecit Auicẽ.
errare, qđ autẽ Alexã. dicit qđ prima scripta est melior secũda forte est
econuerso:quia hæc est sua prima intentio in hoc tractatu. Et cũ posuit
tres substãtias esse, & qđ vna earũ est abstracta:induxit testimoniũ & di
xit, & ideo dicũt quidã quod est abstracta &c. id est, quia opinabãtur;si
cut nos. & quia istorũ hominũ quidã diuidunt hoc abstractũ in duo, &
quidam reducunt hæc duo in vnũ, & quidã ponunt tantũ vnũ.;Deinde,
& quidã eorũ diuidunt ipsum in duo, & quidã ponunt formas mathema
ticas tantũ ex istis, id est, quod hæc substãtia quidã ponũt eam duplicis
naturæ scilicet formas & mathematica quæ ponunt inter formas abstra
ctas & substantias sensibiles, & quidã ponunt formas & mathematica
vnam naturam, & quidam substantiam abstractam sola mathematica, &
non dicunt formas esse. Et primus sermo est Plato. Secundus autẽ vt di-
xit Alex. est alterius, & secundum expositionem quoruudam discipulo
rum Platonis est Platonis. Tertius est Pythagore,;& aliorum quamuis
variet de istis qui non dicunt numerũ esse abstractũ, & in tractatu sequẽ
ti cum istis loquitur de hac substantia.

7.met.5.9. et.39.&.6 me.cõ.j.& 8.me.cõ.4. & hic cõ.j. & infra. 4 cõ.6.&.2. ph.4.&.21.

g Octauo phy.;78.;& 79.

h Prio me-ta.de nume-ris a.19. ad 25.& a.25. vsq; intinẽ de speciebꝰ.

i ;Secundo me.4.&.5. &.3.met.2. 7.&.15.mo uet quæstio nes.

Ille quidem naturales:cũ motu enim sunt. & hoc alterius:si
nullũ illis principiũ cõmune est. Sensibilis vero substãtia mu-
tabilis:si autẽ mutatio est ex oppositis & medijs:sed oppositis
nõ omnibus. Nõ albũ eñ vox:sed ex contrario necesse subesse
quid mutabile in cõtrarietatẽ:nõ enim cõtraria trãsmutantur.
Amplius hic quidem manet:aliud vero cõtrarium nõ manet.
Est igitur aliquid tertium præter contraria materia.

Et sermo de istis modis duobus est naturalis:quoniam sunt
cum motu, & ista alterius est cum non habeant: neque vnum
principium commune. Substãtia autem sensibilis est trãsmu-
tabilis. Si igitur trãsmutatio est ex oppositis in situ aut ex me
dio;non est ex omnibus oppositis in situ. Vox enim non albũ:

sed econtrario necesse esse vt subiectum sit ei quod transmutatur ad contrarietatem. Contraria enim non transmutãtur: hic autem permanet contrarium autem non permanet. Materia enim tertia est à contrarijs.

6 Dixit Alex. & cum locutus fuit de substãtia mobili. d. quod naturalis debet loqui de istis duabus substantijs scilicet æterna & corruptibili. Consideratio enim naturalis est de substãtijs mobilibus secundũ q᷑ accepit principia istorum a primo phylosopho: substantia autem immobilis est propria primæ phylosophiæ. Alex. autem in hoc loco aperte videtur dicere quod naturalis cõsiderat de substãtia mobili quærendo principia eius a phylosopho, & q᷑ phylosophus declarat hæc principia esse: sed iam declarauimus q᷑ iste sermo nõ est verus, & quia naturalis cõsiderat de substãtia mobili quærendo principia eius perueniendo a posterioribus ad priora: vt declaratũ est illic. G D. d. ista enim sunt cum motu, id est, & consideratio de substãtia mobili est alterius scientiæ scilicet istius, & causa in hoc est: quia ille duæ substãtiæ sunt mobiles: hęc autẽ est alia ab eis & immobilis: cũ mobile & immobile non habeant principium sibi commune. D. d. substãtia autem sensibilis & c. id est, Alex. cum dixit q᷑ sermo de substãtia sensibili est naturalis cũ sit in motu, & iam prædixit quod necesse est accipere elementa substantiæ sensibilis si vnum & si plura. Cõsideratio enim in hoc & in inueniẽdo principia naturalium est primi phylosophi, & ideo incepit suum sermonem in hoc, & declarauit quæ sunt elementa naturali substantiæ, & ad hoc accepit propositionem manifestam scilicet quod omnis sensibilis substantia est transmutabilis. Omnis enim huiusmodi substãtia aut est trãsmutabilis in loco vt substantia æterna: aut in qualitate & magnitudine: aut in substantia vt in generatione. Deinde coniungit ei aliam propositionem manifestam, & est quod illud quod transmutatur ex contrario: aut ex medio inter contraria transmutatur: sed ea quæ sunt inter contraria non dicuntur esse contraria: media enim ex quibus fit transmutatio ad extrema non simpliciter sunt contraria extremis: vnde videtur non ex contrarijs: quomodo autẽ transmutatio quæ est in istis, & ex istis etiam ex contrarijs: quia illa quæ sunt inter cõtraria fiunt ex mixtione contrariorum: in tractatu decimo declaratum est. a Et cum. d. quod transmutatio quæ est inter coutraria, d. & accepit in hoc loco opposita loco contrariorum, & ponit quod omnis transmutatio fit ex contrarijs aut ex medijs quæ sunt inter contraria. Deinde dicit, vox enim non est alba sed econtrario. Alex. id est, quamuis possumus dicere quod vox nõ est alba: tamen non propter hoc fit album ex voce: quia vox nõ est albũ. Oportet enim quod illud quod trãsmutatur fiat contrarium ei ex quo transmutatur. Deinde Alex. forte non intendebat hoc: sed cum dixit vniuersaliter quod transmutatio fit ex oppositis & ex medijs: opposita autem multipliciter dicuntur declarauit quod transmutationes non fiunt ex quibuslibet oppositis. Quoniã bene possumus dicere quod vox opposita est alba: cum dicendum sit quod vox non est album: sed tamen non propter hoc est dicendum quod album fit ex voce, & q᷑ vox trãsmutatur in album: non enim ex omnibus de quibus dicitur non album fit album

Sententia Alex. de cõsideratione naturalis circa principia naturalium.

Mobile & imobile nõ habẽt principiũ cõmune. vide. 10. me. te. c. vlt. & . j. c. c. 5. 5. ph. 52. & pri. ph. 47. & . 43. j. c. & . 20. j. de ge. 50. 10. me. 23. & . 2. de aia. 44.

a Decimo me. te. cõ. 23

Alia expositio Alexan. quare dixit ex oppositis.

sit album:qm̄ nō ex omnib⁹ oppositis fit trāsmutatio sed ex contrarijs.

Et cū declarauit ꝙ necesse est in omnib⁹ naturalib⁹ vt in principijs sit aliqua cōtrarietas.cōiungit hoc ꝙ necesse est vt in omnib⁹ transmutabilibus sit aliquod subiectū trāsmutetur ad cōtrarietatē qua fit trāsmutatio:& ꝙ in aliqua hora fit in aliqua parte eius: & in alia hora in alia parte.Impossibile enim est vt cōtraria recipiant sua contraria permanentib⁹ illis:& hoc iā declaratū est in primo physi. a & coniungit etiā hoc qđ declaratū est in illis tractatibus:ꝙ illud quod trāsmutatur cū transmutaē permanet.cōtraria aūt ex quibus trāsmutatio fit non permanent:& ex hoc apparet ꝙ necesse est in omnibus transmutationibus vt sit tertium permanens aliud a contrarijs: hæc sunt verba Alex. & est perfecta expositio. Sed hoc quod dicit qđ consideratio in hoc & in inueniendo principia naturalium est philosophi non intelligendo secundum suum modum,scilicet quod demonstrare principia naturalis substātię esse est primi philosophi:sed ecōtrario.Naturalis b em̄ habet dare causas mobilis substantiæ materiales & mouentes:formales autem & finales non potest.sed philosophus dat eas demonstrando qđ principium mouens quod iam declaratum est esse in scientia naturali: est principium substantiæ sensibilis secundum formam & finem. Secundum igitur hunc modum quærit philosophus elementa substantiæ sensibilis,id est elementa entis in eo quod est ens.Declaratur igitur in hac scientia ꝙ ens non materiale quod iā declaratū est esse mouens substantiam sensibilem est substantia antecedens substantiam sensibilem: & ꝙ est principium eius secundum formam & finem.secundū hoc igitur intelligendum est ꝙ philosophus quærit de principijs substantiæ naturalis,scilicet de prima forma & fine.de causa autem mouente & materiali est naturalis:& in hac scientia ponit has duas causas esse principium perscrutationis de duabus alijs causis:& ideo incæpit ponere has duas causas:& primo materialem:& declarat illa per propositiones illas easdem quibus vsus fuit in scientia naturali.& ideo videtur quod hic consideratio non est propria huic scientiæ: sed est pars scientiæ naturalis: sed quia vicinæ sunt hæ duæ considerationes: & necesse est vna earum vti in altera quasi principio fecit rememorationem de hoc quod declaratum est in scientia naturali:sed tamen hic magis generaliter perscrutatur quā naturalis.Verbi gratia,quod tamen declarat quod principia substantiæ sensibilis est materia & forma: quærit vtrū principia substātiæ sunt principia aliorū prædicamentorū aut nō: & sicut prærscrutatus est in prædictis tractatibus de forma vtrū sit substātia aut nō.& de vniuersali & particulari.& ideo fecit rememorationem in hoc loco de eo qđ declaratū est de principijs substātiæ sensibilis in sciētia naturali & in tractatibus prædictis istius scientiæ.Istæ autem duæ scientiæ vicinæ sunt scilicet sciētia quæ cōsiderat de principijs substātiæ mobilis in eo ꝙ est mobilis:& quæ cōsiderat de eis in eo ꝙ substātiæ.& ideo possibile est vti his propositionibus magis generalibus q̄ in sciētia naturali:nō in eo ꝙ est substātia mobilis:sed in eo ꝙ est substātia simpliciter. Et secundū hoc verificabiē sermo Alexan.cū dicit ꝙ cōsideratio naturalis est de substantijs quæ sunt in motu secundū ꝙ accipit principia istorū a primo philosopho,scilicet ꝙ itelligēda sunt ex hoc causa formalis & finalis

a Prio ph. 50.51.52. &.53.j.ph. 59.

Digresio 1 quainquirit quaľr diuinus conside rat pricipia sēsibilis substātiæ:& q̄liter expositio Alex.verificari pōt.

b Naturalis habet dare causas mobilis substātiæ materiales & mouētes. formales aūt & finales nō potest.opp. 2. phy.tex.cō. 70.

H Quō expō Alex.potest habere veritatem.

Cā formalis finalis & mouēs sunt idem subiectō.Idē.10. me.com.7.

17 D. Alexā. quærendum est si aliqua istarū formarū remanet postquam compositum corrumpitur. d. narrauit vnde veniat ad hanc quæstionem: quoniā quia anima hominis est forma eius, & intellectus est aliqua forma, & virtus animæ remanet postquā homo corrūpitur: possibile est vt aliqua forma materialis remaneat postquā cōpositū corrūpitur: sed non tota anima remaneat. Quædā enim virtutes animæ non habent esse nisi cum materia: vt cibabilis & sensibilis & imaginatiua & desideratiua. Neq; etiā iste intellectus qui est virtus animæ, & existimatur quod est pars eius: possibile est vt remaneat. Intellectus enim quē dixit in lib. de anima scilicet qđ remanet scilicet intellectus adeptus non est intellectus iste: neq; est pars animæ neq; est etiā forma materialis vt declaratū est illic. Et. d. forte qđ demonstratio super hoc nō est istius artis: sed libri de anima. Et hoc quod dixit Alex. est sua opinio de intellectu scilicet qđ nullus intellectus remanet nisi adeptus intellectus. Intellectus autem in habitu & materialis corrūpitur apud ipsum, & hunc intēdebat cum dixit neq; etiā iste intellectus quæ virtus animæ reputat esse pars ei9 possibile est vt remaneat, & ideo: d. q intellect9 quē dixit in libro de anima remanere scilicet adeptus non est iste scilicet qui est habitus animæ neque pars eius. Sed non est talis sententia Theophrasti neque aliorum peripatheticorum neque Themistij: sed reputabant plures eorum quod intellectus materialis remanet, & quod intelligentia agens abstracta est quasi forma in intellectu materiali, & compositū ex materia & forma, & quod ipsa creat intellecta vno modo, & recipit ea alio modo. Agit enim eas inquantū est forma, & recipit eas secundū intellectum materialē. Nos autē iam perscrutati sumus de istis duabus opinionibus in libro de anima, & diximus quod intelligētia agens est quasi forma in intellectu materiali, & quod ipsa agit intellecta, & recipit ea secundū intellectum materialem, & quod intellectus materialis nō est generabilis & corruptibilis, & declarauimus illic qđ hic est sciētia Arist. & quod intellectus in habitu habet partē generabilē & partē corruptibilem. Illud autem quod corrumpitur est actio eius in se: aut non corrumpitur, & quod ex extrinseco intrat nos. Si enim esset generabilis consequeretur transmutationem vt declaratum est supra in tractatibus substantiæ scilicet, cum declarauit quod si aliquid fieret sine transmutatione: tunc aliquid fieret ex nihilo, & ideo intellectus de intelligentia

Cō. 5. tertij de anima: & com. 20.

tia agēte & ei⁹ loco & ꝓsperitate ex ipsa quæ est potētia est quasi loc⁹ isti⁹ intellect⁹ nō quasi materia. Et si actio intellect⁹ secundū q̄ copulaẛ cū intellectu materiali esset nō gñabilis: tūc actio eius esset substātia ei⁹ & nō haberet necessitatē in hac actiōe vt copularet̄ cū intellectu materiali: sed cū fuerit copulat⁹ cū intellectu materiali erit actio ei⁹ secundū q̄ copulaẛ cū eo actio alia a substātia ei⁹: & fuit aliud qđ agit substātia & est alij non sibi: & ideo pc̄e est vt aliq̄ӡ æternū intelligat aliqđ generabile & corruptibile. Si igiẛ iste intellect⁹ denudet̄ apud pfectionem humanā a potētia necesse est vt destruatur ab eo hæc actio quæ est alia ab eo: & tūc aut non intelligemus omnino per hūc intellectum: aut intelligemus secundū q̄ actio eius est substantia eius: & impossibile est vt in aliqua hora non intelligamus per ipsum. Relinquitur igitur cū iste intellectus fuerit denudatus a potentia: vt intelligamus per ipsum secundum q̄ actio est substantia eius: & est vltima prosperitas.

Palā itaq̧ q̄ nō oportet ꝓpter hoc esse ideas. Homo em̄ hominē gñat. Qui verò singulis singulariter aliquē. Sil̄r aūt & in artibus. Medicinalis em̄ ars ratio sanitatis est. Manifestū est igiẛ q̄ nullo modo īdigem⁹ ꝓpter hoc vt formæ sint. Homo em̄ generat hoīem quod est vnū: vnde homo ex hominib⁹: & secūdū hoc in artificijs. Ars enim medicinæ est ratio sanitatis.

Cū declarauit q̄ causarū quædā sunt agētes & sunt præcedentes ad esse: & quædā sunt partes rei: & sunt cū ea dicit q̄ manifestū est q̄ nihil cogit nos dicere formas Platonis: qm̄ cū illud qđ fiet fiat ex cōueniēti in noīe nulla est indigētia vt formæ sint. homo enim generat̄ ex hoīe: & equus ex equa: & vnū ex vno: & particulare ex particulari: nō particulare ex vniuersali: sicut dicit dicēs formas esse: ita em̄ est de natura sicut de arte. Ars em̄ agēs sanitatē est forma sanitatis existēs in aīa medici: & sicut artifex cū agit non indiget exēplari ad quod respiciat cū agit cum illud quod habet de forma illius quod fit sufficiat ei in actiōe: ita est de natura agente. s. quod nō agit nisi secundū q̄ habet formā illi⁹ quod fit: & ideo necesse est vt conueniēs fiat ex cōuenienti. Themistius aūt dicit hunc sermonē esse sufficientē sed dicit ipsum oblitū fuisse animalia quæ fiunt ex nō similibus. Vespæ em̄ videnẛ fieri ex corporibus equorum mortuorū: & apes ex corporibus vaccarū mortuarū: & ranæ ex putrefactiōe aquæ: & musciliōes ex vino corrupto: natura enim non facit ista ex similib⁹ in forma: & nos bene scim⁹ q̄ in spermate & semine cuiuslibet aīalis & plantæ sunt proportiōes ꝓpriæ: & ratiōes quibus ea quæ generanẛ ex eis sunt animalia propria: ita q̄ ex spermate hominis nō fit equus: neq̧ equi homo: neq̧ ex semine alicuius plātæ alia planta. V. g. sunt respōdentia istis proportionib⁹ in eis ex quib⁹ generātur ista aīalia nisi in natura fuerint posite prius proportiones habiles ad faciendum quācunq̧ speciē possibilē in speciebus aīalis cū inuenerint naturā cōuenientē vt aliquod animal fiat ex ea. Deinde & nō decipiat te vtilitas animaliū taliū. Et cogita quod maius mirum est de sciētia operātis aliquid de luto q̄ de sciētia ei⁹ in faciēdo aliquid ex auro: & si tu bene cōsideraueris de aīalibus maioribus istis inuenies quod processus naturæ in eis est talis processus. Necesse enim est vt proportiones & formæ eius 18

Digressio in qua prīo inducunẛ verba Themistij contra Arist. negantem idem.

processus naturæ in eis est talis ꝓcessus. Necesse eñ est vt ꝓportiones & formæ ei⁹ sint in natura secundū quas facit id qđ facit. Homo enim q̄uis genereť ab hoĩe: tñ pater nihil facit in cōpositiōe eius: qđ est impossibile vt sit melior: sed sit talis dispositiōis ꝑ illud quod positū est in natura cuiuslibet subsĩātiarū ex proportiōib⁹ & formis. Ars autē nihil facit in corpore nisi in extremitatib⁹ tñ. natura vero ipso corpore toto. & nō est mirū: quāuis nam nō intelligat aliquid de hmōi: & tñ facit hoc in educēdo aliquā intentionē: & hic demōstrat φ aliqđ rememorat

B ipsam de causis nobilioríb⁹: vt aĩa quæ est in terra de quo Plato dicit

Nota de ꝓphetis. φ fit ex dijs secūdis: & Arist. ex sole & orbe decliui: & ideo facit illud quod facit inducendo se paulatim ad intentionē quā agit: & ipsa nō intelligit intētionē: sicut videmus hoĩes loquētes futura: & nihil intelligūt de eo quod dicūt: & vniuersaliter necesse est vt in natura sint ꝓportiōes & formæ: cū in gñatiōe rei indigeať suo simili: sed oĩa quæ generanť nō habēt simile ex quo generanť: sed cū indiguerim⁹ aliqua forma: tūc aliqua actio est: & sciemus φ nō fit per ipsam solā: & sic fiet ipsa forma. q. esset latēs in aliqua re: & in rei veritate latet in natura generante:

Reprobatio Themistij. hæc igitur sunt verba Themistij. Et apparet φ iste nō intelligit qūo fit generatio. & quid est dicere φ generatū fit a cōueniēti in diffinitione & substātia: cū eñ intellexit φ generatū fit de nouo a cōueniēti. i. quod creat formā ei⁹ & ponit eā in materia. q. esset aliud in materia: fuit necesse apud ipsum vt in reb⁹ naturalib⁹ sint formæ creātes aĩalia: & plātas: & generata ex putrefactiōe. s. formæ dātes aĩato creationē & lineationē & aĩam: & cōtingit in istis formis si agēs fuerit conueniēs vt sint aĩæ: aut abstractæ: aut nō abstractæ: sed si fuerint nō abstractę: & fuerint in instrumētis proprijs: & in istis formis generātib⁹ formas aĩaliū generatorū ex putrefactione nō apparet: neq̄ subiecta ꝓpria sunt abstracta: vt aliq̄s dicat φ sint nō abstractæ: & nō habent de instrumētis nisi principiū. s. calorē aĩalē: & si ista fuerint, hmōi erūt factæ. A quo igitur fiunt tales formæ: & omne factū a cōueniēte fit: & ideo putatur φ iste sermo coget formas dicere esse. Et hoc nō tñ contingit in aĩalib⁹ quæ fiūt

Opinio Auicen. ponētis colcodeam seu datorem formarum. ex putrefactione: sed in seminibus. Cū enim dixerimus φ necesse est in seminibus vt sint virtutes & formæ similes rebus artificialib⁹ quę agūt ea quæ habent semina: & posuerimus eas factas: continget enim vt habeāt alias formas a quibus fiant: necesse est quapropter formas abstractas esse. Vnde quidam dicunt φ omnes formæ substātiales fiūt a forma abstracta extrinseca quæ dicitur a quibusdā dator formarū: & dicūt φ hic est intelligentia agens: & ratiocinantur super hoc φ virtutes actiuæ sunt quatuor qualitates calor: frigus: humidū: siccū: & φ nihil est in materia agens: nisi ista quæ agunt sua similia: formæ autem substantiales non agunt in quibusdam. Ignis enim cum fecerit alium ignem similem sibi ex corpore graui: tunc forma substantialis quæ est in eo. Verbi gratia. leuitas non agit in illo corpore graui quod fecit ignis aliam leuitatem similem sibi cum aperte fuerit dictum in lib. perigeneseos quod nulla est in igne virtus nisi calor. Et cum ita sit cum forma ignis sit in corpore combusto ab alio igne: necesse est quod hoc fiat altero duorū modorum: aut vt forma ignis sit in corpore combusto consequens factionem caloris ignei in eo: sicut actiua cōsequuntur formas: & hoc est

incōueniēs:

inconueniens:& contingit secundum hoc vt fiat forma ex nō forma: & hoc nō dicunt in anima & in omnibus formis substantialibus: & dicūt ꝙ nō videmus animam fieri ex anima:sed ex non anima. Si igitur factio sit ex conuenienti necesse est animam abstractā esse ex qua fiūt istæ animæ. Et hoc iam aperte dixit Themis.in suo lib.de anima cū locutus fuit de intellectu:sicut dicit hic cum dicit ꝙ ista anima est illa quā Plato dicit fieri a dijs secundis:& Aristo.a sole & orbe decliui. Et ista quidem quæstio est valde difficilis.Et nos dicemus in hoc secundū nostrum posse & secundū propositiones quas habemus de sententia ipsius Arist.quæ est vt dicit Alex.minoris dubitatiōis omniū sententiarū: & magis conueniēs vt sit vera. Dicamus igit ꝙ omnes dicentes agēs aliquod esse & generationē esse vniuersaliter sunt bipartiti:& valde contrarij:& habent medios.& quidā eorū sunt dicentes latitationē: cōtrarij eorū sunt dicentes creationē. Dicentes enim latitationē dicunt qđ quodlibet est in quolibet:& ꝙ generatio est exitus rerū abinuicē: & ꝙ agēs nō est nisi extrahens & distinguens eas abinuicē.Quoniam autem agens apud istos non est nisi mouens manifestum est. Dicentes autem creationē dicunt quod agens creat totum ens de nouo ex nihilo: qđ nō habet necesse ad hoc vt sit materia in quam agat:sed creat totum:& hæc est opinio loquētium in nostra lege:& lege christianorum:de quo Ioānes christianus opinatur quod possibilitas non est nisi in agente:vt Alpharabius narrauit de entibus transmutatis. Opiniones autem mediæ a inter istas duas videntur reduci in duas:quarum vna diuiditur in duas & sunt tres:istæ quidem tres conueniunt in hoc quod ponūt generationem esse transmutationem in substātia: & quod nihil generatur ex nihilo,scilicet ꝙ necessarium est in generatione subiectum esse:& ꝙ generatum non fit nisi ab eo quod est sui generis in forma.Vna aūt istarum opinionum est qđ agens creat formam & ponit eam in materia: & istorum quidam dicunt ꝙ illud agens non est in materia omnino:& vocant ipsum datorem formarum:& Auicen.est de illis. Quidam dicūt ꝙ illud agēs inuenitur duobus modis:aut abstractū a materia aut non. Illud aūt qđ est nō abstractū apud eos est sicut ignis qui facit ignem: & homo generat hominē. Abstractū vero est illud qđ generat animalia & plantas quæ fiūt nō a sibi:& hic est sententia Themistij:& forte Alpharabij secundum ꝙ apparet ex suis verbis in duab⁹ philosophijs:quāuis dubitet in ponēdo hoc agēs in aīalib⁹ generatis a patre & matre. Tertia autem est opinio Aristo.& est ꝙ agēs nō facit nisi cōpositū ex materia & forma:& hoc fit mouēdo materiā & trāsmutādo eā donec exeat de ea illud quod est de potentia in ea:ad illam formam in actu.Et in ista opinione est quædam similitudo dicentis ꝙ agēs nō agit nisi ordinādo segregata:& est sentētia Empe.& nos dimisimus hāc sentētiā de agente cū dicimus sentētias hominū:sed agēs apud Arist. nō est cōgregās inter duo in rei veritate:sed extrahēs illud qđ est in potētia ad actū:&.q.congregat inter potentiam & actum,scilicet inter materiam & formam secundū ꝙ extrahit potentiam ad actum nō destruendo subiectū recipiēs potentiā:& tunc efficiunt in composito duo scilicet materia & forma. Et etiā assimilatur creatiōi: etiā inquantū illud quod est in potentia fit in actu,sed differt a creatione: quia non conuenit per formam ex non forma:

Snia Arist. est minoris dubitatiōis oīm senten/tiarū:& magis cōueniēs vt sit vera. Idem. 2. ce. com.1.

Opinio anaxagorę.

Opinio christianorū & sarracenorū & iudęorū.

a Opiniōes mediæ quæ sunt tres.

Opinio aui. de qua quęre ipsum in 9.meta.suæ ca.4.

Opinio themistij.

Opinio aris. Agens apud Arist.nō est cōgregās inter duo i rei veritate sed extrahēs illud quod est in potentia ad actū vide com.15. 8. metaphy.

forma:& similiter assimilatur latitationi aliquatulũ.& oẽs dicẽtes creatione: aut latentiã:aut cõgregationẽ & segregationẽ:hoc intendebãt & nõ potuerũt pertingere ad illud. Intẽtio igitur sermonis Arist.ꝙ conueniens fit a cõueniente aut prope cõuenientẽ:nõ est qđ cõueniens agit pre se & per suã formã sibi cõuenictis:sed est dicere qđ extrahit formã sibi conuenientis ex potentia in actũ:& nõ est agens quia adducit in illã materiã aliquid extrinsecũ:& sic est in hoc de substãtia sicut in alijs accidẽtibus.Calidũ em̃ non inducit in corpus calidũ calorẽ extrinsecũ:sed facit calidũ in potẽtia esse calidũ in actu:& sic est de magnitudine consequẽte generationẽ.s.quod magnitudo cum fuerit trãsmutata apud generationẽ ex quãtitate in quãtitatẽ aliã & nõ trãsmutabitur ex quãtitate adueniẽte ex extrinseco:& similiter motus localis nõ est veniẽs ab extrinseco a motore:& ideo nõ est necesse vt agẽs omnino sit conueniens secundum omnes modos.Generãs igitur animã nõ est dicere qđ ponit aĩam in materia:sed ꝙ extrahit illud qđ est aĩa potẽtia ad esse animã in actu. Vnde ignis generatur a motu sicut ab igne: & intẽtio proportionum & formarũ existentiũ in generantibus animalia est:quia extrahunt proportiones & formas quæ sunt in materia ex potẽtia in actum:& omne extrahens aliquid ex potentia in actum:necesse est vt in eo sit aliquo modo illud qđ extrahit:nõ ꝙ sit ipsum etiã secundũ oẽs modos. Virtutes igitur quæ sunt in seminibus quæ faciunt animata nõ sunt animatæ in actu sed in potentia:sicut domus quæ est in anima ædificatoris est domus in potentia nõ in actu. Et ideo Aristo.fecit assimilationem de istis virtutibus ad virtutes artificiales:& d.in lib.de animalibus qđ istæ virtutes diuinæ sunt cũ habeant potentiam dandi vitam:& sunt similes virtutibus quæ dicuntur intelligentiæ:quia adducunt ad finem:& quia ista semina nõ faciũt hoc nisi per calorẽ qui est in eis:& calor ignis nõ facit nisi calefactionẽ aut desiccationem nõ figuram neq; formam animatam. Et d. Arist.in lib.de animalibus:qđ iste calor non est ignis neq; igneus. Ignis enim corrumpit animalia:non generat.Iste autem calor generat:& ideo videtur similis calori artificiali quẽ ars mensurat ad aliquam operationem:& iste calor habet formam qua conseruatur in sua mensura:& ista forma non est anima in actu:sed in potentia:& est quã Aristo. assimilat arti & intellectui:& ideo vocat calorem istum calorem animæ non animatum:& iste calor est in seminibus:& fit ab habẽte semẽ & a sole.Vnde Aristote.dicit quod homo generatur ex homine & sole:& factus est ille calor ex terra & aqua ex calore solis admixto cum calore aliarum stellarum. Et ideo sol & aliæ stellæ sunt principium vitæ cuiuslibet viui in natura.Calor igitur solis & stellarum diffusus in aqua & terra generat animalia ex putrefactione nata:& vniuersaliter omnia quæ fiunt ex non semine,non quod illic sit anima in actu inuenta in orbe decliui & a sole sicut narrat Themistius:& omnia ista declarata sunt in lib.de animalibus:ergo calores generati ex caloribus stellarũ generantes quãlibet speciem specierum animalium habent mensuras proprias illius caloris ex quãtitatibus motuũ stellarũ:& dispositionibus earũ adinuicẽ in propinquitate & remotione. Et ista mẽsura puenit ab arte diuina intellectuali quæ est similis vni formæ vniꝰ artis principalis

Vide.2.ce. com.42.

Virtutes quæ sunt in seminibus nõ sunt actu animatæ vide idem.7. meta.c.31.

Differentia inter calorẽ elemẽtalẽ & celestẽ: pro qua vide.2. de generatione animalium.ca.3. &.2.cap.de substantia orb.&.4. ce.com.32. Sed vide opp.in primo cantico rum.cõ.15.

Calor solis & stellarũ diffusus in aqua & terra gñat aĩalia ex putrefactione na/

sub qua sunt artes plures. Secundum hoc igitur est intelligendū q̄ natura facit aliquid perfecte, & ordinate quamuis nō intelligat. q. esset rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea quæ dicuntur intelligentiæ. Istæ aūt ꝓportiones & virtutes quæ fiunt in elemētis a motibus solis & aliarum stellarum sunt hæ quas reputat Plato esse formas, & eas intendit, sed longe inspiciebat eas, quapropter. d. formas esse.

Arist. autem sustentatur super hoc. s. quod agens non inuenit formā creando eam, quoniam si creasset eam, tunc aliquid fieret ex nihilo, & ideo forma apud ipsum non habet generationē neq; corruptionem nisi accidentaliter, scilicet per generationem & corruptionem compositi, et cum homo conseruauerit hoc fundamentum nullus error accidet ei.

Imaginatio super creationes formarū induxit homines dicere formas esse & datorem esse formarum, & induxit loquentes triū legū quæ hodie quidem sunt dicere aliquid fieri ex nihilo, & cum loquentes nostræ legis opinabantur q̄ agens agit creando formam ex nihilo, & nullum huiusmodi agens viderunt hoc: dixerunt vnum agens omnia entia sine medio, & q̄ actio istius agentis transit in vno instāti in actiones cōtrarias & cōuenientes & infinitas, ita q̄ negant ignem cōburere & aquā humectare, & dicunt omnia ista indigere creatione. Sed corpus nō creat corpus, neq; facit venire in corpore aliquam dispositionem, adeo q̄ dicunt q̄ homo nō mouet lapidem expellendo non est mouens, sed illud agens creat motum, & negauerunt propter hoc potentiam esse, & error istorum est manifestus. Istis etiam hominibus accidit mirabile. Dicūt enim q̄ agens non potest priuare aliquid, actio enim agentis non est nisi in inueniendo non in priuando. Considera igitur quomodo reputant hoc esse impossibile q̄ agens transmutet ens ex esse in non esse, & non reputant esse impossibile ex non esse aliquid esse. Si igitur aliquis dixerit quomodo agens facit priuationes. Dicemus sicut facit inuenire & est extrahere illud quod est in potentia in actum. Generatum enim in actu est corruptum in potentia, & omnis potentia non erit in actum nisi propter extrahens quod est in actu. Si igitur potentia non esset ens non esset agens omnino, & si agens nō esset, nihil esset hoc omnino in actu. Et ideo dicitur q̄ omnes proportiones & formæ sunt in potentia in prima materia & in actu in primo motore, & assimilatur aliquo modo esse eius quod fit in anima artificis. Reuertamur igitur ad nostrum locum.

Causæ aūt & principia alia aliorū sunt, vt est aut vt non. Si quis dicat vniuersaliter & secūdum proportionē eadē omniū. Dubitabit aūt vtique aliquis vtrū altera aut eadē sint principia & elemēta substātiarū & eorū quæ sunt ad aliqd, & cuiuslibet cathegoriarū similiter, sed inconueniens si eadē omniū. Ex eisdē em erūt quæ ad aliqd, & substātia. Qūo igit̄ hoc erit, nā extra substātiā & alia prædicamēta nihil est cōmune. Prius autē est elemētū quā quorū est elemētū. At verò neque substātia elementū est horū quæ ad aliquid, nec horum aliquid substātiæ.

Et principia sunt rerū diuersarū, & causæ, & sunt sicut homo

ta, et vlr oīa quæ fiūt ex non semine. Natura pfecte & ordinate operaт̄ quāuis non intelligat rememorata ab intelligētia nō errante. Ratio & fundamētū opinionis Aristo. Contra leges. Vide cōsilīe 9. me. cō. 7. Dubium. Solutio. Oīes proportiōes & formæ sunt in potentia in prima materia & in actu; ī primo motore.

mo debet dicere vniuersaliter, omnia eadem proportionaliter, & debet homo dubitare vtrum materia & elementa substantiarũ & relationũ & omniũ prædicamẽtorũ sint similiter eadem: sed est inconueniens si principia sint eadẽ, substãtia aũt & relatio erũt ex eisdem, ex eo φ hoc non erit ens. Quoniã inuenitur extra substãtiã & illa alia aliquod vniuersale & elementum quam illud quod est elementũ eis, & etiã neq; substantia est elementum rerum relatiuarum, neq; istæ etiam substãtiæ.

19 Ista q̃stio iam inducta est in principio istius artis, & modo iterat eam ad dissoluendũ eam, & est quæstio. Vtrũ principia & elemẽta decẽ prædicamentorũ sint eadẽ aut diuersa, & primo ponit secundũ quẽ modũ sunt eadẽ. Et. d. φ causæ & principia prædicamentorũ quamuis sint rerũ diuersarũ bene potest homo ponere ea eadẽ secũdũ proportionalitatẽ, & quia hoc nõ apparet nisi cũ fuerit declaratũ φ non sunt eadẽ simpliciter, neq; diuersa simpliciter, incepit declarare hoc, &. d. & debet homo dubitare &c. id est, & sunt eadẽ secũdũ proportionalitatẽ nõ secundũ diffinitionẽ, quia homo debet dubitare vtrũ elementa substantiæ sint elementa relationis & aliorũ aut nõ, sed est inconueniens vt sint eadẽ. Tũc enim substantia & relatio erũt sub eodẽ genere. Et. d. proprie relationẽ, quia est debilioris esse alijs prædicamẽtis, ita φ quidam reputauerũt ipsam esse ex secundis intellectis. D. incepit dicere impossibile cõsequẽs hãc positionẽ, &. d. ex eo φ nõ erit hoc ens, q̃m inuenitur extra substãtiã &c. i. & sequit̃ ex positione eorũ sub vno gñe vt sit natura vniuersalis alia a quolibet decẽ prædicamẽtorũ, & est natura cõmunis, & quia aliquis põt dicere φ si & si ista natura nõ fuerit decẽ prædicamẽta, possibile est vt vnũ eorũ. s. substãtia, cũ existimatũ est φ substantia est principiũ & elementũ aliorũ. Et cũ omnia existãt in substantia, & substãtia antecedat ea in diffinitione & alijs modis. d. & substantia nõ est elementũ rerũ relatiuarũ, neq; etiã istæ substãtiæ, id est, & impossibile est ponere φ substãtia sit elementũ relatiõis & aliorum, & tacuit impossibile, q̃m manifestũ est. Manifestũ est enĩ φ elementa substantiæ sunt substantiæ, & elementa relationis relatio, & si substantia esset elementum relationis & aliorum, contingeret vt omnia essent substantia. Omne enim cuius elementum est substantia, est substantia, & similiter est impossibile ponere vnũ aliorũ esse elementũ omniũ, V. g. relationem. Cõtingeret enĩ omnia esse relatiua, & contingeret vt in aliqua hora dissolueret substãtia in relationem, aut relatio in substantiã, & hoc contingit in genere quod est materia non in eo quod forma.

Relatio est debilioris esse alijs prędicamẽtis.

Idem. 2. de aĩa. cõ. 2.

Amplius quomodo contingit esse elementa omnium eadẽ. Nullum enim possibile esse elementorum cum ex elementis composito idem. Vt ei quod est ba. b. aut. a.

Et etiam quomodo est possibile vt omnia elementa sint eadem. Nullum enim elementorum possibile est vt sit, & illud quod est cõpositũ ex elementis vnum. V. g. vt. a. sit. b. quoddã.

20 Manifestũ est ex isto sermone φ elemẽta decẽ prædicamẽtorũ impossibile

sibile est vt sint eadē, cōtingit enī vt elemēta & cōpositum ex elemento sint idem. Et Alexā.d.q̄ ista ratio est probabilis, nō enim contingit ex natura illius cuius est elementū vt sit cū eo idē. elementū enī cū eo cu ius est elementū est eiusdē naturæ sed tamen elementū in illa natura est simplex, & elementum compositum. hoc igitur non contingit nisi po/ nendo elementū esse vnū illorū & esse elementū omniū, tūc enī cōtingit vt elementū & elementatum sint idē, & hoc non videtur ex suis verbis, & ideo.d.Alex.forte intendebat q̄ si elementū omniū prædicamentorū fuerit aliquod ens aliud a prædicamentis, necesse est vt habeat etiam ele mentū. Omne enī habet elementū, aut igit̄ illud elementū habebit elemē tū, aut elementū & elementatū erunt idem. Et hoc quod.d.Alexā.est etiā pbabile, nō enī cōtingit vt quidlibet sit ex elemento, nisi ponatur q̄ omne ens aut est elemētū, aut ex elemēto, & q̄ oē ens in actu necesse est vt sit ex elementis. Si igitur omnia elemēta sunt in actu continget vt omne elementum habeat elementū, & hoc aut pcedat in infinitum, aut elementū & elementatū erūt idem, & hoc dissoluet̄ ponēdo q̄ eorū quę sunt in actu quædam habent elementa in actu & quædam in potētia, & hæc dispositio est corporū simpliciū quæ sunt elementa compositorū. Expositio Alex.

Themistius aūt aliter exposuit dicēdo q̄ si decē prædicamēta habeāt elementū vnum aliud ab eis, necesse est aut vt sit extrinsecū ab eis.i.præ dicatum de eis, aut intrinsecū in eis.i.q̄ omnia prædicātur de ea. Si ex/ trinsecum, contingit vt aliquid præcedat substantiam & alia prædica/ menta. Si aūt intrinsecū cōtinget vt compositū prædicet̄ de simplici ex quo cōponitur, & tūc res prædicatur de suo elemēto. Quapropter erūt idē hoc modo, ita q̄ vere prædicabitur syllaba de consonante & nō cō sonante quæ sunt clausula syllabæ, vtrumq̄ eorum est pars syllabæ, & hoc intendebat cum.d.&.a.erit quoddam.b.id est. Verbi gratia, quod a.non est consonans. & similiter est de dictionibus cum syllabis. Et inuenimus Alex.post exponere hunc sermonem post hanc expositionē, & in quadam scriptura inuenimus autem sic, et etiam quomodo est pos sibile dicere eadem esse elementa omnium, id est, cum hoc nomen ens demonstret eis elementum indignam naturam communem, & demon/ strat vnumquodq̄ eorum, ergo ipsa sunt vera elementa. Themisti expositio.

Nec etiā intellectualiū elementorū vt vnum aut ens. Insunt enī ea singulis cōpositorū, nihil igit̄ erit eorū nec substātia nec ad aliquid, sed necessariū est principia propinqua esse diuersa.

Neq̄ etiam ex elementis intellectis vt de vno aut de ente. Hæc enim duo existunt in omni composito, & nullum eorum est substantia aut relatio, sed necessarium.

Cum declarauit q̄ impossibile est vt decem prædicamenta habeant vnum elementum sensibile, vult declarare q̄ neq̄ etiam erit ex intelle/ ctis vniuersalibus vnum & ens, id est, quod non potest aliquis dicere q̄ vnum & ens sunt genera & elementa istorum, & quod sunt extrinseca ab eis. & hoc intendebat cum.d.neq̄ etiam ex elementis &c. Deinde dicit hæc enim duo existunt in omni composito. Et Alex.exposuit hūc sermonem duobus modis sic. Ens enim & vnum demonstrat simplicia sicut composita. si igitur elementum est vnum & ens, tunc simplex non 21 Prima expositio Alex. Secūda ex/ positio eius dem.

Prima expositio super vno & nullum.

est magis elementum compositi quam compositum simplicis, vtrumque enim est vnū & ens. Aut sic. Contingit enim vt compositum & simplex sit idem, cum hoc nomen vnum eodem modo dicatur de eis. D. d.& nullum eorum est substantia aut relatio, sed necessarium, & Alexā. d. q oportet coniungere istum sermonem ad illud quod dixit prius. s.& etiam quomodo est possibile dicere eadem esse elementa omnium, nullum em̄ elementorū &c. id est. d. qm̄ hoc quod dicit, nullm em̄ eorū est substātia aut relatio, consequitur hūc sermonem, qm̄ sermo eius est de elementis, &. d.& intendit per hoc quod dixit. nullum enim eorū est substantia aut relatio, sed necessarium. quod si vnum & ens fuerint elementum substantiæ & relationis elementum autem non est idem cū suo elementato, tunc substantia & relatio & alia prædicamenta nō erūt vnū neq; ens, & si nullum eorum fuerit aut vnum aut ens nullum eorū erit, neq; substantia, neq; relatio, neq; alia. Quod enim est non ens nō est, sed necessariū est, vt hoc nomē vnū dicat de omnibus. D.& possibile est vt hoc quod. d. nullū em̄ eorū est substātia aut relatio, sicut de vno & de ente, si aliquis dixerit quod aliquod istorū duorū est elemētū cōpositorum, hæc enim duo indigent ad hoc vt non sint eadē cum eis quæ fiunt ex eis, vt non sint in aliquo istorū generū, sed vnūquodq; istorū generum est vnū & ens, & ideo neq; vnū erit talis dispositionis sicut vnum quod est in istis neq; ens, sed est impossibile, vt vnū & ens sint extrinseca a decem generibus, sed necesse est quod si aliquod fuerit ens & vnū vt sit in istis, qm̄ si elementa sunt substātia & quantitas & qualitas aut aliud aliorum, elementa autē sunt alia, tunc nullum istorū erit ens, neq; substantia, neq; quantitas, neq; qualitas, neq; aliquod aliorum sed hoc est necesariū. necesse est em̄ vt elementa sint ex entibus. Si igit aliquod istorū fuerit ens & vnū, necesse est vt intret sub vno prædicamētorum, hæc sunt verba Alex. Et abbreuiatio ei⁹ qđ. d. in hoc capitulo & in prædicto est q si decē prædicamēta cōmunicēt in aliquo qđ est elemētū eorū. V.g. in vno & in ente. Vnū aūt & ens nō dīt nisi de decē prædicamētis, necesse est vt elementa sint hic prædicamēta, & hoc est incōueniens. continget em̄ vt elementū & cōpositū sint idem. Et etiā vnum & ens sunt ex rebus vniuersalibus, & quæ nō habēt esse extra animā & vniuersaliter vnū & ens nō demōstrat quodlibet cōpositorū, sed decē prædicamētorū. Quodlibet igit prædicamētorū est nō ens. De quo em̄ ens dicit nō ens, et sic nulla erit substātia aut quātitas aut qualitas, sed necesse est vt sint, ergo vnū & ens non sunt vna natura cōis alia ab eis.

Secūda expositio sup idem.

Abbreuiatio expositionis Alexand.

E

Idem. x. me. com. 6.

Ens & vnū nō sunt vna natura cōis alia a decem prædicamētis. Idem̄ sup ra cō. 19. &. 20. &. 10 met. com. 8.

Non sunt igit omniū eadē elemēta. Aut igit dicim⁹ est qdē vt est, est aūt vt non, puta forsan sensibiliū corporū, vt quidem species calidum & alio modo frigidū priuatio. Materia verò q potentia hoc primū secundū se. Substātia verò & hic & quę ex his quorum sunt principia. hoc autē si quidem ex calido & frigido fit vnū vt caro, & os, alterū necesse est ab illis esse quod factū est. Horū igit eadē elemēta & principia. aliorū verò alia. Omniū aūt ita quidē dicere non est sed proportionaliter: quēadmodū si quis dicat q principia sunt tria, species, priuatio & materia

materia ſed horum vnūquodq; alterum:circa genus vnūqđ q;: vt in colore album nigrum:ſuperficies in genere diſtinctionis temporum:vt tenebræ:lumē:aer.Ex his autem dies nox. Elementa igiť omnium nõ ſunt eadē.& ſunt ſicut dicimus eadem vno modo:& non ſunt alio modo:vt elementa corporū.Quod autem eſt ſicut forma calidū:alio autem modo frigidū priuatio.Materia autē illud quod eſt in potentia hæc duo primum ꝑ ſe.Subſtātia verò eſt ipſa:& quæ ſunt ex ipſis: quorū ſunt hæc principia:& ſi aliquid ſit vnum ex calido & frigido:vt caro & os.Quod enim ſit neceſſe eſt ſit aliud ab eis.Iſtorum autē hæc ſunt elementa & principia.aliorū aūt alia: vt aut dicatur ſic in omnibus non eſt eis:ſed oportet æquare comparationem : vt ſi aliquis diceret qđ principia ſunt tria.ſ.forma: priuatio:& materia:ſed quodlibet iſtorum eſt diuerſum in vnoquoq; generū in colore album:nigrum:ſuperficiem:planitiem:obſcuritas:lumen:aer.Et ex iſtis dies & nox.

Cum induxit impoſsibilia cõtingētia ſi principia decē prædicamēto 22
rum fuerint eadem natura.d.elemēta igitur oīum nõ ſunt eadē.i.iam igitur declaratum eſt quod elemēta decē prædicamētorū non ſunt eadē:ita quoniā hoc nomen ens dícatur de eis vniuoce. Et cū declarauit quod impoſsibile eſt qđ elementa eorum ſint eadem ſimpliciter: & etiam fuit manifeſtum per ſe ꝙ principia eorū nõ ſunt diuerſa ſimpliciter:ſed quia prædicamēta accidētiū cõſtituuntur per ſubſtātiam:& quoddā eorū antecedit quoddam.dedit tertium modum verum:& eſt quia principia eorum ſunt eadem proportionaliter. Et.d .& ſunt ſicut diximus eadem vno modo:alio modo nõ ſunt.i.& cum nõ ſunt eadē ſimpliciter neq; diuerſo ſimpliciter:neceſſe eſt vt ſint eadē vno modo & diuerſa alio. D. dedit exemplū ad declarandū quæ elemēta ſunt ſubſtātiarum quæ dicuntur proportionaliter in omnibus prædicamētis:&.d.vt elementa corporum &c.i.V.g.qđ principia in ſubſtātia declaratū eſt qđ ſunt tria : duo cõtraria:& ſubiectum:vt vnū cõtrariorū eſt quaſi forma & habitus : & aliud quaſi priuatio:quæ aūt eſt quaſi forma eſt ſicut color qui eſt forma quorūdā elemētorū.ſ. ignis & aeris. Illud vero quod eſt quaſi priuatio eſt ſicut frigidum quod eſt forma terræ & aquæ. Subiectū autem eſt illud quod eſt in potentia hæc duo cõtraria primo & per ſe. Et Alex.d.ꝙ hic poſuit priuationē aliquo modo ſub ſubſtantia:cum frigidum eſt illud quod caret calore:& frigiditas a in corporibus frigidis facit ſubſtātiam eorum.Quapropter ſunt in eis ſubſtantiæ econtrario rebus in quibus ſunt accidentia ſcilicet quod frigiditas & caliditas nõ ſunt ſubſtantiæ in rebus quarum ſpecies non faciunt caliditas & frigiditas : ſed aliæ virtutes vt anima ab animatis. Deinde dicit ſubſtantia vero eſt illa & quæ ſunt ex iſtis quorum iſta ſunt principia ideſt & cum iſta ſint principia ſubſtantiæ:& principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ neceſſe eſt vt ſubſtantia dicatur de iſtis rebus.ſ. de contrarijs : & materia

F
a Frigiditas ſcđm Alex. facit ſubſtātiam in corporib⁹ frigidis.Idem. 1. ph.52.&.5. phy.cõ.10. & 8. meta. com.5.

a Formæ ſimplicium ſunt aliæ a formis compoſitorũ. vide idem. 7. me. cõ. 60. &. 1. me. cõ. 12. &. 1. de ge. 84. &. 3. celi. 67.

Hinc ſumitur cõtra ponẽtes numerũ formarũ ſecũdum numerũ prædicamẽtorum quiditatiuorũ multiplicari. Idẽ. 4. ce. 22.

& de compoſitis ex eis quorum iſta tria ſunt principia. Deinde dicit & ſi aliquid ſit vnum & calido & frigido: vt caro & os. i. & ſi aliæ ſubſtantiæ fiunt ex iſtis corporibus ſimplicibus: neceſſe eſt vt formæ earũ ſint aliæ a formis iſtorum. Generatum enĩ aliud debet eſſe ab eo ex quo generatur: quia habet aliam formam. Et intendebat demõſtrare quod principia propinqua in omnibus ſubſtantijs non ſunt eadem: ſed formæ a ſimplicium aliæ ſunt a formis compoſitorum & materiæ eorum propinquæ aliæ a materijs iſtorum. ſed tamen eædem ſunt proportionaliter. In ſimplicibus autem ſunt prima materia & formæ contrariæ ſubſtantiales & in compoſito ex ſimplicibus virtus quæ eſt in ſimplicibus ad recipiendum formas compoſitas ex formis finalibus & iſtis formis. ſecundum igitur modum poſsibile eſt dicere quod principia ſubſtantiarum ſenſibilium ſunt eadem: & quia etiã inuenitur in alijs prædicamentis quod aſsimilatur iſtis principijs quæ ſunt in ſubſtantia: ſed non ſint eadem. D. Iſtorum autem hic ſunt elementa & principia aliorum non alia ideſt ſubſtantiarum autem iſta quæ diximus ſunt elementa & principia. Aliorum autem præter ſubſtãtias habẽt alia elemẽta ſibi ſimilia. Deinde dicit quod autem ſic dicatur de omnibus &c. ideſt quod autem dicatur de omnibus ſcilicet quod hęc tria quæ ſunt in ſubſtãtia ſunt principia aliorũ prædicamentorum ſcilicet propinqua nõ eſt ſic: ſed habent iſta principia ſecundum comparationem & proportionem. i. quod in vnoquoq; prædicamẽtorum accidentium inueniũtur principia: quorum proportio ad illa eſt ſicut proportio principiorũ ſubſtantiæ ad ſubſtantiam nõ q̈ habeãt illã eandem materiam. Deinde dicit exemplum quomodo eſt iſta comparatio vniuerſalis in omnibus: & d. vt ſi aliquis dixerit quod principia ſunt tria &c. ideſt & dicere eſt qđ principia ſunt eadem proportionaliter: vt dicemus quod forma & materia & priuatio ſunt principia decem prædicamẽtorũ: ſed quæ in ſubſtãtia differunt ab eis quæ ſunt cuiuslibet prædicamenti: & ſimiliter ea quæ ſunt vniuſcuiuſq; prædicamẽti differũt ab alijs. D. d. exemplũ iſtorũ principiorũ in qualitate: & d. in colore album & nigrũ &c. i. V. g. quod principia colorũ ſecundũ formã & priuationẽ ſunt albũ & nigrũ: ſecundũ autẽ materiam recipientẽ eſt ſuperficies quæ eſt in potẽtia oẽs colores: & principia noctis & diei ſecũdũ formã & priuationẽ ſunt lux & obſcuritas: ſecundũ autem materiã recipientem eſt aer qui eſt in potentia luminoſus & obſcurus. Et intelligendũ eſt hoc in principijs propinquis: in remotis vero poſsibile eſt vt principia ſubſtãtiæ ſint principia omnium.

Principia ꝓpinqua decẽ prædicamentorũ nõ ſunt eadem ſed remota poſſunt eadem eſſe.

Quoniam autem non ſolum quæ inſunt cauſæ: ſed eorum quæ extra: vtputa mouẽs: palã quia alterũ principium & elemẽtum: cauſæ vero ambo & in hoc dicitur primũ: quod verò aut mouens aut ſiſtẽs principium eſt quoddã. Quare elementa ſecundũ analogiam tria. Cauſæ autẽ & principia quatuor: aliud verò in alio & prima cauſa. Quare mouens aliud alij. ſanitas infirmitas corpus manens medicatiua: ſpecies inordinatio talis lateres mouens ædificatoria: & in ea diuiditur principium.

Et quia cauſæ non tantũ ſunt in eis quæ fiũt: ſed ea quæ ſunt

extrin-

extrinsecus:manifestum est qđ principium & elementū diuersa sunt:quod autē mouet aut sistit est quasi aliquod principiū. Elementa igitur secundū comparationis æqualitatem quæ est secundū cōueniētiā sunt tria. Causæ autē & principia sunt quatuor & aliud aliȷ̄ est causa prima etiā secundum qđ est mouens aliud:sanitas & infirmitas corpus quod mouet medicinā. Forma enim non ordinatur:sicut illud qđ mouet artē ædificatorij.

Cū locutus fuerit de principijs quæ sunt partes rei.s. forma & materia:vult loqui de extrinseco.s.motore. Et.d.& quia causæ non sunt &c.i.& quia causæ nō omnes sunt partes rei cōpositæ.sed etiā sunt aliæ causæ ex extrinseco quarū vna est mouēs.& hoc nomē principiū a dignius est cōuenire motori:& elemētum cōuenire intrinsecis: manifestum est qđ elemētum & principium differūt inter se. Et.d.hoc b quia causa dicit̃ de omnib⁹:principiū aūt de extrinsecis: elementū vero de intrinsecis. Et ideo.d.in physicis qđ dispositio sciētiæ in omnib⁹ artibus habētibus principia & causas & elemēta:quia intēdebat ꝑ principia causas mouētes: c & per causas illud ꝙ est cōe illis quatuor: & ꝑ elemēta ea quæ sunt in re. Et quia agēs ꝓpriū est motor:agēs em̄ est mouēs & faciēs passiones:vt declaratū d est in lib.perigeneseos:mouēs autē ꝓprie nullā facit passionē:quapropter oīs agēs est mouens: sed nō oē mouēs est agēs. D.ꝙ aūt mouet &c.i.ꝙ si de mouēte & elemēto dicātur principia:cū principiū propriedicit̃ de motore. Et in alia translatione inuenimus loco huius:manifestū est qđ principium & elemētum sunt alia & causæ vtriusq;.i.manifestum est qđ principiū differt ab elemēto:& qđ hoc nomē causa dicit̃ de vtroq;:& inuenitur loco ei⁹ quod.d.qđ aūt mouet &c.sic & principiū diuiditur in duo : sicut illud quod mouet & cōstituit ꝙ aliquod principiū. Et in tertia trāslatione:& dicitur principium in istis:quod autē mouet est principiū: & manifestū est qđ intendebat demōstrare per hūc sermonē ꝙ hoc nomē principiū cōe est eis. D.d.elemēta vero secundū qualitatem &c.& in alia trāslatione. Causæ autē & principia sunt quatuor sed aliud alij: & prima causa est quasi motor;alius alij sicut sanitas & infirmitas & corpus & medicina quod mouet quāuis sit sine ordine sicut ista sanitas illud ꝙ mouet ædificationē. Et iā declaratū est qđ principia & causæ sunt quatuor:& illud qđ est principiū & finis est aliud ab eo cuius est principiū & quod mouēs est aliud ab eo quod mouetur ab eo. D.dedit exemplum causæ extrinsecæ:&.d.sanitas infirmitas corpus quod mouet medicinā.i.& exemplū causæ quæ est alia a causato est medicina quæ mouet ad sanitatem:aut ad infirmitatē. Medicina enim alia est a sanitate & ab infirmitate:& quia forma sanitatis nō est in anima medici in materia: sicut est forma sanitatis:ideo forma sanitatis quæ est in anima medici nō facit sanitatis actionem:quoniā si ita esset:tūc medicus esset sanus. Deinde,& si sine ordine ista sanitas mouēs ædificationē.s.ꝙ si sanitas mouēs nō habet ordinationē sanitatis quæ est in corpore:neq; forma ædificationis habet ordinē formæ domus.i.ꝙ forma sanitatis quæ est in aīa nō habet actionē sanitatis:sicut habet formā sanitatis quæ est ī corpore:

a Principiū dignius dicitur de motore & elemētum de causis intrinsecis. Idem.5.me.com.4.&.1.ph.cō.primo.

23

G

b Expositio dicti in com.&.t.1.primi phy.

c Cōtradicit sibi de causa hic & 1.ph.com.1.d.1.de ge.t.c.45.&.3.phy.com.3.

H

Forma sanitatis quę est in aīa medici nō est in materia qa tunc faceret sanitatis actionem.

& hoc intẽdebat cũ dicit in hac trãslatiõe forma nõ ordinaẽ sicut illud quod mouet artẽ ædificationis.i.ꝙ forma quæ est in anima sine ordine, id est sine actione eius quod est extra animã vt forma ædificatiõis quæ mouet ad formã ædificati quia nõ habet actionẽ formæ domus.

Quoniã aũt mouẽs in physicis quidẽ homo in his autẽ quæ à mẽte species & cõtrariũ. Modo quodã tres vtiꝗ erũt causæ: sic autẽ quatuor:nam sanitas aliqualiter ars medicinalis:& domus species ædificatoria:& homo hominẽ generat.Adhuc prę ter hoc vt primum omnium idem mouens omnia. Mouẽs autem in rebus naturalibus:homo hominis. in eis autem quæ sunt ex cognitione forma.est autem suum contrarium quapropter & causę aliquo modo sunt tres:sicut & quatuor:medicina enim est aliquo modo sanitas:& ars ædificãdi forma domus: & homo generat hominem : & etiam quod est extrinsecũ ab istis quod est principium omnium.

24 Cum declarauit causas esse quatuor; vult declarare quod aliquo modo reducuntur in tres. • Et dicit qđ cum quidlibet non fit nisi ex sibi conuenienti:vt homo generat hominẽ in rebus naturalib⁹ & forma artificialis facit aliã formam sibi similem aut contraria in rebus artificialibus:manifestum est quod causæ reducuntur in tres : cum agens & finis idem sint forma.Medicina enim aliquo modo est sanitas : & forma domus aliquo modo est domus & semen hominis homo: & quia dispositio vltimi mouẽtis oĩa aliquo modo est sicut dispositio mouentis propinqui:& primum mouens mouet ad omnes formas:manifestum est qđ forma a primi mouentis aliquo modo est omnes formæ:& hoc intẽdebat cum dicit & etiam illud quod est extrinsecũ ab istis quod est primum. Alex.autẽ dicit quod addidit hoc ad demonstrandũ aliud principium esse extrinsecum a motis & cõmune omnibus mouentibus:hoc enim principiũ secundũ quod est cõmune & remotũ nõ est necessarium vt sit conueniẽs:& quia etiam primus motor sicut declaratũ est nõ mouet:nisi ad perfectionem:& quod est sic non est necesse vt sit conueniẽs. Et veritas est quod primũ principium non debet esse conueniens secundum modum quo est principium proprium:& debet esse conueniẽs aliquo modo vniuersali. Et Themistius dicit quod dicit primũ motorẽ ad inueniendũ quod est aliud ab istis mouentibus propinquis & quod illud est quæsitũ in hoc sermone:& ita videtur mihi. Et Alexã. dicit quod dicere conueniens non verificaẽ nisi in causis agentibus propinquis & essentialiter nõ casu.s. in eis quæ sunt ex causis agẽtib⁹ quæ fiũt propter aliquid:& iã prædixit quod animalia quæ fiunt ex putrefactione sunt apud ipsum istius generis:& in sermone ei⁹ est quæstio quæ per se est perscrutanda. Deinde & dubitandũ est in hac propositiõe dicente quod cõueniens fit essentialiter ex cõueniente:quia in corrigia nihil est tale quale illud quod relinquitur ab ea in dorso:& est simile sermoni quod in serra non est lignum abscisiõis que est in ligno. talia autem sunt instrumenta non causæ agentes:& sermo eius non est nisi in causis agentibus:

a Forma primi mouẽtis aliq mõ est oẽs formæ. vide idẽ supra cõ. 18.i fi.Alex. expositio.

Themistij expositio.

Documẽtũ. Quæ cõditiões reqrũtur vt verificetur ꝓpositio famosa ꝙ cõueniẽs fit a conuenienti. Vide etiam. 2. ce. com. 42. & 7.met.com. 28.

agētibus,& ideo.d.qđ abscisio quā facit serra est in anima serrātis, & dolor quē facit corrigia est in anima percutiētis. Deinde igitur quod ista ꝓpositio verificaẗ tribus cōditiōib⁹ scilicet vt sit in agēte nō instrumēto,& i ꝓpinquo nō remoto,& ī agēte essentialiter nō ī accidētaliter.

Quoniā autē sunt hæc quidē separabilia:illa autē inseparabilia ille substātiæ.& propter hoc omnium causæ hæc: quia sine substātijs nō sunt passiōes & motus.D.hoc erit omnia anima forsan & corpus aut intellectus,& appetitus & corpus.

Et quia quædā res sunt abstractæ & quædā non abstractæ, & ille sunt substātiæ:& propter hoc inueniūtur istę causæ prę ter enim substantias nō inueniūtur passiones eorū neq; motus & post hoc erūt ista:anima forte & corpus aut intellectus aut desiderium in corpore.

Cū declarauit ꝙ possibile est dicere causas prædicamētorū esse easdē proportionaliter:vult declarare qđ substantia aliquo modo est causa omniū.Materia eñ quæ est in substātia est materia omniū prædicamētorū,& causa eorū:cōtraria eñ similiter quæ fiūt in substantia sunt causæ cōtrariorū aliorū ꝑdicamētorū,& hoc iā declaratū est ī tractatu substātiæ,& hic facit rememorationē. Et intēdit p abstracta substātias quæ sunt subiecta.ix.prædicamētorū,& p nō abstracta.ix.prædicamēta.q.d. quia prædicamētorū quædā sunt abstracta,& quædā nō abstracta sunt substātiæ,& nō abstracta accidētia substātiæ,& hoc declaratū ē.Declaratū est eñ qđ substātia accipiẗ in diffinitiōe eorū & nō ecōuerso:vnde substātia videẗ cā eorū. D.d.causam &.d.& ꝓpter hoc &c.i.& qa accidētia nō sepanẗ a substātia vīr; substātiæ causæ eorū:nullū ei accidēs existit extra substātiā.Sūt eñ in rei ṽitate passiōes & mot⁹ substātiarū & hoc intēdebat cū.d.qa extra substātias nō iueniunẗ passiōes & mot⁹ earū.i.qa ista nō sunt nisi dispōes substātiæ nō suijpsorū. Et hoc intēdebat in scđa trāslatiōe cū.d.& ꝓpter hāc cām causæ omniū sūt ista qa passiōes & mot⁹ nō sūt extra substātias.i.& ꝓpter hoc ꝙ dixim⁹ cāæ oīm sūt substātiæ:qa passiōes & mot⁹ īpossibile ē esse extra substātias. 25

Documētū. Substantiæ sunt duob⁹ modis,vnus sine acciden te: alius cū accidētib⁹.

Et sciēdū est ꝙ substātiæ sūt duob⁹ modis:mod⁹ vn⁹ in quo īpoẗe est fugere accidētia,& ali⁹ sine aliquo accidēte.prim⁹ aūt est sensibile:scđs aūt itelligibile. D.d.& post hoc erūt ista aīa &c.&.d.hoc:qa substātiarū q̄dā sūt naturales & q̄dā aīatæ:aīatæ aūt vīr esse principia substātiarū naturaliū,&.q.d.& post hūc sermonē dicam⁹ ꝙ pricipia oīm substātiarū & forte est aīa & corp⁹ aut intellect⁹ ex aīa,& desideriū tm̄,& innuit corpora cælestia:qa eñ sunt principia aīatorū & nō aīatorū fuit necesse vt essent aīata,& vt pricipia eorū sint corpus & aīa. Et.d.forte quia adhuc nō est perfecte declaratū. Alex.aūt.d.ꝙ cū narrauit causas substātiæ q̄ est causa oīm cōiūgit huic corpus & aīam:aut quia ista sunt causæ aīaliū:aut quia opinaẗ qđ hæc duo ꝓprie sunt substātiæ abstractæ,& ideo nō.d.materiæ neq; naturā:qa istę sunt substātiæ nō abstractæ,& ideo.d:forte:qa quidā existimauerūt aīam esse abstractā:quæ aīa apud ipm nō est abstracta:sed prīa forma est abstracta,& intēdit per ola ista corpora cælestia. D.& similiter intēdit per intellectū primū

L

Prima forma tantū est abstracta apud Alex.

mouens corpora cælestia, & per desideriũ animam quæ est in corporibus cælestibus. & vtrũ℘ istorũ est alteri propinquum. Et vniuersaliter apparet ex hoc sermone q̃d cũ dixit quod substãtia est principiũ aliorũ entiũ dixit quod principiũ substãtię est anima & corpus aut intellectus & desideriũ & corpus, & dimisit formas naturales. & primã materiam cũ videntur esse causatæ a substãtijs animatis: quia substantiæ animatæ sunt priores eis in esse. Aut quia non sunt substantiæ in actu sicut anima & corpus.

Amplius autẽ in alio modo proportionaliter principia eadem vt actus & potentia: sed & hæc alia quia alijs & aliter. In quibusdam quidem enim idem quãdoq; est actu: quãdoq; potentia, vt vinũ aut caro aut homo. Cadunt autem & hæc in dictas causas. Actus quidẽ enim species si sit separabilis, & quod ex ambobus, priuatio vero vt tenebræ aut laborans: potentia autẽ materia: hoc enim quod potest fieri ambo. Aliter autẽ actu & potestate differunt: quorum non est eadem materia: quorũ non est eadẽ sed altera. Quẽadmodũ hominis causa elementa ignis & terra: vt materia & species propria, & si quid aliud extra vt pater, & præter hoc sol & obliquus circulus. Neque materia etiã neq; species neq; priuatio neq; forma sed mouentia.

Et etiã alio modo principia proportionaliter sunt eadem: vt potentia & actus: sed hęc sunt rerũ diuersarũ diuersa & modis diuersis. In quolibet enim inuenitur idem quãdoq; in actu quãdoq; in potentia: vt vinum aut caro aut homo. Cadunt ista etiam in causis prædictis. forma enim est in actu cũ fuerit abstracta, & quod ex vtroque est priuatio & obscuritas: aut infirmus, & in potentia materia, & hoc est possibile vt recipit vtrũque. Et alio modo diuersum in actu & in potentia: in qua non est materia vna, & cuius forma non est eadem sed diuersa: vt sunt elementa causæ hominis scilicet ignis & terra: sicut materia & forma: propria etiam aliud ex extrinseco: vt pater & extra ista sol & orbis decliuis: cum non sit materia neq; forma neq; priuatio neq; æquale in specie etiã: sed motor in alia trãslatione loco istius capituli dicitur etiam idem.

26 Cũ declarauit q̃d possibile est dicere q̃d omnia prædicamẽta habent eadẽ causas secũdũ proportionalitatẽ, & sunt causæ quas habẽt de forma & materia & priuatione: vult etiã declarare quod hoc etiã habẽt de actu & potẽtia: ita quod principia omniũ sunt actu & potentia, & q̃d hic etiã reducũtur ad formã & ad materiã. Et dicit & etiã alio modo &c. id est, & etiã possumus dicere q̃d principia omniũ prædicamẽtorũ sunt eadẽ proportionaliter alio modo a prædicto sicut dicimus de materia & forma & priuatione. D. d. sed hæc duo sunt rerũ diuersarũ diuersa a

abstractū & materiale. a Et hoc quidē est quod facientes formas volunt dicere:sed nō perueniūt ad ipsum. Sed tamē motus carū non est propter exitum istarū formarū a potentia in actu nō ita quod illud est perfectio prima eorū:sed ita quod illud est cōsequens primā perfectionē eorū. V.g.quod qui b exercitatur ad conseruandum sanitatē per aliam operationē alicuius artis:primo intendit ad conseruandū sanitatem suam.secundo autem intendit illam operationem. Deinde dicit,& desiderium est sensus qui distinguit,& primum affectatum est sensus,id est,quoniā desiderium in animalibus est propter sensum qui distinguit & comprehendit voluptuosum & hoc desideratum est appetitus:volūtas autē est propter intellectū. Deinde dicit,& primo affectatum est bonū & desideriū,id est,quod primo est affectatū est bonū simpliciter: versus,quod mouētur corpora simpliciter. Et potest intelligi quod primo affectatū apud intellectū in eo quod est intellectus est bonum,& ideo dicit,& desideratū:qui existimatur proprie esse maius.& nō estimatur:quia desideramus,id est,& cum quanto magis aliquod existimatum fuerit maius bonum:tanto desiderium erit maius.Desiderium enim est propter existimationem eius quod est aliquid esse bonum. Et non existimauimus aliquid esse bonum propter quod desiderauimus ipsum necesse est vt illud quod est in se maius bonum sit maius desideratum. Et intendebat quod si motor corporum cælestium est magis bonus omnibus:necesse est vt sit desideratus magis bonis omnibus,& intendebat cum dicit & non existimatur: quia desiderauimus distinguere inter desiderium intellectus & sensus.In quo enim appetitus sensus dominatur super intellectum:reputatur desideratum esse bonum: quia est desiderabile,& omnia ista dicit ad declarandum quod corpora cælestia cum habent appetitum propter intellectum.Intellectus autem maius bonum ipso appetit:contingit necessario quod corpora cælestia appetunt in hoc motu aliquod magis bonum ipsis, & cum illa sunt nobilissima corpora sensibiliū & meliora:necesse est qđ illud bonū qđ appetunt sit nobilissimū entium & maxime qđ appetit totū cælū in motu diurno.

Intellectus autem ab intelligibili mouetur.Intelligibilis autem altera coelementatio secundum se,& huius causa substantia prima,& huius quæ simpliciter,;& secundum actum. Est autem vnum & simpliciter non idem. Vnum enim metrum significat:simplex autem; qualiter habens; ipsum. At vero & quod bonū & quod propter ipsum eligibile in eadē coelementatione,& optimū semper aut proportionale quod primum. Quod autē est quod cuius gratia in mobilibus diuisio ostēdit: est enim alicui quod cuius gratia:quorum hoc quidem est:hoc vero non est.Mouet autem vt amatū:motu vero alia mouetur.

Principium autem est imaginatio per intellectum.Intellectus vero est ex intellecto,& intellecta sunt allastogia vltima per se,& singulariter,& ex istis substātia est prima,& ex hoc simplex quod est in actu.Vnum autem & simplex non sunt idem:

idem:hoc enim significat mensuram simplex autem significat quomodo. Et etiam illud quod eligitur per se in vnitate elemẽtorum, & est valde nobile cum primo acquiritur. Quoniam autem in non mobilibus inuenitur propter quid hæc demonstrat diuisio: propter quid em̃ inuenitur alicui & huic. Et hoc quidem ex eis est ens: hoc autẽ non ens. Mouet igitur sicut amatum: propter motum autem mouet illa alia.

37 C

Cum declarauit primũ motorẽ esse æternũ in substãtia principium sine materia, & motorẽ absq; quod mouetur & quod mouet sicut desideratum & voluptuosum. Principium autẽ cuiuslibet motiõis est; ex aliquo, & ad aliquid: vult narrare principiũ istius motionis in moto quid est. & quid est illud ad qđ est motus. Et.d. principiũ autẽ est imaginatio per intellectũ, id est, prĩcipiũ autẽ isti⁹ motus existẽtis in corpore cælesti est imaginatio per intellectũ. Et.d. hoc ad demonstrãdum qđ principiũ istius motus nõ est phãtasia neq; sensus: sed imaginatio per intellectũ & desideriũ, & qđ hoc corpus mouet in loco est ab imaginatione in actu, & quia imaginatio per intellectũ quæ est actio intellectus est ipse intellectus: intellectus autem est ipsum intellectũ vt dictũ est in libro de anima. D.d. intellectus vero ex intellecto, id est, essentia autem & substãtia intellectus est ex intellecto, & quia intellecta sunt pluriũ rerũ: incepit demonstrare quod intellectũ est illud intellectũ qđ mouet totũ cælũ motu diurno qui est maximus & velocissimus motuũ, &.d. itellecta autem sunt allastogia alia vltima &c. id est. Et Alexã. d. quod ex hoc intelligendo sunt multa: quorũ vnum est quod vna allastogia per se est intellecta de genere allastogie quã posuerunt pythagorici cũ quærebant de principijs: quoniã cũ posuerũt cõtraria esse principia omnum entiũ ordinauerunt cõtraria decẽ quæ ponebãt principia, & ordinauerunt primũ sub genere quod est bonũ, & vltimũ in malo: & quæ ex istis sunt intellecta per se sunt allastogia boni: quæ autem mali per accidens sunt intellecta scilicet per priuationem bono, & quasi dicat, & hoc intellectum collocatur sub genere boni, id est, est bonum: quia bonum est intellectum per se. Deinde & forte est rememoratio de allastogia quã dixit in diuisione elementorum, & loquitur ex istis de contrarijs quæ sunt in vnoquoq; generum quæ sunt principia transmutationis, omniũ transmutabilium quorũ vnum est quasi forma, & aliud quasi priuatio. Allastogia autem quæ est quasi forma est intellectæ per se: quæ autẽ est quasi priuatio est intellecta: sed non per se. priuatio enim non intelligitur nisi in respectu sui habitus qui est forma, & quasi dicat quod intellectum est de genere formæ quæ est habitus non quæ est forma, & quasi dicat quod hoc intellectũ est de genere formæ quæ est habitus non quæ est priuatio: cum habitus intelligitur per se. a Vel aliter, & est quod intendit per allastogiam vltimas formas perfectas quibus priuatio non admiscetur, & quasi dicat quod hoc intellectum est ordinatum in intellectis quibus non admiscetur priuatio: non in contradictorijs quibus admiscetur priuatio. b Aut intendebat per allastogiam vltimã formam non materiam, hoc enim principium non intelligitur per se: sed per assimila

Principium motus cæli nõ est phantasia neq; sensus sed imaginatio per intellectũ & desiderium. Idẽ cõ. præcedẽti & ĩ ibi.

Prima expositio.

Secunda. Priuationõ intelligitur nisi in respectu sui habitus. Idem.3. de aia. te. c. 25. & pri. de aia. 85. &. 4 physic. 118. &. 120.

a Tertia.

b Quarta. Materia intelligit pas similationẽ. Idẽ. j. physi. 69. &. 81. & pri. ca. de substãtia orbis. & ĩhic com. 14.

Potētia per aliud intelligitur actus autē per se.
Idem.9.me. tex.cō.20.

assimilationem: forma autē intelligitur per se, & quasi dicat, quod hoc intellectum est ordinatum in intellectis formarum: non in intellectis materiæ. Allastogia enim quæ est forma est per se & simpliciter: intellecta autem materierum decem entium sunt per assimilationem, & ideo dixit post & ex istis substantia est prima, & hoc magis sonat ex suis verbis, & quasi dicat, & hoc intellectum est collocatum in intellectis formarum quæ intelliguntur per se & non per assimilationem, & sunt intellecta materiæ, & collocantur de hoc genere in specie formarum substantialium, & ex istis in eis quæ sunt simplices. Formarum enim quædam sunt substantiales: quædam non substantialium autem quædam materiales, & quædam non. In quo genere collocatur hoc primum intellectum, & hoc intendebat cum dixit: simplex & quod in actu: intendebat enim per simplex formam cui non admiscetur materia. Compositum enim est omne cui potentia admiscetur, & quia potentia per aliud intelligitur: actus autem per se: magis intelligitur illud cui nulla potentia admiscetur. Deinde dicit, & vnum & simplex non sunt idem &c. id est, quoniam vnumquodq; dicitur de continuo non significat idem & simpliciter absolute, vnum enim quod dicitur de continuo significat aliquod quod est multū in potentia & vnum in actu. Continuum enim diuisibile est: simplex autem absolute indiuisibile significat potentia & actu. Et vniuersaliter simplex & vnum dupliciter dicuntur: aut absolute aut in comparatione. Absolutum autem vtriusq; est illud cui non admiscetur materia: neq; est indiuisibile omnino, & fecit hic differentiam inter vnum & simplex: quia famosior intentio quam significat hoc nomen vnum est illud quod dicitur de continuo, & famosior intentio quā significat hoc nomen simplex est simplex absolutum, & propter hoc timuit ne accideret error in hoc nomine simplex propter hoc nomen vnum famosum: dum vnum ponatur pro altero. Deinde dicit & etiā illud quod diligitur propter se in vnitate elementorum istorum est nobile valde, id est, & etiam illud quod diligitur propter se & desideratur inter hæc principia abstracta quorum vnūquodq; est aliquid vnum simplex, & elementum corporis quod mouet est illud quod est ex eis in fine nobilitatis & simplicitatis & vnitatis. Et intendit per hunc sermonem distinguere inter primum principium & alia principia abstracta. Alia enim videntur esse electa & desiderata propter alia scilicet principia aliorum motuum cælestium præter motum diurnum, quod autem hunc motum facit videtur esse electum per se cum versus ipsum mouetur omne motu velociori & maiori motibus proprijs vnicuique eorum, est enim electum per se & amatum omnibus: tale autem est perfectum scilicet finem. Deinde dicit, cum acquiritur primo id est, cum illud quod est valde nobile est illud quod acquiritur per se, & omnia quæ acquiruntur propter ipsum acquiruntur. Deinde dicit, quoniam autem in non mobilibus non inueniuntur propter hoc quod demonstrat diuisio.

Ex hoc patet deū mouere effectiue.

Perfectio duplex.

Et Alexander dixit quod dixit hoc ne aliquis existimet quod intendit perfectionem quæ est accidens in perfecto. Perfectionum enim propter quas mouetur perfectum quædam sunt qualitates quibus perficitur illud quod mouetur: vt illud quod mouetur propter sanitatem:

tem:& quædā sunt substātiæ extrinsecæ a re quæ mouet ad eas:vt assimilet eis:vt inueniunt oēs actiones seruorū:qm̄ sunt erga genera intentionū dn̄i sui:igit dicunt esse ꝓpter dn̄m:& similiter oīa entia cum hoc primo principio. Deinde dixit ꝓpter quid em̄ inuenit alicui & huic, id est ꝓpter quid em̄ quod nō est existēs ꝑ se inuenit: vt bonitas in aīa & sanitas in corpore:qđ aūt est existēs ꝑ se est huius hoc idē.i. existens per se.D.d.& horū quidē est hoc ens hoc autē nō,id est illud aūt quod est substātia ex his duobus finibus est ens per se:vt rector hominibꝰ ciuitatis. Alius autem modus est non ens per se:sed in alio. D.d.mouet igitur sicut amatū:propter autem mouet ista alia, id est hoc autē primū mouens mouet primum motum ab eo sicut mouet amatum primū amās absq; quod amatum moueatur. Ea autē quæ sunt sub primo moto mouent mediāte isto primo. Et intēdit per primū motū corpus cæleste: & per alia mota ea quæ sunt sub primo corpore.s. alias spheras. & ea quæ sunt in generatiōe & corruptione.primū em̄ cælū a mouet ab isto motore secundū desideriū vt assimiletur ei secundū suū posse: sicut amatum mouetur vt assimiletur suo amato. Alia autē corpora cælestia mouentur secundū desideriū ad motū primi corporis. b & ideo planetæ habēt motū duplicē. ea autem quæ sunt sub istis mouētur mediantibus istis motibus:generationē autem & corruptionem faciūt motus oppositi duplices:cōtinuationē vero vnus motus æternus.& ex hoc videtur deum habere curam circa omnia entia. Dicētes autem quod deus solicitus c est circa vnumquodq; indiuiduum: aliqualiter est verum:& aliqualiter non:quia nullum indiuiduum habet dispositionē propriam:nisi illa dispositio inueniatur in aliquo modo illius speciei: & hoc igitur modo:verum est deum solicitari circa indiuidua. Solicitudo autem circa indiuiduum tali modo:q; nullus habeat communicationem cum eo:hoc non est fas bonitati diuinæ.

a Primū cælū mouet a prio motore secūdū desiderium vt assimilet ei secūdum suū posse: sicut amatum mouet vt assimiletur suo amato.vide ifra com.44.

b Propter qd planetę duplici motu mouent.

c Quō deꝰ solicitudinem habeat D circa indiuiduū a scd'm Auer. Vide etiā.2.de aīa com.34.& hic infra cō.52.&.2.ph. com.7.sed oppositū huius. Vide 10.ethic.c.10.

Siquidem igitur aliquid mouetur:contingit & aliter habere. Quare latio quæ prima & actus est secundum quod mouetur:ex hac autem contingit aliter habere secundum locum: & si non secundum substantiam. Quoniam autem est quidē mouens ipsum immobile ens actu ens:hoc non contingit aliter se habere nullatenus. Latio enim prima mutationum: huius aūt quę circulo:hac autem mouet hoc. Ex necessitate igitur est ens & necessitas bene transit principium. Nam necessarium totiēs hoc quidem videtur quod præter impetū: illud verò sine quo non bene:hoc autem nō contingit aliter:hoc simpliciter. Ex tali igitur principio dependet cælum & natura. Si igitur aliquid mouetur possibile est vt sit diuersarum dispositionū. Igitur si allatio & prima actio quæ mouet fuerit: possibile est vt locus sit diuersis dispositionibus.& quod in substantia non est diuersitas:& quia illud quod mouet ipsum est mobile cum est ens in actu impossibile est omnino vt sit secundum aliā dispositionē:

sitionem:& allatio est prima transmutationum: & est quæ est secundum circularitatem:& hic est motor istorum. De necessi tate igitur inuenitur principium etiam quod de necessitate sit principium.necessitas autẽ dicitur secundũ hos modos. Quædam igitur est violente:quia est extra naturam:& quædã impossibile est: vt sit simpliciter alio modo ꝙ sic. Cælum igitur & natura continua sunt sicut per principium.

38 Vult declarare modum colligationis entium transmutabilium cum prima substantia est enim in hoc magna quæstio iam prædicta, scilicet quomodo ęternũ est principiũ generabilis & corruptibilis. Et dixit si igitur aliquid mouetur possibile est vt sit diuersarum dispositionum: & hæc propositio est vera in modis transmutationũ:quod eñ trãsmutatur in substãtia inuenitur diuersarũ dispositionũ in substãtia: & similiter in qualitate & in loco. D.d.si igitur allatio &c. id est si igit mo tus transmutationis quo mouetur primũ motum fuerit: possibile est vt hoc motũ habeat diuersitatẽ in loco non habendo diuersitatem in substantia,scilicet ꝙ possibile est inuenire aliquod æternum nõ trãsmutabile in substãtia:& trãsmutabile in loco:& est quasi medium inter primum in quo nulla transmutatio est:& inter transmutabilia in substantijs suis:& hoc intẽdebat cũ dicit & quia illud quod mouet ipsum est non motũ:vt sit in actu:possibile est vt sit secundũ aliã dispositionẽ,id est ꝙ illud qđ mouet primũ motũ cum sit nõ motum ꝙ est actus purus siue aliqua potẽtia:impossibile est vt habeat aliã dispositionem ab ea quã habet. D.d.& translatio est prima trãsmutationũ &c.i.& trãslatio est primus motuũ:sicut dictum est in naturalibus:& ex istis circularis.D.d.& hic est motor istorũ.i.& primus motor mouet istũ motũ tm̃ sine medio. D.d.ex necessitate igitur &c.i.declaratũ est igitur ꝙ necesse est tale principiũ esse de necessitate. D.d.& necessitas dicit secundũ hos modos,id est duobus modis quorũ vnus est violente & est illud quod est extrinsecum a natura rei:& dicitur etiã de eo ꝙ impossibile: vt in aliqua hora sit circa suum esse.& hoc intellexit cum dixit: hoc est de necessitate principiũ. Deinde dixit in alia translatione:cũ tali principio cõtinuum est cælum & natura sicut in nobis bona dispositio paruo tẽpore,id est iam igitur declaratum est ꝙ cælum & naturalia continuantur cum primo quod est intellectus qui est in fine gaudij & voluptatis:sicut nostra dispositio in continuatione cũ intellectu qui est principium paruo tempore. Deinde dixit ista igitur dispositio in illo est semper.nobis vero est impossibile, id est sed continuatio cæli cũ hoc principio semper est:nostra autẽ continuatio cum principio qđ est in nobis impossibile est vt sit semper:illud autem quod cõtinuatur de nobis est generabile & corruptibile.in corpore vero cælesti est æternum. a Et ex hoc quidem apparet bene ꝙ Aristo.opinatur ꝙ forma hominũ in eo ꝙ sunt homines nõ est nisi per continuationẽ eorum cũ intellectu qui declarat in libro de anima:esse principiũ agens & mouens nos.Intelligẽtiæ enim abstractæ:in eo ꝙ sunt abstractæ debet esse principia eorũ quorũ sunt principia duobus modis secundum ꝙ sunt mouẽtes:

Necessitas dupl’r dicit vide.5.met. ca.de necessario.
a Digressio quæ ostẽdit intellectum esse formam hoĩs ĩ eo ꝙ homo. vide oppositũ. 3. de aĩa.cõ.5. &.2. de aĩa. 7.&.11.cõ.
Intelligẽtiæ abstractæ ĩ quantũ sunt abstractę de

mouentes:& ſecundum quod ſunt finis.Intelligentia enim agẽs inquantum eſt abſtracta & eſt principium nobis:neceſſe eſt vt moueat nos ſecundum quod amatum amans:& ſi omnis motus:neceſſe eſt vt cõtinuetur cum eo a quo fit ſecundum finem:neceſſe eſt vt in poſtremo continuetur cum hoc intellectu abſtracto:ita quod erimus dependentes a tali principio a quo cælum dependet quãuis hoc ſit in nobis modico tempore:ſicut dixit Ariſto.

Deductio autẽ qualis optima paruo tempore nobis: ſic em̃ ſemper illud eſt nobis quidem impoſsibile.Quoniam & delectatio huius: & propter hoc vigilatio ſenſus & intelligibilia & delectabiliſsimum: ſpecies verò & memorie propter hoc. Intelligibilia autẽ quæ ſecundũ ſe eius quod ſecundum ſe optimum:& quæ maximæ eius quod maximæ.Seipſum autẽ intelligit intellectus ſecundũ tranſumptionẽ intelligibilis. Intelligibilis autẽ fit attingẽs & intelligẽs:quare idẽ intellectus & intelligibile:ſuſceptibile em̃ intelligibile:& ſubſtãtiæ intelligẽdum eſt actualiter habens. Quare illud magis iſto quod videt̃ intellectus diuinum habere & ſpeculatio delectabiliſsimũ & optimũ.Si igitur ſic bene habet vt nos quãdoq;: Deus ſemper mirabilis:ſi autẽ magis adhuc mirabilius habet aliquis. Et vita aũt vtiq; exiſtit:etenim intellectus actus vita:illud autẽ ipſe actus eſt:actus autẽ quod ſecundũ ſe illius vita optima & ſempiterna.Dicemus autem deum animal eſſe ſempiternum optimum. Quare vita & duratio continua & æterna exiſtit deo: hoc enim deus. Voluptas enim eſt actio illius etiam:& ideo vigilia & ſenſus & intellectus ſunt voluptuoſa.Species autem & rememoratio ſunt propter iſta. Intelligere autem quod eſt per ſe eſt illud quod eſt nobilius per ſe:& quod eſt maius eſt illud quod maius.Et quod intelligit ſe:eſt intellectus per acquiſitionem intellecti:ſic enim intellectum quando intelligit.Intellectus igitur & intellectum idem. Recipiẽs enim intellectum & ſubſtantiam eius eſt intellectus:& non intelligitur niſi cum habet.Exiſtimatur igitur ꝙ intellectus eſt illud diuinum magis ꝙ̃ hoc.Deſideratio autem eſt aliquid valde nobile & voluptuoſum:Si igitur de⁹ ſemper eſt ſicut nos in aliqua hora: hoc eſt mirum:& ſi magis:magis eſt mirum:eſt quidem ſic: & eſt vita:quia actio intellectus eſt vita:& illud eſt intellect⁹ per ſe: & habet vitam nobilem & ſemper æternam. Deus igitur eſt vnus æternus in fine nobilitatis.ergo eſt vita:& eſt continuum æternum.hoc quidem eſt deus.

bẽt eſſe principia eorum quorũ ſunt pricipia duobus modis ſecundũ qđ ſunt mouentes & ſecundũ ꝙ ſunt finis.Idem ſupra.36.& infra.44.& j.c.de ſubſtãtia orbis.&.2.

F

De⁹ eſt aĩal optimũ ſempiternum & duratio cõtinua & æterna exiſtit deo.

• Dixit Ariſt.voluptas cũ eſt actio &c.i.primi principij. D.d.cũm & dixit: 39

& dixit: & ideo vigilia &c.i.quia causa voluptatis est comprehensio:&
G q.d.& delectatur quia comprehendit. Et signum quod comprehensio
Causa volu est causa voluptatis:est quia vigilia & sensus & intellectus sunt in no/
ptatis e cō/ bis voluptuosi. D.d.species autem &c.i.species autem & rememora/
prehensio. tio quāuis sint voluptuosę:tamē sunt in rebus nō existentibus in actu:
& sunt voluptuosi:quia sperans imaginatur ea esse cōprehensa in actu:
& similiter memorans:& innuit quod comprehēsio voluptuosa non est
nisi illius quod est in actu:nō in potentia: & quod desideriū pręcedens
comprehensionē omnem magis videtur dolor quā voluptas. D.intel
lectus autē per se eius quod est nobilius per se.i.& quod intelligit per
se nō est per aliud est nobilius eo qd' intelligit per intellectū existentem
in eo. D.d.& quod est magis est illius quod est magis.i. qd' voluptas
quę est maior est illius quod est maioris intellectus. D.d.& quod in/
telligit se est intellectus per acquisitionem intellecti.i.quod intelligit se
declaratur per se:& hoc est verum delectans & tale est intellectus. Eum
Intellectum enim acquisiuit intellectū & intellexit ipsum intelliget se quādo ipsum
cū intelligi/ nō est nisi intellectū qd' intelligit:intellectus igitur est illud qd' delecta/
tur sit idem tur per se. D.d.sit enim intellectū quādo admiscetur & intelligit.i. &
cum intelle intellectus in nobis nō intelligit se donec admisceatur cum intellecto:
ctu. & imaginetur & intelligat ipsum in actu:nō quādo est in potētia ante/
quā intelligat ipsum intellectū:quia intellectū cum intelligit fiet idem
cum eo.s.intellectu. Et intendebat per hoc distinguere inter volupta/
tē quę est in intellectu quę quādoque est in potētia quādoque in actu:& quę
est semper in actu:& hęc est qui nō est in materia. D.d.intellectus igi
tur & intellectum sunt idē &c.i.intellectus autē & intellectū fiunt idē cū
intellexerit quia recipiens & receptum de intellecto vtrumque est intelle/
ctus:& ideo intellectus & intellectum & intelligens reducuntur in vnū:
Vide hic q/ & non differunt nisi secundum respectum dispositionum.Intellectus eīm
modo dicit inquantum intelligit intellectum dicitur intellectus & inquantum intel
intellectum ligit per se dicitur quod intellectus per se est ipse intellectus econtrario
esse rē intel/ illi quod intelligit per aliud:& inquantum quidē intellectus est illud qꝫ
lectam. intelligitur:dicitur quod intellectus est res intellecta. Deinde dicit in
tellectus igitur ille diuinus est maior isto.i.& cum intellectus in nobis
quādoque est potentia:quādoque actus:ille autem intellectus diuinus sem/
per est actus.manifestum est nobiliorem esse isto intellectu qui est in no
bis. Deinde dicit desideratum autem est aliquid valde & nobile.i.&
manifestum est quod intelligere per intellectum qui est in nobis est val/
de voluptuosum & nobilius oībus rebus existentibus in nobis. De/
inde dicit si igitur deus &c. idest & ideo videmus quod si voluptas dei
per comprehensionem sui ipsius est ęqualis voluptati quam nos habe/
mus tamen intellectus in nobis comprehendit se:& cum denudatur a po
tentia:hoc autem in nobis paruo tempore existit. In deo autem semper
valde est mirabile.& si illa voluptas quę semper est in eo est multo ma
H gis nobilius quod in nobis est magis & magis mirabile. Et Alexan.d.
Voluptas quod nō est intelligendum per voluptatem:voluptatem consequentem
ita cōsequi/ passionē quę opponitur tristicię.Voluptas autē quę est in intellectū nō
est passio:neque habet oppositū:cum ista comprehēsio nō opponatur igno/
rantie

rantiæ. Voluptas enim ita consequitur comprehensionem, sicut vmbra corpus. Si igitur aliqua comprehēsio est quæ nullum oppositum habet & nunquam est in potentia, tunc comprehendenti nunquam accidit dolor per defectum comprehēsionis. D.d. & habet vitam quia actio intellectus est vita, id est, & dicitur de eo vita. hoc enim nomen scilicet vita non dicitur de comprehensione. & cum actio intellectus est comprehensio, ergo actio intellectus est vita. Deinde dicit, & intellectus per se & habet vitam nobilē, id est, & cum intellectus est vnus & cū actio eius est vita, illud igitur ꝙ intelligens est, quia intelligit se non quia intelligit aliud illud est viuū quod habet vitam in fine nobilitatis. & ideo vita & scientia proprie dicuntur de eo. Est igitur vnus deus sapiens. & hoc præsentauerunt antiqui trinitatem esse in deo in substātia, & voluerūt euadere per hoc & dicere quia fuit trinus & vnus de⁹, & nesciuerunt euadere, quia cum substantia fuerit numerata, congregatum erit vnum per vnam intentionem additam congregato. Et d. Alex. & hoc similiter contingit loquentibus in lege maurorum ponentibus has dispositiones additas essentiæ. Quapropter contingit eis vt sit vnus per vnam intentionem additam essentiæ & dispositionibus. Et vtrique dispositioni dubitatur accidere compositio, & omne compositum est nouum nisi dicant aliqua componi per se, & si aliqua essent quæ componerentur per se, tunc exirent de potentia in actum per se & mouerentur sine motore per se. Et sic est intelligendum cum dicimus ipsum esse vnum & habentem vitam, scilicet idem in subiectum, & duo secundum modum, non quia significant idem omnibus modis, sicut significant nomina synonyma, neque sicut significant nomina, scilicet neque sicut principale & sumptum, quia sumptum significat illud quod significat principale & magis. Vita enim significat aliquid non in subiecto, viuum autē significat aliquid in subiecto, scilicet formam in materia, & habitū in subiecto, hæ igitur sunt dispositiones significationum nominum in eis quæ sunt forma in materia. a In eis autem quæ sunt forma non in materia dispositio & dispositum reducuntur ad vnum in esse, & duo in consideratione. Ista enim essentia cum fuerit accepta secundum ꝙ posita & fuerit disposita aliqua dispositione tunc dispositio & dispositum vnum erit in prædicatione, & duo intentione quia prædicatum differt a subiecto, sed tamen non sicut prædicatum differt a subiecto in propositionibus cathegoricis substantialibus. Dispositio enim idem est & dispositum, sicut in rebus abstractis: sed in potentia duo quando intellectus diuisit vnum ab altero, intellectus b enim natus est diuidere adunata in esse in ea ex quibus componuntur, quamuis non diuidantur in esse sicut diuidit materiam a forma, & formam a composito ex materia & forma. hic igitur est dispositio intellectus in rebus compositis ex materia & forma, cum disponit compositum per formam, aut cum disposuit habentem formam per formam intelligitur enim vtraque esse adunata aliquo modo & differentia aliquo modo. Verbi gratia, quia cum disposuit hominem per rationabilitatem intelligit quod subiectum rationabilitatis & rationabilitas idem sunt in adunatione, & intelligit quod differens ex eis est aliud a delato. Cum autem fuerit

Marginal notes:

tur cōprēhēsione sicut vmbra cōsequit corp⁹.

Disgressio.

Oīe cōpositum est nouum q̄d de intellectu agēte & materiali: q̄d de orbe & intelligentia: Quō differunt abstractū & cōcretū in rebus materialib⁹ & q̄uo ī abstractis a materia.

a In abstractis a materia dispositio & dispositum sunt vnū in esse & duo ī cōsideratione.

b Intellectus natus est diui

dere ea quæ sunt aduna ta in esse si cut diuidit materiam a forma op. vide de mate ria. j. ph. 69 &. 4. physi. com. 16.

rit considerata dispositio & dispositum in eis quæ non sunt in materia tunc reducuntur ad vnam intentionem omnibus modis, & nullus modus erit quo prædicatum distinguatur a subiecto, & dispositio extra intellectum scilicet in essentia rei. Sed cum intellectus cōponit aliquā propositionem ex dispositione & disposito in talibus rebus, tunc non intelligit ex eis nomina synonyma ita ꝙ propositio sit secundum nomen non secundum intentionem, sed intelligit ea esse differentia secundum assimilationem scilicet quod in talibus accipit duo, quorum proportio adinuicem alterius ad alterum est sicut proportio prædicati ad subiectum, & ex eis componit propositionem cathegoricam & nullam intelligit differentiam inter ea esse omnino nisi secundum acceptionem scilicet quia idem accipit dispositum & dispositionem. Intellectus enī non potest intelligere idem his duobus modis secūdum similitudinem ad propositionem cathegoricam in rebus compositis, sicut intelligit multa secundum similitudinem. & si intellectus non accepisset in istis dispositionem & dispositum non posset intelligere naturas eorum neq declarare eas. & magna differentia est inter ea quæ differunt in esse & intellectu, & quæ differunt in intellectu tantum. Multiplicitas igitur in deo non est nisi in intellectu differentia non in esse. Sed Alexander dixit quod non est intelligendum per hoc quod dicimus non intellectus intelligit se secundum alterationem. videmus enim virtutem visibilem videre se in speculo & cum hoc possibile est dicere in eo, magis est possibile in intellectu. Deinde dicit, deus igitur est vnus &c. id est, & secundum hoc quod sonat hoc nomen est vnum æternum valde nobile, & declaratum est ratione aliquod tale esse, & est illud quod mouet omne, hoc igitur est deus.

Multiplicitas attributorū in deo est secūdum rationē non secūdū esse.

Quicūq autem putant vt Pythagorici & Leucippus optimum & nobilissimum non in principio esse, quare & plantarum & animalium principia causæ sunt. Bonum vero & perfectum in his non recte existimant. Nam sperma ex alteris est prioribus perfectis, & primum non est sperma sed perfectū, vt priorem hominem dicat aliquis esse spermate. Non enim qui ex hoc fit, sed alterum ex quo sperma.

Omnes autem qui existimabant existimationem. Pythagorici & Leucippi, & ꝙ bonum & nobile non est in primo, quia causæ plantarum & animalium sunt principia, & ꝙ bonum & perfectum sunt in eis quæ sunt ex istis non verum re putant. Semina sunt ex aliis præcedentibus perfectis, primum autem non est semē, sed aliquid perfectum. Verbi gratia, quod hominem oportet esse ante sperma, non aliud quod fit ex hoc, sed aliud ex quo fit semen.

40 Dicit Aristo. & antiqui dicentes quod perfectio non est in principiis, sed in eis quæ sunt ex principiis. animalia enim & plantæ perfectiora sunt principiis, scilicet seminibus & spermate non vere dicunt. semina enim fiunt ex rebus perfectis generantibus semina. Verbi gratia,

tia, quoniam ſemen hominis fit ex homine. ſemina igitur non ſunt principia, ſed eſt principium illud a quo generantur, & eſt in perfectione ſicut generatum ſi fuerit de ſpeciebus generatis ex ſimilibus, aut perfectius ſi fuerit ex non generatis ex ſuis ſimilibus. Principium enim eorũ quæ non generantur ex ſimili eſt ſol & orbis decliuis, & eorum quæ generantur ex ſimili non tantum eſt principium ſimile in ſpecie, ſed & cũ ſole & orbe decliui. Vnde a Ariſto. d. homo generat hoiem & ſol.

Principium eorũ quę nõ generant ex ſimili eſt ſol & orbis decliuis. vide idẽ ſupra.13 &.18.&.7. met.31.&.8 phy.46.& 47.c.

Quod quidem igitur eſt ſubſtantia alia ſempiterna & immobilis ſeparata à ſenſibilibus, manifeſtum eſt ex dictis, oſtẽſum eſt autem. & quia non contingit habere hanc ſubſtantiã magnitudinem nullam. Verũ ſine parte indiuiſibilis eſt, mouet enim infinitum tempus & non habet potentiam infinitã finitum. Quoniam autem omnis magnitudo finita eſt aut infinita, finitam quidem propter ꝙ hoc vtiq; non habebit magnitudinem. Infinita verò non quia totaliter nulla eſt. infinita magnitudo. At verò quia impaſsibilis & alterabilis. Omnes eñ alij motus poſteriores ſunt eo qui eſt ſecũdum locum, hęc quidem igitur manifeſta quia hunc modum habent.

a Secundo phy.tex.cõ.26.

H

Nulla eſt magnitudo infinita.

Quoniam autem aliam ſubſtantiam æternam non mobilẽ abſtractam à ſenſibilibus eſſe manifeſtũ eſt hoc modo, & iam declaratum eſt hanc ſubſtantiam habere magnitudinem aliquam eſſe, ſed neq; partem neq; diuiſionem habet, mouet eñ tempore infinito. Nullum autem finitum habet potentiã infinitã, oĩs igit̃ magnitudo aut finita aut infinita. & ideo non erit in magnitudine finita neq; infinita, qa magnitudo infinita eſt nulla, & manifeſtũ eſt ꝙ non patitur neq; tranſmutatur. Oẽs eñ motus poſt locales ſunt, hic igit̃ manifeſta ſunt eſſe talia.

Facit rememorationem de hoc quod declaratum eſt prius, ſcilicet 41
ſubſtantiam æternam eſſe non mobilem & abſtractam ab omnibus materijs. Et d. & iam declaratum eſt hanc ſubſtantiam &c. id eſt, & iam declaratum eſt in naturalibus quod impoſsibile eſt vt iſte motor ſit potentia in corpore, neq; corpus, qm̃ nõ habet partem, neq; diuiſibile eſt, neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter, omne autem corpus habet partes & eſt diuiſibile. D. dedit cauſam in hoc, & d. mouet enim in tempore infinito, quapropter debet habere potentiam infinitam. D. d. & nullũ finitum habet potentiam infinitam, id eſt, & neceſſe eſt vt habens potentiam infinitam non ſit corpus, quia primus motor habet potentiam infinitam, & omne corpus aut potentia in corpore eſt finitum, ergo in ſecũda figura primus motor non eſt corpus neq; potentia in corpore. Et quia neceſſe eſt vt omne corpus habeat potentiam, quia omne corpus eſt finitũ, & potentiæ corporales ſunt diuiſibiles ſecũdũ diuiſionẽ eius. D. d. omnis igit̃ magnitudo aut infinita aut finita. i. & neceſſe eſt vt oĩs potentia ſit finita in corpore, ſi eñ nõ, aut ergo in corpore finito aut infinito, ſed corpus infinitũ impoſsibile eſt eſſe & ſi in corpore finito fue

8.phyſi.7. &.79.

Digreſsio in qua inducit quæſtio Ioannis grãmatici contra peripatheticos. ꝑ qua vid. cõ.79.l.8.ph. & in fine libri de ſubſtãtia orbis.

Potẽtia multipl'r dicitur vide.j.phyſ. 63.et.8.me. c.4.&.12.et hic.t.cõ.10. &.2. vlt.ca. de ſubſtantia orbis. Dubium. Solutio. Mot⁹ cæ.cõponiẽ ex duplici motoribus.

rit potẽtia infinita, cõtinget corp⁹ illud moueri in inſtanti, vt declaratũ eſt in octauo phyſi. Et hoc intendebat cum.d. propter hoc igitur non erit in magnitudine finita &c.id eſt, cauſa autem propter quam potentia infinita non eſt in corpore, eſt quia in corpore infinito non eſt, quia corpus infinitum non eſt, in corpore autem finito non eſt, quia diuidiẽ per diuiſionem finiti, & quod diuiditur per diuiſionem finiti eſt finitum.

Ioannes grammaticus mouit magnam quæſtionem difficilem peripatheticorum. D. enim ſi omne corpus habet potentiam finitam & cælum eſt corpus, ergo habet finitam potentiam. & omne finitum eſt corruptibile, ergo cælum eſt corruptibile. Si igitur aliquis dixerit ꝙ priuatio corruptionis eſt acquiſita in cœlo de potentia æterna abſtracta, cõtinget vt aliquid poſsibilis corruptibilis ſit æternum. Quoniã autẽ eſt impoſsibile, hoc declaratum eſt in fine primi cæli & mundi. Dicamus igitur nos ꝙ mirum eſt de hoc quod.d. ꝙ omne corpus habere potentiã finitam eſt verum. Potentia enim multipliciter dicitur, eſt enim potentia in ſubſtantia & alteratione & vbi, & iam declaratum eſt ꝙ de iſtis virtutibus nulla exiſtit in corpore cæleſti niſi potentia in loco. iſta igiẽ ꝓpoſitio nõ eſt cõmunis omni corpori niſi cũ per potẽtiã intelligaẽ potẽtia in vbi ſcilicet cũ dicimus ꝙ omne corpus habet potẽtiã finitã. Cũ eñ dicimus oẽs potẽtias in corpore eſſe finitas eſt verũ quæcũq; potentia fuerit, & cum dicimus quæcũq; potentia fuerit in corpore eſt finita, eſt verũ, ſed nõ conſequitur ex hoc ꝙ omne corpus habeat oẽm potentiã, quia corpus cæleſte nõ habet potentiã niſi tm̃ in vbi. Si igitur potẽtia qua mouetur hoc motu æterno fuerit in eo, aut eſt finita aut infinita. ſi infinita, continget moueri in inſtanti. ſi finita poſsibile eſt quieſcere quod improbatũ eſt, ergo non mouetur per potẽtiã exiſtentẽ in eo, immo per potentiã nõ in ſubiecto omnino. Sed aliquis quæret ſi mouẽ a potẽtia cuius actio eſt infinita, neceſſe eſt vt moueat ipſum non in tempore, ſicut continget cum fuerit exiſtẽs in eo. Et diſſolutio eſt ꝙ iſte motus componitur, vt declaratũ eſt ex duobus motoribus. quorũ vnus eſt finitæ motionis, & eſt anima exiſtens in eo, & alter eſt infinitæ motionis, & eſt potentia quæ non eſt in materia. Secundum igitur ꝙ mouetur a potentia finita mouetur in tempore, cum dicere finitatem eſt habere proportionem terminatam ad motam rem, & in ſua ſubſtãtia eſt æterna, queadmodũ ei⁹ ſubiectũ eſt æternũ. ſ. ꝙ in neutro eorũ eſt poſsibilitas in ſubſtãtia & tñ eſt poſsibilitas in ſubiecto eorũ in recipiẽdo motũ in eis: aut nõ niſi in neutro tm̃. Et per diuerſitatẽ iſtius ꝓportionis in corporibus cæleſtibus. ſ. quæ eſt inter corpora eorũ & animas diuerſantur in velocitate & tarditate, & in hoc in quo cõueniũt, quia mouenẽ a potentia non in materia habente æternitatem motus, & cõtinuitatẽ mot⁹. Et ex hoc modo etiã verũ eſt dicere corpus cæleſte hanc potentiã finitã. Et hæc eſt intentio eius quod.d. Ariſt. a eſſe in cælo, qm̃ ſi in primo cælo eſſent plures ſtellæ, aut tardiores aut tardius mouerenẽ, aut omnino, non, non quia laſsitudo accidat ei, ſed propter defectum proportionis quæ eſt inter motorem in eis & motum. Motor enim nõ mouet niſi quia potentia eius eſt maior potentia moti, & quanto magis fuerit tanto maius potentia eius, & cum potentia motoris non ſuperabundauerit non poterit mouere ipſum, & ſi modicum ſuperabundauerit mouebit

a Secundo cæli. 71.

mouebit tardius: in corpore a quidem cælesti non est potentia vt corrumpatur: quia non habet contrarium: est igitur remanens per se & per suam substantiam b motus autem impossibile est vt sit remanēt per suam substātiam cum habeat contrarium scilicet quietem secūdum igitur permanentiam motus oportet nos ponere aliam intentionem remanentem in se econtrario permanētiæ quæ est in substantia. c non est in cælo possibilitas: nisi vt quiescat: sed hoc iam probatū est esse impossibile: ergo necesse est vt in hoc sit ꝓpter motorem in quo nulla potentia est omnino neq; essentialiter neq; accidētaliter: sed tale non est in materia. Et ideo. d. Aristo. d quod nō est timendum cælum quiescere in aliqua hora: & nō. d. corrumpi. Corruptio enim nō est in eo possibilis sicut quies. Et ideo non est verum dicere aliquid possibile esse ex se. Aeternum autem & necessarium ex alio eo quod necessariorum quoddam est necessarium per se & quoddā per aliud non est nisi in motu cæli tantum. Vt autem aliquid sit possibile in sua substantia & per aliud sit necessarium in esse impossibile est. Impossibile enim est vt idē sit possibile in esse ex sua substātia: & recipiat ex alio necessarium esse nisi esset possibile vt natura eius trāsmutaretur. Motus autem possibile est vt & necessarius ex alio sit possibilis ex se: & causa in hoc est quod esse habet ex alio. s. a motore. Si igit͛ motus iste fuerit æternus necesse est vt fiat ex motore non moto omnino neq; essentialiter neq; accidentaliter. Permanentia igitur motus est ex alio: substantia autem ex se: & ideo impossibile est inuenire substātiam: possibilem ex se necessariū ex alio: quod est possibile in motu. Omnis igitur potentia mouens existens in corpore necessario mouetur accidentaliter & non essentialiter: & oē motum accidentaliter aut essentialiter possibile est vt quiescat ex se & est motum ab alio. Si igitur est aliqua potentia in corpore qua poẽ est quiescere a motione in aliqua hora necessario moueṫ a motore in quo nulla potētia est omnino: neq; essentialiter: neq; accidentaliter: sicut est de corpore cælesti. Hæc igitur est intentio eius quod. d. Arist. qḋ oīs potentia in corpore est finita. i. quod actio eius possibile est vt sit finita in quo aut ex corporibus est in potētia ad esse: necesse est vt trāsmutetur eius substātia. Et impossibile est vt acquirat permanētiam & æternitatem ex alio: nisi substātia eius trāsmutetur: in quo vero ex corporibus est potentia tantū in vbi: possibile est dicere hanc potentiā esse possibilem ex se: necessariū ex alio. Et etiā qm̄ corpus cæleste ex se mouetur: & omne quod ex se mouetur possibile est vt quiescat ex se: & dicere est motum ex se hoc omne quod per desiderium & voluptatem moueṫ sed iam declaratum est: quoniam corpus cæleste quiescere impossibile est. Quapropter æternitas motus eius est propter motorem in quo nulla potentia existit ad aliquem modum trāsmutationis: neq; essentialiter neq; accidentaliter. Motor igitur corporis cælestis est potētia nō materialis necessario: ideo quærendū est qḋ omne habēs motū in loco æternum: necesse est vt sit substātia æterna. Si vero substātia æterna sit: nō erit necessariū vt motus eius in vbi sit æternus: sed si motus eius in vbi fuerit æternus: necesse est vt motus eius sit a motore nō corporeo: neq; potentia in corpore: neq; æterno neq; non æterno. hoc quidem est valde difficile & clausum: & ideo iste locus fuit lapsus sapiētū. Cū enim declaratum est hoc

a In corpore cælesti nō est potētia vt corrū paṫ quia nō habet cōtrarium. Idē. i. ce. c. 20. & quæ ibi.

b Motus impossibile est vt sit remanens se cūdū suam substātiā cū habeat contrarium.

c Non est in celo possibilitas nisi vt quiescat. Vide oppositū. 6. phy. 15. & 7. ph. c. 2.

d Nono me. t. cō. 17.

In solo motu veritatē habet q᷑ aliquid ex se possibile fiat ab alio necessarium enim substātijs aūt impoẽ est.

hoc corpus esse æternum: possibile est existimare quod nō indigetur in hoc esse ponere principiū aliud nobilius eo. Existimatū est enim qđ cū dicimus omnis potentia in corpore est finita: nō est verum nisi in corporibus materialibus generabilibus & corruptibilibus. Si autem aliquod æternum est in sua substātia existimatum erit ꝙ necesse est potentiā eius manentem esse æternæ motionis. & in hoc loco errauerunt zabij & sapientes eorum. Et Aristo. sustētatus est in hoc super duas propositiones: quarū vna est quod omnis potentia in materia finita est. secunda aūt est qđ actio infinita nō fit ex potētia finita. Vnū prouenit qđ faciēs motum infinitum est potentia nō in materia. Et ipse laborabat in declaratione istarum duarum propositionum in octauo physicorum. Et contra dicētes huic dicūt qđ propositio dicens qđ si in stellis sunt potētiæ finitæ: tūc nō esset vera nisi stellæ essent cōpositæ ex materia & forma: & dicunt quod possibile est vt sint in eis potētiæ finitæ & vt sint infinitæ actioni. Dicunt enī quod finitas actionis & motionis nō accidit nisi per alterationem motoris a moto. Quapropter accidit ei fessitudo. Quod autem nō alteratur in sua substātia: neqꝫ accidit ei fessitudo non est impossibile vt agat actionem infinitam. Themistius autem in hoc loco d. quod non rectum dicit dicens solem & alias stellas esse finitas & habere potētias infinitas. Potētia enim quæ est in stellis quæ est infinita nō est naturalis in eis: neqꝫ secundū ꝙ sunt corpora. sed aut pendet a prima causa: aut ex anima existente in eis ab illa potentia quæ non est corpus. Prima enim causa est quod reuoluit eos in tempore infinito: quoniam si haberent illud quod habēt in potētia vt corpus & magnitudo haberent & non essent semper in actu: tūc necessarium esset eis laborare & lassari. Corpora enim stellarū quia existit in eis aliquid in potentia secundum hoc potentiæ eorum sunt finitæ: in qualibet enim hora existunt in alio loco. Quandoqꝫ igitur sunt hic: quandoqꝫ illic: & ista loca sunt. q. vltima motus & impossibile est in aliquo existente in potētia cum post peruenerit ad actum quem intendit vt nō sit ei vltimum & extremum. Causa autem in qua nulla potentia existit: sed semper est in actu & nunquam diuersatur in aliqua hora post aliam. Quomodo igitur possibile est imaginari magnitudinē & corpus vt ista alia in quibus semper existit potentia: siue corruptibilia sint siue non: & vniuersaliter si actio singularis per se possibile est remanere in infinitum cum æternitate tēporis. Actus vero qui exit ab eo qui est in potentia est cōdimētum illius quod est in potentia: & impossibile est in tali actu ipsum permanere in infinitum: cum præcedat ipsum potentia. Quapropter necesse est vt potentia mouens quæ est in stellis sit infinita: quoniā stelle acquirunt hac potētia nō modo potētiali. Motus autem eorum in loco est finitus: potentia enim non est in stellis nisi secundū has dispositiones: hæc igitur sunt verba Themistij.

Sētētia Themistij.

Et abbreuiatio eius est quod omnis motor in loco motio eius est ad aliquid in potentia: & omne quod mouet ad aliquid quod est in potentia motus eius est finitus: cum illud qđ est in potentia necesse est vt exeat ad actum. Omne igitur quod mouet motu æterno: mot⁹ eius est ad aliquid semper in actu: & quod est semper in actu nō est corpus neqꝫ in corpore. omne enim in quo est potentia: aut est corpus: aut potentia in corpore. In quo igitur non est potentia: neqꝫ est corpus neqꝫ potētia in corpore

Abbreuiatio sententiæ Themistij. Omne qđ mouet motu æterno motus eius est ad aliqd semp̄ ī actu.

pore. Et illud ſuper quod Ariſto.eſt ſuſtentatus in hac intentione eſt: quod omnis actio æqualis infinita ſemper æterna neceſſario ſit a potentia cuius actio eſt infinita cui nulla tranſmutatio accidit propter quam deficiet actio & omnis potentia mouens in loco in corpore cui accidit tranſmutatio:neceſſe eſt vt eius actio non ſit ſemper æterna:quia ab alio mouetur.hoc igitur eſt intelligendum de eo quod eſt infinitæ motionis in alterũ:& cum ita ſit potentiæ mouentes quæ ſunt in corporibus ſunt duobus modis:aut potentiæ in corporibus generabilibus & corruptibilibus hæ igitur impoſsibile eſt vt ſemper moueãt ſe propter trãſmutationem eorum:& propter tranſmutationem ſubiecti eorum: & accidit ideo talibus neceſſario feſsitudo:aut potentiæ mouentes in corporibus æternis:hæ igitur poſsibile eſt vt moueãt ſemper & vt nõ moueant ſemper.Poſſunt enim non ſemper mouere ſi poſuerimus illud ad quod mouetur ſcilicet primum motorem receptibilem tranſmutationis cuiuſcũque modi.Poſſunt autem ſemper mouere quando illud ad quod mouetur fuerit non tranſmutabile aliquo modo tranſmutationis: & hoc eſt cum non fuerit corpus omnino.Si igitur motum æternum eſt:neceſſe vt moueatur per potentiam exiſtentem in eo a motore cui nullus modus tranſmutationis accidit:& tale in nulla materia exiſtit. Hæc igitur eſt intentio Ariſto.cum.d.quod omnis actio infinita prouenit a potentia infinita ideſt infinitæ actionis:hoc etiam modo proprio magis apparet. Corpus enim cæleſte animatum eſt neceſſario. Reuertamur igitur ad noſtrum locum.Et.d.Ariſto.& etiam manifeſtum eſt etiam quod non patitur &c.ideſt & manifeſtum eſt etiam quod in motore qui ſemp mouet & eadem diſpoſitione:quod non patitur neq; alteratur:quoniam cũ mouetur in loco nullum aliorum motuum recipit:motus enim in loco præcedit omnes motus:& cum nobiliorem non habet:non habet viliorem.Corpus enim cæleſte quia eſt nobilius omnibus corporibus habet nobiliſsimum motuum ſcilicet localem.Et quia iſte motor eſt nobilior corpore cæleſti fuit cauſa permanentie eius in nobiliori diſpoſitione ſcilicet in motu. Deinde dicit hæc igitur manifeſta ſunt eſſe talia:& innuit omnia quæ declarauit de hoc primo motore qui non eſt in materia.

Conuertit ſe ad textus expoſitionem.

Motus i loco præcedit oẽs motus. Idẽ.8.phy.55.vſq; ad 61.

Vtrũ aũt vnam ponẽdum eſt talem ſubſtantiã aut plures:& quod oportet nõ latere:ſed reminiſci:& aliorũ negatiões:quia pluralitate nihil dixerunt quod & planũ dicere. Que eñ circa ideas exiſtimatio nullã pſcrutationẽ habet propriã. Numeros quidẽ enim dicunt ideas.Sed de numeris quãdoq; quidẽ ſicut de infinitis dictũ:quãdoq; autẽ vt vſq; ad eadem determinatis. Propter quã cauſam vero tanta pluralitas eſt numerorum nihil diceret ſtudio demonſtrato. Vtrum autem ponẽda eſt talis ſubſtãtia vna aut plures & quot ſunt:& nõ debemus occultare ſermones aliorũ ſed dicere iudicia eorũ:nihil enim manifeſte dixerunt in multitudine. Sententia enim de exẽplaribus nõ habet perſcrutationem propriã omnino.Dicẽtes enim exẽplaria dicũt ea eſſe numeros:de numeris autem qñq; dicũt eos

ea esse infinitos: & quãdoq; vsq; ad decẽ. Quare autem multitudo numerorum est sic: nihil dixerunt demonstratione.

42 Cum autem declarauit vnam substantiam æternam esse non in materia omnino: incæpit quærere: vtrum hic substantia esset vna aut plures: & si plures quot sunt. Et quia antiqui quidam dicebant substantias esse abstractas, scilicet formas: sed de numero earum nihil sufficienter dixerunt: incæpit demonstrare impossibile eorum ad declarandum hoc in illis substantijs positis. Deinde dicit, non debent occultare sermones aliorum &c. id est & oportet inspicientem in nostro sermone videre in quantum differt a sermone aliorum. Dicentes enim substãtias abstractas esse: nihil dixerunt multitudine. Deinde dixit, sententia autẽ est de exemplaribus, id est opinantes autem substantias esse exemplaria & formas rerum nihil proprie dixerunt de numero eorum secundum q̃ sunt formæ: sed aliquid dixerunt: dixerunt secundum quod sunt numeri: & hoc intendebat cum dixit: dicentes enim exemplaria dicunt ea esse numeros, id est quoniam in quantum sunt numeri dicunt aliquid in multitudine eorum. Deinde dixit, opiniones dicentium numeros formales abstractos in multitudine. Et dixit & de numeris q̃nq; dicunt &c. id est & dicentes numeros esse formales bipartiti sunt. Quidam dicunt eos esse infinitos: & quidam peruenire ad decẽ. Deinde dixit, quare vero multitudo &c. id est & dicentes illos esse decem nihil dixerunt super hoc demonstratione.

I Nobis autem ex suppositis & determinatis dicendũ. Principium quidem enim & primum entium est immobile: & secundum se & secundum accidens: mouens verò primũ sempiternum & vnum motum. Quoniam autem quod mouetur necesse est ab aliquo moueri: & primũ mouens immobile esse secundum se: & sempiternum motum à sempiterno moueri: & vnum ab vno. Videmus autem præter vniuersi simplicem lationem quam mouere dicimus potentiam existentem hic substantiam & immobilem: alias lationes planetarum sempiternas. Sempiternum enim & instabile circulare corpus. Ostensum est autem & in physicis de his: necesse & harum lationũ vnamquãq; ab immobili moueri secũdum se & sempiterna. Nam astrorum enim natura sempiterna substãtia quædã ens: & mouẽs sempiternũ & primum eo quod mouet. Et q̃ prius substãtia substantiã esse: necesse est. Palã itaq; q̃ tot substantias esse necesse est natura sempiternas & immobiles secũdũ se: & sine magnitudine ꝓpter prædictã causam. Nos autẽ dicim⁹ de substantijs diuinis. Principium enim & primum entiũ non mouetur neq; essentialiter neq; accidentaliter: & mouet & facit primum motũ æternũ etiã. Cum igitur motum necesse est vt moueatur per aliquid; primus autem motor non mouetur

per se:

per se,& motus æternus fit per motorẽ æternum,& vnus per vnũ.Et nos videmus quod præter motũ totius simplicẽ de quo dicimus moueri à substãtia non mobili alios motus æternos qui sunt erraticorũ.Corpus enim circulare est ęternũ sine quiete:hoc enim declaratũ est in naturalibus. Necesse est igitur vt vnusquisq; istorũ motuũ fiat per aliquid quod non mouetur per se & per substãtiã æternã.Natura enim stellarũ est etiã æterna. Et cũ motor est æternus etiã & ante motũ: necesse est vt illud quod est ante substãtiã sit etiã in substãtiã.Manifestũ est igitur quod necesse est vt substãtiæ sint secundũ numerũ illorũ & quod substãtiæ sint æternæ naturaliter & immobiles per se: & quod sint sine magnitudine propter causam prædictam.

Dixit.Nos autem possumus declarare bene multitudinem istarum substantiarum ex rebus dictis & inducere ad viam quam quis potest scire numerum eorum.Principium autem illius est hoc quod prius declarauimus scilicet quod primum principium entium est aliquid immobile omnino:& quod hoc facit primum motum æternũ & vnum & continuum & diuinum. Deinde dicit,si igitur motor necesse est vt moueatur &c.id est,si igitur positum est nobis quod omne motum habet motorem,& motũ primum habet motorem æternum qui nõ mouetur per se:& omnis motus æternus habet motorẽ æternum qui nõ mouetur per se:& vnum.necesse est enim vt vnus motus habeat motorem vnum:& si non:tunc non esset continuus neq; vnus.Sed nos videmus in cælo plures motus præter motum totius cæli quem dicimus fieri a prima substãtia immobili:scilicet motus stellarum erraticarum, & manifestum. est istos motus esse æternos:sunt enim partes corporis æterni: necesse est igitur vt vnusquisq; motuum istorum habeat motorem qui non moueatur per se,& cuius substantia est æterna:natura enim stellarum est æterna. Deinde dicit,& cum motor est æternus & ante motum &c.id est, & cum motor vniuscuiusq; istorum motuum prior est illis motis:& illa mota sunt substantiæ:necesse est vt omnes isti motores sint substãtiæ. 43

Numerus substãtiarũ mouẽtiũ est secundũ numerum motuum.

Deinde dicit,manifestum est igitur quod necesse est &c.id est,manifestum est igitur quod numerus substantiarum mouentium est secundum numerum motuum propter causas dictas,& quod istæ causæ sunt æternæ per se naturaliter & non motæ per se:neq; corruptibiles propter causas prædictas.

Nulla mathematicarũ scientiarum de substantia sensibili considerat præter astrologiã. L

Quod quidẽ igitur sint substãtiæ & harũ quæ prima & secũda secundũ ordinẽ eundem lationibus astrorũ palam. Pluralitatẽ vero lationũ iam ex maxime propria phylosophia mathematicarũ scientiarum intendere oportet ex astrologia.Hæc enim de substãtia sensibili quidẽ:sempiterna autẽ facit theoriã aliæ vero de nulla substãtia:puta quę circa numeros & geometria.Quod quidẽ igitur plures sint eorũ quæ feruntur lationes manifestũ est & parũ attingentibus:pluribus enim quam vna

 astrorum

astrorum errantium vnumquodq; fertur.

Quoniã autẽ substãtias esse, & earũ: hæc est prima: hæc autẽ secunda secundũ ordinẽ motuũ stellarũ manifestũ est. Multitudo autẽ motuũ sciẽda à prima est phylosophia mathematicorũ. Ista enim vtitur sciẽtia de substãtia sensibili: sed æterna. Illa autẽ nõ vtitur scientia de substantia omnino: sicut numeris & mẽsura omnino. Quoniã autẽ motus erraticarũ plures sunt manifestũ est ex eis etiam qui⁹ parum considerant: vnaquæq; enim stellarum erraticarum videtur moueri plus vno motu.

44 Id est, quoniã autẽ declaratũ est ex hoc sermone substantias æternas esse plures vna, & qđ in eis est primo scilicet illa quæ omnia mouet & secũda & tertia secũdũ ordinẽ orbiũ manifestũ est. Quoniã autem illa quæ omnia mouet præcedit omne: manifestũ est valde & precise. omnes enim istũ motũ maximũ intẽdũt: quapropter prior est omnibus naturaliter & etiã secũdũ locũ & etiã secũdũ magnitudinẽ scilicet qđ ista substãtia videtur esse prior propter prioritatẽ eius qđ mouetur ab ea secũdũ locũ & magnitudinẽ in multitudine stellarũ & velocitate motus. Et omnia ista faciũt eã priorẽ nobilitate & substãtia. Quoniã vero ordinatio istorũ mouẽtiũ a primo motore oportet vt sit secũdũ ordinẽ stellarũ orbiũ in loco: manifestũ est etiã. prioritas enim in loco eorũ & in magnitudine facit eos priores in nobilitate. sed videmus eos in velocitate motus ecõuerso scilicet illi qui sunt propinquiores terræ sunt velociores: & hoc forte prouenit propter nobilitatẽ motoris: & forte propter paruitatẽ corporis. Sol autẽ videtur propter magnitudinẽ eius & actiõis eius in entib⁹: & ꝓpter hoc ꝙ apparet ꝙ mot⁹ aliarũ erraticarũ ordinantur secũdũ motũ solis: & cõsequũtur ipsum habere motorẽ priorẽ oĩb⁹ erraticis: sed velocitas quæ est in istis sicut diximus forte est propter nobilitatẽ substãtiarũ mouentiũ: & forte propter paruitatẽ corporũ. ordinatio quidẽ eorũ adinuicẽ secũdũ nobilitatẽ possibile est sciri ex dictis ab antiquis habẽtibus curã de actiõibus earũ in entibus. V.g. quoniã dant soli vitã, & saturno res fixas: ordinatio igitur earũ a primo est præcisa: ordinatio vero earũ abinuicẽ nõ est præcisa. Et forte melius est illud qđ Ari. intẽdebat scilicet qđ ordo earũ sit secũdũ ordinẽ eorũ in loco.

Ordinatio intelligẽtiarũ a. i. est p̃cisa: sed ordinatio earũ adinuicẽ nõ est præcisa. Digressio contra Aui.

Quod autẽ moderni dicũt substãtiã primã esse priorẽ motore totius falsum est: quelibet enim substãtia istarũ est principiũ substãtiæ sensibilis secũdũ motorẽ & secũdũ finẽ. a Et ideo. d. Ari. qđ si aliquæ substãtiæ essent nõ mouẽtes essent ociosæ. Quod autẽ mouit eos ad hoc dicẽdũ est ratio quæ potest dissolui a quolibet exercitato in hac sciẽtia: dicũt enim qđ apparet ex istis intelligẽtijs qđ quædã eorũ cõsequitur quãdã sicut causatũ causam: prima autẽ substãtia debet esse vna & simplex in fine: ab vno autẽ & simplici nõ ꝓuenit nisi vnũ: & a motore primi cæli ꝓuenit anima primi cæli: & motor orbis cõsequẽtis: necesse est igitur vt sit nõ simplex: habet ergo causam priorẽ eo. b Iste aũt sermo est imaginabilis: nõ eẽ est illic prouẽtus neq; cõsecutio neq; actio: ita qđ dicamus qđ vna actio cõsequit agentẽ: tantũ eẽ est illa causa & causatũ

a Si aliquæ substantiæ essẽt nõ mouẽtes essent ociosæ.

b Solutio motiui Aui. Intelligẽtijs non est prouentus neq;

causatū secūdū q dicimus q intellectū est causa intelligētis. Et cū ita sit:nō est impossibile vt illud q est per se intelligētia & intellect⁹ sit causa pluriū entiū secūdū q ex eo intelligūtur multi modi.illud igit̃ q intelligit motor corporis cæli de primo motore:& est causa in anima cæli: aliud est ab eo qđ intelligit ex eo motor orbis saturni: & similiter de vnoquoq eorū scilicet qđ perfectio vniuscuiusq eorū est intelligēdo causam primā & ꝓpriā:& secūdū hoc omnes mot⁹ eorū idē intēdūt scilicet ordinē totius:& sic est intelligēdū de multitudine motuū cuiuslibet stellæ scilicet omnes sunt colligatæ per motū illius stellæ:& quilibet motor in eis perficitur per formā primi motoris proprij illi stellæ. Et ideo motus cuiuslibet stellæ earū intēdūt motū ipsius stellæ:& sic est intelligēdū quod motus aliorū orbiū intēdūt motū orbis stellati, & qđ perfectio vniuscuiusq mouētiū vnūquodq eorū,id est,orbium scilicet primorū perficitur per primū motorē omniū,& ideo omnes intēdūt hūc motū diurnū qui est primi motoris actio & principiū aliarū actionū. Apparet enī qđ alij motus ꝓprij sunt ꝓpter istū motū & cōsequētes eū:& adunātes in ordine quæ intēdūt & est principiū actionū earū. Sed quæret aliquis.qm̄ si motus omniū orbiū intēdāt eādē actionē & eūdē ordinē cōmunē omnib⁹:necesse est vt habeāt eādē formā intellectā extrinsecam a formis quas intēdit vnusquisq per se scilicet formis ꝓprijs. erit igit̃ forma quasi finis addita super formā ꝓpriā erga quā mouet̃ vnusquisq orbis aliorū orbiū. Dicamus ergo qđ nulla forma est quasi finis & cōmunis & vniuersalis:nisi illa ex eis quæ habet actionē cōmunē & hæc est dispositio formæ mouētis primū cælum motu diurno:dispositio enī in iuuamēto corporū cælestiū adinuicē in creādo entia quæ sunt hic & cōseruādo ea:est sicut dispositio regētiū bonorū qui iuuāt se adinuicē in regēdo bonā ciuitatē:quoniā oēs actiones eorū sunt erga actiones primi principis ponūt enī actiōes suas seruiētes & cōsequētes actionē primi principis quēadmodū igit̃ primus princeps in ciuitatib⁹ necesse est vt habeat actionē ꝓpriā quæ est nobilissima actionū:& si nō: esset ociosus:quā actionē intēdūt per suā actionē oēs qui sūt sub primo principe:quēadmodū igit̃ necesse est in istis principatibus vt primus principatus sit sicut est necesse in actionibus principū vt prima actio sit:& sic accidit in artificijs quæ iuuāt se adinuicē erga vnū artificiale & sunt illa quorū quædā sunt principātia alijs:& omnia reducunt̃ ad vnū artificiū.

V.g.qm̄ plura artificia seruiūt artificijs equitādi.sic igit̃ est intelligēdū de istis corporib⁹ cū suis formis a quibus mouētur & de istis formis adinuicē.multū enim assimilātur artificijs quæ seruiūt sibi adinuicē,& quæ intelligūt adinuicē sunt principia eorū ex quibus accipiunt intellectū propriū. V.g.quia artificiū frenificandi accipit sua principia ab artifice artis equitādi:& similiter alia artificia seruientia huic artificio.

Differētia autē inter ista & artificia est:quia formæ artificij mouētes artifices sunt in materijs:istæ autē nō. Mos autē qui iam est inter modernos in dicēdo qđ a tali motore prouenit talis motor aut cōsequitur aut præcedit:aut talia verba:nō vere intelliguntur de istis principijs abstractis omnia enim ista sunt dispositiones agentiū superficietenus nō vere. Ab agente enim nihil prouenit vt diximus nisi extrahere illud qđ est in potentia ad actū:sed illic nō est potentia:vnde neq agens:tantū enim est

consecutio: neq actio: sed tantū est illic causa et causatum secūdū intellectū est causa intelligētis.

Dubium.

Solutio.

Contra au f.

est illic intellectus & intellectū:& perfectū & perficiēs:quēadmodum artificia perficiūtur abinuicē in hoc qđ accipiunt principia abinuicē:& omnia reducūtur ad accipiendū omnia sua principia ab artificiovniuer sali cōtinenti ea. Et ideo videmus quod sciētia magis propria primę dei scilicet est illud qđ cōtinetur sub prima phylosophia:& sciētia propria proprijs quæ sunt sub eo est similis scientijs particularibus quæ sunt sub prima phylosophia sicut dixit Nicolaus peripatheticus in sua prima phylosophia. Et ideo videmus qđ per suā acquisitionē istius sciētiæ ab homine inuenitur homo in sua perfectiōe essendi. Hoc autē qđ Plato dixit in suis verbis obscuris:qđ creator creauit angelos manu:deinde præcepit eis creare alia mortalia:& remāsit ipse in quiete sine labore nō est intelligēdū ad literā. Et forte existimare hoc in deo fuit causa sabbati positi in lege filiorum israel. Et hoc quod diximus de mouentibus omnium orbium:est etiam in mouentibus quæ iuuant se adinuicem ad mouendum quamlibet stellam stellarum erraticarum scilicet quod omnes illic reducūtur ad illum primum motorem & quod omnes intendunt motum illius primi motoris. Et cum hoc declaratum est:reuertamur & dicamus, quod cum phylosophus accepit numerum motuum ab astrologo sicut principia esse ad naturalia fecit rememorationem de hoc:& dicit multitudo autem motuum scienda est &c.id est,numerus autem motuum considerandus est per astrologos.

Ab agente nihil prouenit nisi extrahere illđ q est in potentia ad actum.

N *Conuertit se ad text.*

Sola astrologia de mathematicis cōsiderat de substātia.

Deinde dicit,causam in hoc & dixit ista enim vtitur sua scientia vel sententia &c.id est,ista autem ars propria est huic intentioni inter alias mathematicas:quia considerat de substantijs æternis sensibilibus. aliæ autem scientiæ mathematicæ considerant de accidētibus:vt ars arithmetica & geometria. Deinde dicit,quoniam autem motus erraticarum sunt plures &c.id est,quoniam comprehensum sensu est quod istæ stellæ habent plures motus.qui enim aliquantulum ingressus est in mathematicam videt quod quelibet stellarum erraticarum habet plures motus vno. Et sciendum est quod isti motus quos ponunt astrologi,sunt tribus modis.Est enim modus comprehensus a vulgo visu.

Documētū.

Mot⁹ quos ponūt astrologi sunt tribus modis.


Est enim alius modus cuius motus non comprehenditur nisi in instrumentis & considerationibus,& horum modorum quidam comprehenduntur in longissimis temporibus:& quidam in paruis.

Est etiam tertius cuius motus sunt declarati ratione: plures enim istorum motuum videntur visu simplices . secundum autem rationem & naturalia opinandum est illos esse compositos ex pluribus vna. Verbi gratia, quia stellæ erraticæ videntur quandoq; velociores & quandoq; tardiores,& modo progredi & modo retrogradi:& hoc non potest esse verum secundum naturas corporum cælestium. Declaratū est enim in naturalibus quod omnes motus sunt æquales,& quod impossibile est in eis velocitas & tarditas:aut progressus aut retrogradatio. Vnde necessarium fuit astrologo ponere astrologiam ex qua consequerentur hæ dispositiones sine a quo impossibilii n naturalibus.


Et hoc duobus modis accidit:aut vt ille motus qui quandoque videtur velocior quandoque tardior sit compositus ex pluribus motibus:aut vt sint illic orbes ecentrici & epicicli:vt dicunt moderni mathematici.

thematici. Propter hoc igitur differunt astrologi de numero motuum &, stellarum: & multotiens, inueniunt per considerationem temporum motuum stellarum secundum computationem inueniunt eas in locis terminatis zodiaci: & cum considerant eas instrumentis: inueniunt eas in alijs ab illis locis: & tunc addunt motum nouum illi stellæ. Et hoc modo posuit Ptolemeus plures motus lunæ & alijs stellis: quos null⁹ de antiquiorib⁹ posuit. Verbi gratia motus quē Ptolemeus vocat motum respectiuum lunæ & motum polorum epicitorum. Istorum autem motuum non potuit iste homo facere astrologiam: & similiter hoc quidem apparuit ei ꝙ motus stellarum erraticarū in suis orbibus ecentricus sunt secundum centra alia a centris ecentricorum non potuit ponere astrologiam secundum sua fundamenta: & omnia ista manifesta sunt parum exercitatis in astrologia.

Sed quot sunt hæ: nunc quidem & nos quæ dicunt mathematicorum quidam attentionis gratia dicimus: vt mente aliqua pluralitas determinata suscipiatur. Reliquum verò hoc quidē quærentes oportet ipsos & illa verò persuaderi a quærentibus siquid videatur præter modo dicta ab eo tractatib⁹: amare quidem vtrosq;: persuaderi verò à certioribus. Odosius quidem igitur solem & lunam vtriusq; lationem in tribus posuit esse spheris. Quarum primam applanorum astrorū esse. Secundam autem secundum eum qui zodiaci per medium. Tertiam autem secundum obliquatum in latitudinē animalium. In maiori autem latitudine obliquati secundum quam luna fertur ꝙ secundum sol.



Quot



Quot autem sunt dicamus secundū ꝙ dixerūt quidā mathematicorū: vt aliquo modo imaginamur aliquā multitudinem terminatā: & quod relinquit quærēdū est à nobis aut ab eis q inquisiuerūt de hoc aliquid apparuerit ab eo quod dictū est modo: ꝗuis sit perscrutandū de duab⁹ sectis & concedendū sermonē illius qui magis perfectè perscrutatus est. Odosi⁹ verò ponit motum vtriusq; solis & lunę in tribus sphæris. Quarū prima est stellarum nō erraticarum. Secunda quæ est in medio signorum. Tertia autem quæ declinat in latitudinem signorū: & illa in qua magis luna mouetur magis declinat in latitudine signorum ꝗ̄ in qua existit sol.

45 Intentio & causa. Quia philosophus accipit pro cōstanti numerum motuum: astrologi autem diuersi sunt in hoc: fecit rememorationem de hoc: quod fuit magis famosum in suo tempore. & talia principia in maiori parte tantum sunt famosa cum fere omnia sint fundamenta scilicet in sensum ꝗ̄titatū motuū stellarū quód non potest perfici in vita humana. Ideo necesse est in considerationibus credere considerationibus prædictis: & tunc verificatur ꝗ̄titas motuū. Et propter difficultatē istarū rerū: impossibile est vti propositionibus necessarijs: sed famosis in hoc loco magis vtimur quam necessarijs: sed quando in eis non fuerit diuersitas. Si autem in eis fuerit diuersitas nihil erit super quod sustētetur. Sed quocūq; modo sit meli⁹ est scire sermonē hominū in hoc ꝗ̄ nihil. Et ideo. d. Dicam⁹ secundū ꝙ dixerūt qdā mathematicorū &c. i. D. d. qđ autē relinquitur quærendū est à nobis perscrutātib⁹ de hoc. i. qm̄ aūt sunt motus additi super istos quos cōputo perscrutandū est in alia scientia. Et cū dixit hoc fecit rememorationē de hoc quod dixerūt mathematici in suo tempore: & posuit de eis duos hoīes famosos in hac sciētia. Et dixit quod Odosius ponebat soli & lunę tres orbes. Vnū quo mouet ab oriēte ad occidentē in vna die. Secundū ad motum longitudinis. Tertium ad motum latitudinis. Et hoc est manifestum de eis: qm̄ motus longitudinis & latitudinis

Expō tex.

& latitudinis sunt duo numerati. Mathematici aũt huius tẽporis po/ nũt eundẽ motũ:& est motus stellæ in suo orbe decliui:ꝓpter qđ acci/ dit ei in respectu zodiaci motus in lõgitudine & mot⁹ latitudine. Quod aũt sint duo motus a duob⁹ corporib⁹ nõ indiget. Quod eñ põt natu/ ra facere vno instrumẽto:nõ facit duobus:& secundũ hoc sol nõ habe/ bit nisi duos motus tñ:& nisi sit necesse ponere tertiũ motũ ꝓpter hoc qđ apparet de velocitate & tarditate. Ecentricũ eñ aut epiciclũ dicere est extra naturã:epiciclus aũt impossibile est vt sit oĩno. Corpus eñ qđ circulariter mouet:nõ mouet nisi in circuitu cẽtri totius cũ ipsum faciat cẽtrũ:& si esset motus circularis extra hũc centrũ, cõtingeret aliũ centrũ extra hũc centrum esse: quapropter alia terra extra istam est:hoc impossibile est vt dictũ est in naturalibus. Et silr forte est de ecẽtri/ co quẽ ponit Ptolemeus. Si eñ essent plura centra:essent plura corpo/ ra grauia extra locũ terræ:& tũc mediũ nõ esset vnũ & haberet latitu/ dinẽ & esset diuisum: & oĩa ista sunt impossibilia. Amplius si essent ecẽtrici:necesse esset inuenire in corporib⁹ cælestib⁹ corpora superflua sine aliqua vtilitate nisi ad implẽdũ locũ vacuũ: sicut in corporib⁹ aĩa/ liũ. Sed nihil de eis quæ apparẽt in motibus stellarũ cogit necessario di cere epiciclum esse aut ecentricum. Et forte excusant vtrũq; motus lenliab:quos ponit Aristo. & sicut Ptole. dicit in suo lib. qui dicitur li/ ber narrationis:in quo dicit quod Arist. & antiqui ponebant loco isto/ rum motuũ motũ gyrationis:& dicit ꝙ secundũ hoc apud eos oportet crescere motus secundũ numerũ. Qui autẽ post venerũt inuenerunt viã simpliciorẽ ista:& potuerũt ponere ea quæ apparent in paucioribus cor poribus & innuit epiciclũ & ecentricũ. & dicit ꝙ ista via est nobilior: quia concessum est:qñ natura nihil facit superflue: & qñ cum poterit mouere aliquid instrumẽtis paucis nõ mouebit pluribus. Ptole. autẽ ignorauit quid mouit antiquos ponere motus gyrationis:& est qñ epi/ ciclus & ecentricus sunt impossibiles:necesse est igitur rursus perscru tari de ista astrologia vera quæ est super fundamenta naturalia: & est apud me fundata super motum eiusdem orbis & polos diuersos duos aut plures secundũ ꝙ conuenit apparentibus. possibile est enim accide re stellis ex talibus motibus velocitatem & tarditatem & progressum & retrogradationẽ:alios motus quibus non potuit Ptole. Ponere astro logiam:& apparet ex hoc propinquitas & remotio vt accidit in luna. In iuuentute autem in ea sperabi vt hæc perscrutatio compleretur per me:in senectute autem iam despero:sed forte iste sermo inducet aliquẽ ad perscrutandum de hoc. Astrologia enim huius temporis nihil est in esse:sed est conueniens computationi non esse. Lunæ autem inuene/ runt antiqui post Aristo. vnum motum, scilicet motum draconis. Pto/ le. enim inuenit ei in respectu solis quartum motum:& in respectu cen/ tri secundum. Quoniam reuoluitur luna æqualiter motum quintũ quẽ vocat motum respectiuum diametri epicicli: cui non potuit secundum suum fundamentum ponere astrologiam.

O Quod natura põt facere vno instrũ nõ facit duobus. consi℞e primo phy. 50.

P Natura nihil agit superflue. Idẽ. j. celi. 32. & 3. de aĩa. 45. & pri. phy. 50.

Errantium verò astrorum in quatuor cuiusq; spheris: quarum primam quidem & secundam illis eadem esse & nõ esse quæ est applanorum: quæ omnes est ferens:& eam quæ sub ea

ordinata:& secundum eum qui per ineundi zodiaci lationem habentem communem omnium esse. Tertio verò omnium eo in circulo polos esse qui per media signa transit. At quartæ lationem per obliquum ad medium circulum huius esse. Tertiæ verò esse spheræ polos aliorum quidem proprios: veneris verò & mercurij eosdem. Stellarum autem erraticarum vnaquæq; est in quatuor spheris & earum prima & secunda sunt illa eadem. Illa autem quæ non est erraticarum & differunt oẽs per suum motum:& illa quæ est ordinata sub ista cuius motus est in medio signorum communes sunt omnibus. Tertia autem quæ est oĩbus poli eius sunt in illa quæ est in medio signorum sphera. Motus autem quartus mouetur ad medium istorum:& poli tertiæ spheræ:aliarum quidem stellarum est propria:veneris autem & mercurij vna.

46 Cum narrauit quod Odosius ponebat vtriq; soli & lunę tres orbes: incæpit dicere quod ponebat etiã vnicuiq; erraticarum quatuor orbes tres.s.orbes quos posuit soli & lunæ & quartũ additũ:& forte iste quartus est propter progressum & retrogradationem quæ apparent in istis quinq; stellis. D.d.& earum prima autem & secũda sunt illæ eædem, i.prima aũt sphera erraticarum & secunda sunt similes prime & secunde solis & lunæ.s.orbis qui mouet eas motu diurno: & orbis propriæ stellæ qui mouet eas ecõuerso.s.ab occidente in orientem:quæ est in medio orbis signorũ. D.illa autem quæ est erraticarũ &c.i.prima enim sphera cuiuslibet stelle similis est primæ spheræ toti⁹ cæli:quæ defert omnes orbes ab oriẽte in occidẽtẽ in vna die. Deinde dixit:& quæ est ordinata sub ista &c.i.& secundus orbis cõmunis est omnibus qui ita trãseunt per mediũ zodiaci.i.quia decliuus est a primo orbe. Iste enim etiã communis est omnibus:cum in hoc orbe videãtur moueri. Et quia apparet etiã eis latitudo in hoc orbe posuerunt antiqui eis orbem decliuem ab isto orbe:& hæc erat opinio antiquorũ de sole: quod habebat latitudinẽ a zodiaco præter latitudinẽ quã habebat ex æquinoctiali:& ideo posuerũt soli tres orbes sicut alijs stellis. Ptolemeus aũt non posuit soli latitudinem nisi in respectu æquinoctialis. Deinde dixit:tertia aũt quæ est communis omnibus &c.i.& ista tertia quæ facit declinationẽ a medio signorum in omnibus stellis. Deinde dixit:poli enim eius sunt in illa quæ est medij signorum.i.quoniã cum posuerũt orbem in quo mouetur per medium signorum alium ab orbe in quo mouetur obliquũ a medio signorum:fuit necessarium vt poli istius orbis sint in circulo zodiaci. Stella enim cum mouetur in orbe cuius maximus circulus trãsit per zodiacum & mouetur ab orbe cuius poli sunt in hoc circulo:necessario videbitur declinãs stella a circulo medio quæ est in zodiaco. D.d. mot⁹ aũt quartus &c.i.quoniam iste orbis est declinans a medio istius tertij. Deinde dicit quod poli tertiæ spheræ &c.i.vt mihi videtur intẽdit orbes decliues qui sunt communes omnibus stellis.

Calippus autẽ positione quidẽ spherarum eandẽ posuit cũ Odosio

Odosio hoc autem distantiarũ ordinem. Pluralitatem verò ei quidem quæ iouis, & ei qui saturni eandem cum illo dedit. Solis verò & lunæ duas existimabat adhuc apponendas esse spheras apparentia si quis est reditus, reliquis verò planetis singulis vnam. Necesse autem simul positæ omnes apparentia sunt reditiuæ secundum quemlibet errantium, alteras spheras vna minores esse reuoluentes, & ad idem restituentes posteriorum primã spheram semper inferius ordinati astri, sic enĩ solum contingit planetarum lationem omnia facere. Quoniã igitur in quibus quidem ipsa feruntur spheris, hæ quidem octo hæ autem quinque & viginti sunt. Harum autem solas non oportet resolui in quibus infime ordinatum ferunt. Quæ quidem resoluunt eas quæ sunt primorum duorum sex erunt & quæ ante eas quæ sunt posteriorum quatuor sexdecim. Omnium itaque numerus & ferentium & reuoluentiũ ea quinquagintaquinque. Si autem soli & lunæ non addiderit, quia quos diximus motus omnes spheræ erunt septem & quadraginta. Pluralitas igitur spherarum tanta sit.

Calippus autem in positione quidem stellarum contradicit tertio, in multitudine autem in ioue quidẽ & saturno cõuenit. In sole aũt & luna videtur ponere duas spheras additas, si aliquis voluerit dare apparentia erraticarum, aut vniuscuiusque vnam. Necesse igitur quoniam stella nõ mouetur per suũ corpus sed mouetur in sphera, si omnes congregentur secundũ quod dant apparentiam vnaquæque erraticarum vt sint aliæ spheræ pauciores eis quæ resoluuntur gyratiue & reuertunt primam spheram ad suum situm super eundem quæ est stellæ ordinatæ sub ea. Hæc enim tantummodo possunt esse motus omnium erraticarum. Spheræ igitur in quibus mouetur quædam sunt. viij. & quædam. xxv. & ex istis non oportet in eis gyratiue moueri. Quæ mouentur in eis faciliores earum tantum. Quæ autem mouentur motu gyratiuo duarum primarum sunt sex, & quatuor postremarum erunt. xvj. Numerus igitur omnium quæ mouentur & quæ mouent istas motu gyratiuo sunt quinquaginta & quinque. Si autem nullus addat quæ diximus lunæ & soli omnes spheræ erunt quadraginta et septem. Multitudo autem motuum sit tanta.

Dixit Aristo. Calippus aũt ponebat orbes in ordine quem ponebat Odosius, numerũ vero orbiũ maiorem nisi in Ioue & Saturno, qm̃ conuenebat Odosio. D. d. in sole autẽ & luna videtur ponere & c. id est, 47
quoniam

qm̄ iste homo addit ei quod dixit Odosius de numero orbium, vtriusq; solis & lunæ duos orbes vt per hæc conueniat apparentibus de motibus eorum. Et reputo quod addit hoc vt det ex eis causas velocitatis & tarditatis, cum sit impossibile vt motus eiusdem stellæ sit velox & tardus insimul nisi compositus ex motibus. Deinde dixit, aliarum autem, erraticarum vniuscuiusq; vna, id est, addit in numero orbiū stellarum erraticarum in qualibet stella vnum orbem. Ponebat igitur quinque orbes vniuscuiusq; erraticarum. ² Deinde dixit, necesse est igitur quoniam stella nō mouetur per suum corpus, & ponebat istum orbem additum, quia opinabatur, quoniam impossibile est vt stella moueatur motibus diuersis secundum q mouetur per se secundum q est pars orbis. Deinde dixit, si omnes congregentur &c. id est, & omnes cōueniūt in hoc q omnis stella habet de spheri minus quam spheræ primæ vna. Omnis sphera ex hoc circulo reuoluit vnāquāq; primarum spherarum ad contrariam partem ad quam mouentur primæ spheræ, ita q ex hoc fit vt stella videatur retrograda ad suum primum locum zodaici deinde progressa. et quasi intendit q ex motibus istorum orbium contrarijs fit vt stella videatur retrograda & progressa. Et secundum q Alexā. d. ponebant omni orbi orbium stellarum præter orbem signorum orbem qui mouet illum orbem super vnum polum ad partem contrariam ad quam mouetur primus orbis, & cum ponebat istis orbes mouentes ad contrarium. Quintum quidem sub quarto & super eundē polum reuoluitur. Sextum autem ponebant sub tertio & super eundem polum cum eo. Septimum vero sub secundo & super eundem polum cum eo, & dicebant q hoc modo motuum compositorum possint conuenire apparentibus. Et ista astrologia non est manifesta nobis ex hoc sermone secundum q motus istarum stellarum quæ ponuntur in hoc tempore, & similiter etiam hoc non est manifestum quomodo fiunt motus gyrati ui ex istis motibus contrarijs nisi ponantur super polos diuersos. Mot⁹ enim contrarij qui sunt super eosdem polos sunt destruentes se adinuicem, scilicet q impossibile est q duo motus contrarij sint super eundē polum. Super autem polos diuersos possibile est & similiter super centra diuersa. Nisi aliquis dicat q orbis in quo est stella cum posuerimus ipsum inter duos orbes cum mouentur ad contrarium scilicet adinuicem accideret ex hoc vt orbis in quo est stella moueatur motu gyratiuo, sed talis motus est violentus qui non accidit corporibus cælestib⁹; ideo melius est reputare q motus isti gyratiui fiant ex motibus contrarijs, & super polos diuersos, secundum hoc enim accidit vt stella videatur aliquando velox, & aliquando tarda & aliquādo retrograda; & aliquando progressa, & vt diuersetur sua latitudo a zodiaco, ponatur igitur hoc fundamentum. Est enim fundamentum ex cuius positione non accidit impossibile, & potest conuenire omnibus apparentibus, & iste motus gyratiuus inuenitur in cælo secundum conuenientiam inter motum diurnum & motum stellarum in suis orbibus decliuibus, scilicet q omnes astrologi a conueniunt in hoc quod poli orbium decliuiū reuoluuntur in motu diurno in circuitu polorum totius, & iste motus vt mathematici hispaniæ dicūt, existit in orbe stellato, & vocāt ipsum motum processus & reuersionis. D. d. spheræ igitur in quibus mouetur

Q Motus contrarij q sunt sup eosdem polos sunt destruentes se adinuicē. Vide. j. c. cō. 22. mot⁹ gyratiu⁹ est violēt⁹. Vide. 7. phy. c. 10.

a Oēs astrologi conueniūt in hoc q poli orbiū decliuiū reuoluunt̄ i motu diurno in circuitu polorum totius.

tur quædam sunt octo, & quædam vigintiquinque, & intendit per vigintiquinque spheras per quas mouentur stellæ erraticæ motu proprio. Iste enim homo ponebat vnicuique stellarum erraticarum quinque orbes, & stellæ erraticæ sunt quinque, erunt igitur orbes vigintiquinque. Et intendit per octo orbes quatuor quos addidit in sole & luna, & sunt illæ quæ mouent orbes eorum primos gyratiue, scilicet orbes quos ponebant soli & lunæ, & quatuor qui reuoluunt orbem saturni gyratiue.

Deinde dicit, & ex istis nō oportet moueri in eis motu gyratiuo qui mouentur in eis faciliores eorum, id est, & ex istis orbibus qui est facilis motus, & est vltimus motus orbis in quo sunt stellæ non habet orbem in quo reuoluatur gyratiue, & ideo reuoluentia diminuuntur a cæteris in vno tantum. Et dixit hoc vt reputo quia sol & luna non habent vt apparet retrogradationem & progressionem, sed tantum velocitatem & tarditatem. Deinde dicit, quæ igitur mouentur motu gyratiuo &c. intendit per sex primos orbes qui sunt solis & lunę, scilicet differentes non reuoluentes, & intendit per sexdecim reuoluentes quatuor stellas erraticas. Erit igitur sicut dicit numerus orbium quīquaginta quinque, & eorum triginta & vnum sunt deferētes, & vigintiquatuor reuoluentes. Deinde dicit, si autem nullus aliquis addat &c. id est, si autem diminuuntur quatuor reuoluentes solis & lunæ secundum Odosium, & quatuor deferentes erraticarum secundum Odosium erit numerus orbium quadraginta septem, & secūdū quod apparet ex suo sermone debet esse numerus orbium secundum Odosium quadraginta & sex. Addebat enim in reuoluentibus quatuor quos ponebat soli & lunæ, & addebat in deferentibus erraticarum quinque.

Quare & substantias & principia immobilia & insensibilia tot rationabile existimare. Necessarium igitur dimittatur fortioribus dicere, si autem nullam possibile dicere lationem non ordinatam ad astri lationem. Amplius autem omnem naturam & omnem substantiam impassibilem, & secundum se optimum sortitam esse finem oportet existimare. Nulla erit præter has altera natura, sed hunc substantiam numerum esse necesse est. Si enim essent aliæ mouerentur vtique fines existentis lationis, sed alias quidem esse lationes impossibile præter dictas. Hoc autem existimare ex latis rationabile, nam siquidē ferens lati gratia natū est et latio omnis lati aut alicuius, nulla latio sui gratia erit, nec alius alicuius lationis, sed astrorū gratia. Nam si fuerit lationis gratia, & illam alterius gratia oportebit esse. Quare qm̄ nō est possibile ire in infinitū, finis erit omni lationis latorum aliquod diuinorū corporū secundū cęlū.

R Inde sumit ꝙ nulla est intelligētia quæ nō moueat aliquē orbem.

Necesse est igitur reputare quod principia immobilia & sensibilia sunt huius numeri. Quod autem est necessarium dimittendum est fortioribus. Si autem non existimant quod motus omnino non est conueniens motui stellæ, & ratio enim dat ꝙ

existimandum est q̄d omnis natura & omnis substātia in qua pars non existit, & est per se. inuenit dispositionem meliorem. Non igitur erit alia natura omnino nisi ista, immo necesse est ꝙ nnmerus substantiarum sit iste, quoniam si alia fuerint, mouebunt igitur quia sunt perfectio motus, sed imposibile est vt alij motus sint à prædictis. Et existimandum est hoc de motis, quoniam si omnis motus est propter rem motā, & omnis motus est per aliquem motorem, nullus motus est omnino propter se, neqꝫ propter alium motū, sed propter stellas. Quoniā si motus esset propter motū, necesse esset vt ille sit propter aliū, & imposibile est vt illud quod est in perfectione sit infinitū, & omnis motus corporis diuini est corporum quæ mouentur in cælo.

48 Cum posuit ꝙ numerus motuum aut sunt quinquagintaquinqꝫ aut quadraginta & septem, & iam declarauit ꝙ numerus substantiarū mouentium oportet esse secundum numerum corporum cælestium motorum. d. ꝙ oportet existimare ꝙ numerus substantiarum mouentium nō naturalium. & numerus substantiarum sensibilium motarum est iste numerus, & ꝙ hoc sufficit nobis in hoc tempore. Quod autem est verum & necessarium dimittēdum est habentibus solicitudinem in illa arte.

Documētū. Et sciendum est ꝙ numerus motuum in quo conueniunt moderni est solis quidem duo, & lunæ quinqꝫ, mercurij autem septem, vniuscuiusqꝫ autem cæterarum erraticarum octo, orbis autem stellati duo mot⁹ diurnus & motus processus & reuersiōis quem Ptolemeus existimauit motum esse perfectum istius orbis ex oriente in occidentem, & sicut est dispositio de erraticis, omnes igitur erunt quinquaginta & vnus motus, scilicet angis solis dubitabilis. Isti enim sunt huiusmodi numeri ita ꝙ ponantur simplices, et ꝙ situs eorum sint illi quos posuitꝫ Ptole. Si autē motus eorum fuerint compositi ex pluribus vno motu, vt in astrologia antiqua, fere duplicabatur iste numerus. D. d. si autem non existimaē ꝙ motus omnino &c, id est, si autem posuerimus ꝙ imposibile est vt sit corpus cæleste quod non habet iuuamentum in motione stelle alicuius, & posuerimus ꝙ principia mouentia imposibile est vt sint nisi in dispositione meliori, ꝙ nō accidit eis passio materię, cum sint entia per se non in materia, & esse eorum in dispositione meliori est vt sint mouētia, necesse est vt via numerandi ista principia sit via ista. s. ex numera-

S Nulla substātia abstracta est quæ nō moueat, q̄a tūc inueniref in dispositione numerata.

tione motuum stellarū. Cum enim posuerimus ꝙ nulla substātia abstrācta est quæ non moueat, quia tunc inuenireťin dispōne diminuta, & cū posuerim⁹ ꝙ omnis orbis est propter stellā, & si nō, esset ociosum, manifestū est ꝙ via numerādi istas substātias abstractas est via numerandi motum stellarum. D. confirmauit hoc, &. d. quoniā si essent talia &c. id est, q̄m necesse est si aliæ substātiæ sint ab istis substantijs vt sint corpora mouētia cęlestia alia ab istis corporib⁹, q̄m vnaqueqꝫ illarū substātiarū est pfectio & finis motus. D. d. sed impoſe est vt sint alij mot⁹ a prædictis, i. sed imposibile est vt alij mot⁹ sint ab eis qui comprehensa

ſunt aut poſſunt comprehendi:impoſsibile eſt igitur vt ſint ſubſtantiæ mouentes niſi illæ quæ ſunt ſecundum numerum motuum. D.d.& neceſſe eſt vt hoc ſit a motis.i.& neceſſe eſt vt non ſint alij motus a prædictis:quia nõ ſunt alia mota a prædictis. D.incæpit declarare hoc:& d.quoniam ſi omnis motus eſt propter rem motam &c.i.& neceſſe eſt vt numerus motuũ ſit ſecundum numerum rerum mouentium & motarum:quoniam ſi omnis motus eſt propter eſſe in aliquo motu &propter aliquem motorem:& nullus motus eſt propter ſe neq; propter aliũ motum:ſed omnis motus eſt propter ſtellas:neceſſe eſt vt idem ſit numerus motuum & motorum & mouentium:&.d.hoc:quia forte aliquis poteſt dicere.forte ſunt alij motus præter iſtos dictos. Deinde incæpit declarare hoc:&.d.quoniã ſi motus propter aliud &c.i.qm̃ ſi motus fuerit ꝓpter alium motum:cõtinget vt ille etiã ſit propter aliũ:& ſic in infinitũ. Sed impoſsibile eſt vt habens finem & complementum ſit infinitum.Infinitum enim nõ habet finem:neceſſe eſt igitur vt omnis motus ſit propter corpus diuinum corporum quæ mouentur in cælo ſcilicet ſtellarũ. & hic completur ſermo Alex.expoſitus. Impoſsibile eſt vt habens finem & complementũ ſit infinitum.

Quod autem vnum cælum manifeſtũ.ſi enim plures eſſent cæli vt homines:foret principium quidem circa vnumquodq; ſpecie vnum numero verò multa.ſed quæcunq; ſunt numero multa multam materiam habent. Vna enim & eadem ratio multorum vt hominis.Sor.verò vnus.Quod autem qđ quid erat eſſe nõ habet materiã primã.Endelechia enim vnum igitur & ratione &numero primum mouens immobile ens: & motum ergo ſemper & continue vnum ſolum:vnum ergo ſolum cælum. T Quæcunq; ſunt numero multa multam materiã habẽt.

Quoniam autem cælum eſt vnum manifeſtũ eſt:quod ſi plures cæli fuerint erunt ſicut homines. Si autem principium vnius hominis eſt vnum:& fuerit numerovnum plura:& aliud numero multum:habet materiam. Sermo enim vnus qui eſt idem eſt etiam plures non ſermo hominis.Socratis autem vnus.quod autem eſt eſſentia prima non habet materiam:quia eſt perfectio.Primus igitur motor qui non mouetur eſt vnus ratione & numero. Motor igitur motus continui oportet ſemper vt ſit vnus tantum:ergo vnum cælum eſt tantum.

Quoniã autẽ vnum eſt cælum manifeſtũ eſt:& innuit quod mundus eſt vnus nõ plures:qm̃ ſicut.d.ſi cæli eſſent plures eſſent ſicut indiuidua hominũ.ſcilicet vnũ diffinitione & plures numero: ſicut homo qui eſt vnus diffinitione & plures ſecundũ numerũ. Et hoc intendebat.cum d.ſi aũt principium hominis vnius &c.i.ſi aũt plures cæli eſſent: cõtingeret vt principiũ cuiuslibet cæli eſſet vnum numero.Erit igitur principiũ cælorũ vnũ in ſpecie:plura in numero. Et hoc magis manifeſtũ eſt in alia tranſlatione:& eſt.D.enim & erit principium quod eſt vnum in ſpecie:& plura in numero. Et poteſt intelligi ſic:& erit principiũ 49

quod posuimus vnum in specie & plura in numero. Deinde. d. vnum in numero plura habens materiam: & omne quod est vnum & plura in numero idest vnum in specie & plura in numero habet materiam: sed iam declaratum est quod principium cæli nõ habet materiam. Deinde. d. vnus enim sermo &c. idest ea autem quæ sunt vnum in ratione. i. in diffinitione sunt plura in numero: vt homo q est vnus in numero & plura in potentia: vt Sortes & Plato. Deinde. d. & quod est per primam essentiam non habet materiam: quia est perfectio. idest & hoc fuit ita: quod prima essentia quæ significat esse rei oportet vt non habeat materiam: quoniam si haberet materiam: haberet aliam essentiam: & sic in infinitum. & ideo necesse est vt prima forma quæ perfectio est & finis nõ habeat materiam: erit ergo simplex. & omne simplex est non in materia. Deinde dicit primus igit motor qui non mouetur est vnus diffinitione & numero. Deinde dicit oportet igit vt motum semper motu cõtinuo sit vnum tantũ ergo cælum est vnũ tantũ. i. & si motor est vnus numero, ergo ipsum primũ motũ ab eo si mouetur motu continuo: est vnũ etiã numero. & si cælum est tale vt declaratũ est, ergo cælum est vnum numero, mouetur enim vno motu continuo ab vno motore numero & diffinitione.

Idem. j. me. com. 40.

Tradita sunt autem à senioribus & antiquis in fabulæ figura dimissa posterioribus: quia dij sunt hi: & continet diuinam naturã vniuersalem. Reliqua verò fabulose iam adducta sunt ad persuasionem multorum & ad opportunitatẽ multorum ad leges & cõferens. Conformes enim hominibus hoc & aliorum animalium quibusdam similes dicunt: & his altera consequentia & dictis similia. A quibus siquis separãs id accipiẽs solum quod primum deos existimauerunt primas substantias esse diuinæ vtiq; esse dictum putabit & secundum verisimilitudinem: & sæpe inuenta ad possibile vnaquaq; & arte physlosophia & iterum corruptis: & has opiniones illorum quasi reliquias vsq; nunc saluatas esse. Et accepta sunt ab antiquis valde aliqua quæ sunt in posterioribus: sicut fabulosæ: quoniã ista sunt dij: & quod deus continet omnia naturalia. Alia autem sunt similia fabulis propter vsum legum: & illud quod est bonum hominibus: & ideo dicunt quod ista similia istis sunt quibusdam alijs animalibus & similia istis non conuenientia dictis. Si igitur aliquis distinxerit ex istis & acceperit primum tantum: opinabantur enim quod primæ substantiæ sunt dij: & secundum quam oportet: cum iam dictum sit multotiens in eo quod possibile est cuilibet artificio & phylosophie: & etiã corrumpuntur: & istæ sententiæ eorum remanent vsq; modo quasi reliquiæ.

30 Cum Aristo. fuerit primus qui sciuit in suo tempore hoc principium vu t

vult dare testimonium de sermonib⁹ antiquis acceptis a chaldeis in quibus fuit scientia perfecta secundum illud quod remanet de sermonibus eorum, est quasi Apologus. Et.d.& accepta sunt ab antiquissimis valde idest.& accepta sunt ab antiquissimis quæ sunt hodie quasi apolog⁹, scilicet quod corpora cælestia sunt dij:& quod dij continent omnia naturalia. Deinde dicit alia autem & istis &c.idest alij autem sermones & apologi in corporibus præter illos qui accepti sunt à chaldeis veræ sunt fabulæ sine aliqua veritate:& non fuerunt scriptæ nisi ad corrigēdū mores hominum ad illud quod est bonum eis. Deinde dicit. & ideo dicunt quod sunt similia quibusdam alijs animalibus.idest & isti apologi sunt hic quod dicunt quod hæc corpora sunt similia modis animaliū. Astrologi dicunt qđ formæ quæ sunt hic obediūt formis cælestibus.

Et innuit per hoc formas cælestes quas dicūt similes esse formis quæ sunt hic:& quod formæ quæ sunt hic sunt obedientes illis:sicut dicunt astrologi. Deinde dicit, & alia similia istis &c. idest & alij apologi non conuenientes ei quod declaratū est de his principijs:neq; secundum remotā expositionem. Deinde dicit si igitur aliquis dixerit &c. idest & si aliquis homo exposuerit sermonem eorum:quoniam intendebat p deos primas substantias quæ sunt principia corporum cælestium : tunc expositio erit vera:& tunc apologus erit conueniens veritati. Et signū eius quod antiqui intendebant per deos illas substantias & q̄a iam phylosophia inuēta fuit & corrupta infinities: sicut alia artificialia. & hoc intendebat cum.d.cum iam dicta est multotiens &c.idest & cū iam hoc dictum fuit & scitum multotiens:cum hoc possibile est in omni artificio & in phylosophia.Omne a enim generabile est corruptibile: & omne generabile & corruptibile reciprocatur infinities. Deinde dicit & quod istæ scientiæ eorū remanserunt quasi reliquiæ vsq; modo:& ideo opinandum est quod isti apologi sunt reliquiæ opinionum eorum quæ corruptæ sunt & destructæ, V Phylosophia inuēta fuit & corrupta infinities.Idem.1. me. &.3. de aia.com.5. a Omne generabile est corruptibile: & omne generabile & corruptibile reciprocatur infinities.

Paterna quidem opinio & quæ à primis inquantum nobis manifesta solum.Quæ verò circa intellectum habent quasdā dubitationes . videtur quidem enim apparentium diuinissimum.Quomodo verò habens talis erit vtiq; habet quandam difficultatem.Nam si non intelligat quidem vtiq; erit insigne: sed habet queadmodū vt sit dormiens sine intelligentia:huius verò aliquid principalis.Nō enim est hæc sua intelligentia sed potentia:non vtiq; erit optima substantia: per intelligere em̄ honorabile inest. Amplius autem si intellectus sit substantia sine intelligētia qd intelligit: aut em̄ seipsum:aut alterū aliqđ: aut idem semper:aut aliud.aut vtrum differt aliquid:aut nihil intelligere bonum : aut contingens : aut inconueniēs meditari de quibusdam. Palam ergo quod diuinissimum & honorabilissimum intelligit & non transmutatur . Indignius enim transmutatio & motus quidem iam tale.Primum quidem igitur si non est intelligentia sed potentia rationabi-

le est laboriosum esse ei continuationem intelligẽtiæ. Deinde palam quia aliud aliquid erit dignius ꝙ intellectꝰ, scilicet intellectiuum. Etenim intelligere & intelligentia erunt indignissimũ intelligẽti. Quare fugiẽdum hæc eadem. Etenim nõ videre quidem quædam dignius ꝙ videre vt si sit optimũ intelligentia. Seipsum ergo intelligit siquidem est potentissimum & est intelligentia intelligere. Intelligentia videtur autẽ semper alius scientia: & sensus: & opinio: & meditatio ipsius: aut intercessorie. Amplius si aliud aliquid est intelligere & intelligi secundũ ꝙ ei ipsum bene inest. Nõ enim idem esse intelligentiæ & intellecto aut in quibusdam scientia res in factiuis quidem sine materia. Substantia enim & quod quid erat esse. in theoricis verò ratiões & intelligentia: non altero igitur existente eo quod intelligitur & intellectu. Quæcunqꝫ nõ materiam habent idem erũt: & intellectiua eius quod intelligitur vna. Adhuc autem restat dubitatio si compositum est quod intelligitur. Transmutabitur enim in partibus totius: aut indiuisibile omne quod non habet materiam: vt humanus intellectus: aut quod quid est compositorum habet in aliquo tempore: nõ enĩ habet ipsum bene in hoc: aut in hoc sed in toto quodam quod optimum & ens aliud aliquid. Sic autẽ habet ipsa suꝑpsius intelligentia toto æterno. Sentẽtia aũt patrũ præcedens omnia est hæc: & quantũ declaratum est nobis ex illa: & est de intellectu tantũ: & in eo sunt plures dubitatiões videtur enim esse ex apparentibus vt sit valde diuinũ. Quomodo autem est tale valde est difficile: quoniã si nihil intelligit quid est illud nobile quod est ei. Non enim est ei nisi sicut dormienti: & si intelligit habet aliũ dominũ: quoniã hoc intelligere non est substantia eius: sed potentia in eo. Nõ erit igitur substantia nobilissima: quia nobilitas nõ inest ei: nisi quia intelligit: & etiã si substãtia eius est intellecta. Est igitur aut suꝑpsiꝰ: aut alteriꝰ: & si alterius quid est illud quod est vnũ: & non aliud: aut vtrũ non est differentia omnino intelligere bonum: aut quodcunqꝫ: aut possibile est vt sit intellectus in diuersis. Manifestũ est enĩ ꝙ ipse intelligit intellectũ valde diuinũ: & valde nobilem: & nõ transmutatur. Transmutatio enim est ad malũ: & quod est tale est aliquis motus: & primo si nõ intelligit sed est potẽtia: necesse est vt consecutio intelligendi inducat ei lassitudinẽ. Et postea manifestum est ꝙ valde nobile erit aliud ab intellectu

Non videre quædam dignius est ꝙ videre.

X

Indiuisibile omne quod nõ habet materiam.

&intellecto. Intelligere enim tũc erit eius quod habet intelligere vilius, & si ita sit oportet fugere ipsum. Non videre enim quædã est melius & nobilius quã videre: nobilius enim nõ intelligit: ergo intelligit se: & cum sit fortius: & ipse intelligit intelligere sed ipse videt semper quod alterius est sciẽtia & non sensus. Et existimatio & intelligere suppsius: aut accidẽtaliter: aut etiã si intelligere & passio sunt aliud & aliud: cum igitur erit bonitas quoniã essentia intelligendi nõ est eadem: & passio sicut in quibusdã scientia est scitum: quoniã in rebus intellectis substantia est sine materia, & quod est per essentiã. In essentialibus autem res est ratio & intellectus: intellectũ enim non est aliud ab intellectu. Omne igitur quod non habet materiã est idem: intelligere enim & passio est etiam idem. Remanet quidem dubitatio si intellectum est compositũ: quoniam si transmutetur in partibus totius: aut vt diuiditur omne quod non habet materiam: vt intellectus humanus, & quod est cõpositus ex bonitate in hoc est secundum hunc modum: sed nobile in aliqua re est omne: & est aliud: & secundum hanc dispositionem intelligere est per se in omni seculo.

Quia ista quæstio est nobilissima omniũ quę sunt de deo. scilicet scire quid intelligit, & est desiderata ab omnibus naturaliter: & quia chaldei valde sunt perscrutati de ea: vocauit eam sententiam patrum: & dedit primo dubitationẽ de hoc quid intelligit deus. Et dixit. Videtur enim ex apparẽtibus quod est valde diuinum, id est, videtur enim quod manifestum est & apparent nobis quod necesse est vt sit nobilissimum omnium entium: ita quod nihil sit nobilius eo. Deinde dicit, quomodo autem est tale est valde difficile, id est, & quæstio non est in hoc qđ deus debet esse perfectissimum & nobilissimum omnium: sed quæstio est quomodo erit hoc quod est in fine perfectionis in se secundum quod est talis dispositionis. Deinde dicit, quoniam si nihil intelligit &c. id est, quoniam necesse est si est intellectus vt semper sit secundum alterũ istorũ duorũ: aut secundũ dispositionẽ in qua sciens non vtitur scientia sua: aut in qua vtitur. Si igitur fuerit dispositione in qua sciens non vtitur sua scientia: tunc est quasi dormiens. & non inuenitur in eo dispositio nobilis, & hoc est inconueniens: & si est secundum dispositionẽ in qua sciens vtitur sua scientia: quid igitur est illud quod intelligit in illa hora: oportet quidem vt sit valde nobile in fine: quapropter erit aliud ens nobilius isto. Intellectum enim est perfectio intelligentis: & hoc intendebat cũ dixit: & si intelligit habet aliũ dominũ. D.d. quoniã substãtia eius nõ est hoc intelligere sed potentia in eo, id est & causa in hoc est: quia si intelligit aliud tunc substãtia eius non est actio eius: sed substantia eius erit potentia qua fit ista actio: quapropter perficitur necessario per hãc actionem sicut intellectus perficitur in nobis per illud qđ intelligit. D.d. ergo nõ erit substantia nobilissima omniũ entiũ quia

51 Nobilissima omniũ quęstionum quæ sunt de deo: est scire quid intelligit.

Intellectum est perfectio intelligẽtis.

mobilitas nō est ei, nisi quia intelligit, id est, ergo substātia eius nō erit ei nobilissima omniū entiū: quia nobilitas non est ei nisi quia perficitur per aliud: q aliud necesse est vt sit nobilius eo: quia intellectū est perfectio intellectus. Deinde dicit, & etiā si substātia eius est intellectus & intelligere est sui ipsius aut alterius, id est, & si substātia eius est in hoc quod intelligat: necesse est aut vt intelligat se: aut vt intelligat aliud extra se. Deinde dicit, & si alterius: quid igitur est q semper est & non aliud, id est, & si suū esse semper est in hoc q intelligat aliud: quid est igitur illud q semper est vnū per se sine alio: hoc enim non est quia est per esse alterius ecōtrario illi q positū est de primo principio scilicet q primū principiū est illud q semper est sine hoc q indiget altero.

Deinde dicit, & vtrū nō est differētia &c. id est, & contingit vt nulla differentia sit in ponendo primum principium intelligere, & interponēdo intelligere quodcunq sit siue bonum siue malum.

2 Deinde dicit, aut impossibile vt intelligat in diuersis &c. id est, aut dicamus q impossibile est vt intellectus eius perficiatur per aliud quodcūq sit. Illud enim q intelligit quodcūq: intellectus eius cōsequitur illud q intelligit, id est, quoniā semper est sub eo in ordine. Sed manifestū est & notū nobis q intellectus diuinus necesse est vt sit valde nobile & valde perfectū. Et etiā q intelligit aliud: trāsmutatur in sua substātia in aliud, & omne q trāsmutatur in aliud possibile est vt trāsmutetur in aliud quādo trāsmutatur in vilius eo, id est, q cū primū intelligat quidlibet: necesse est vt trāsmutetur in vilius. D.d. & q est tale est aliquis motus, id est, & cuius intellectus est talis vel talis intellectus scilicet exiens de potētia in actū: sicut est demōstratio intellectuū: intellectus eius est motus, & omnis motus est a motore: quapropter primū patitur & mouet ab alio. Deinde d. & primo si nō intelligit &c. id est, & si trāsmutetur in suo intellectu ex aliqua in aliquid, id est, quia nō intelligit aliquid & post aliud sicut intelligit intellectus in nobis non subito: necesse est vt successio intellectorū faciat ei lassitudinē quādo vult intelligere eas & numerare eas insimul. Et hoc nō cōtingit nisi cū posuerimus ipsum intelligere omnia successiue. Cū autē posuerimus ipsum intelligere subito: nō cōtingit hoc: sed cōtingit vt in eo sit multitudo: & quod perficiatur per vilius. Deinde dicit, & manifestū est q nobile valde erit aliud &c. id est, manifestū est q principiū nobilissimū non acquirit nobilitatē nisi per suā actionē: quēadmodum intellectus in eis qui intelligunt scilicet quoniā nō acquirunt nobilitatē nisi per actionē intellectus. Si igitur primum intelligit vilia: cōtingit vt sua nobilitas sit intelligēdo vilia: quapropter & sua actio erit vilissima actio actionum.

Deinde dicit, si igitur necesse est fugere hoc &c. id est, si igitur oportet nobile fugere actionē vilē: necesse est apud nos nō videre quædā esse melius quā videre, & nō est necesse quāuis videre nobilius est quā non videre vt sit simplex sic: sed in rebus nobilioribus dixit hoc. Sed ne aliquis dicat q cōtinget ex hoc vt primū ignoret plura: & quasi dicat rñdendo q ignorare vilia est melius quā scire. D.d. nobilius igitur nō intelligit scilicet viliorē vel sic: nobiliorē eñi nō intelligit. D.d. ergo intelligit se, id est, & cū impossibile est ipsum intelligere vilius aut nobilius cū nō est nobilius q intelligat, ergo intelligit se. D.d. cū est fortius &c.

tius &c.id est, cū sit nobilioris intellect⁹ omnibus rebus, &.d.hoc quia intellectus in nobis nō intelligit se nisi accidētaliter. D.d.& est ei, & ipse intelligit intelligere, id est, & intelligit suā actionē quæ est intellige re: sua em̄ substātia est sua actio. D.d.sed semper videmus qđ alterius est sciētia & sensus &c.id est, sed videmus cognoscere & sentire & exi- stimare & intelligere esse aliud ab eo cuius sunt, id est, ab intellecto co gnito & sensato & existimato in nobis: hæ em̄ actiōes ex istis virtutibus sunt aliorū nō suipsorū nisi per accidēs scilicet quia sensus & existima tio & intellectus sunt intellecti & sensati & existimati nō per se sed per accidēs, id est, qđ intellectus in nobis nō intelligit se nisi per accidēs sci licet quia accidit intellecto qđ sit forma intellectus: & similiter, accidit existimato qđ sit existimatio: & sensato similiter qđ fuit sensus sentire: & hoc fuit quia intellectus nō est in nobis intellectū omnibus modis & magis remotū: hoc est qđ sensus sit sensatū. D.d.si intelligere & pas- sio sit aliud & aliud, id est, qđ si iste intellect⁹ intelligit aliud & tūc erit patiēs & faciēs & passio: ex quo igitur erit nobilitas in patiente vtrū ex passione aut essentia patiēte aut ex eo a quo sit passio. Ista em̄ tria sunt cōsimilia & dissimilia in eo qđ intelligit aliud, & ideo sicut essentia in tellectus nō est eadē cū intelligere qđ est actio intellectus in nobis. & intellecto in nobis intelligere nō est idē omnibus modis. & causa in hoc est quia intellectū in nobis est aliud ab intelligēte. In eis autē quæ sunt nō in materia cōtingit vt intellectū & intellectus & actio intellect⁹ sint idē. Et hoc intēdebat cū.d.& sicut in quibusdā rebus sciētia &c.id est &, sicut videm⁹ q̄ vere possum⁹ dicere qđ sciētia est res scita, & res scita est sciētia q̄ est in materia: sicut de artificio & artificiali, dicimus em̄ q̄ forma artificialis quæ est in materia, & quæ est in anima artificis est eadē: quātomagis debet esse in reb⁹ intelligētib⁹ quib⁹ materia non admiscet, & nō sunt nisi forma & essentia signās esse rei. D.d.in reb⁹ autē essentialib⁹ &c.id est, reb⁹ autē speculatiuis diffinitū est diffinitio & intellectū intellect⁹. D.d.intellectū em̄ nō ē aliud ab intellectu, id est, intellectū igit in reb⁹ abstractis a materia digni⁹ est vt nō sit aliud ab in tellectu. D.d.omne igit qđ nō habet materiā &c.id est, declaratū est igit qđ omne carens materia, & intellectū & intellectus in eo idem est.

Et cū declarauit q̄ nihil intelligit extra se: incepit quærere vtrū illud qđ intelligit ex se est vnū simplex aut multa cōposita, &.d.relinquit aūt dubitatio si intellectū est cōpositū: qm̄ tūc qn̄ trāsmutat in partib⁹ toti⁹ id est, remanet igit dubitatio in intellecto ab eo vtrū sit simplex aut cō- positū ex multis intellectis: sed si fuerit cōpositum ex multis intellectis: necesse est ipsum esse diuersarū partiū nō cōsimiliū quia tale multa intel ligit: & q̄ intelligit multa intelligit aliqua extra se quę aliqua sunt causę ipsius. D.d.& nō diuidit omne qđ habet materiā: vt intellect⁹ huma nus potest intelligi: qđ omne intellectū intellectus: cuius intellect⁹ nō ha bet materiā: & est illud qđ idē est in eo intellectus & intellectū: impos- sibile est vt diuidat sicut est possibile vt diuidat in intellectu humano: si causa diuisiōis in intellectu humano est qđ intellectū aliquo modo est aliud ab intellectu: qm̄ si intellectus & intellectū in eo essent vnū omni- bus modis nō cōtingeret ei vt in intellectu eius essent plura. Causa em̄ multitudinis est alietas inter intellectum & rem intellectam in nobis.

Ignorare vi lia est meli⁹ quam scire. Intellect⁹ in nobis nō in telligit se nisi accidētali ter. vide. 3. de aīa. t.c.8.

A In abstractis a materia idē est intel lectū intelle ctus & intel lectio.

3

Causa mul titudinis in intellectis ē alietas inter intellectū & rem intelle ctā in nobis.

Et potest intelligi qđ signū eius qđ omne carens materia nō diuida/tur in eo intellectus ab intellecto est intellectus humanus. Videmus enī ipsum liberatū a materia in se: & quāuis nō sit liberatus simpliciter in tellectus & intellectus in eo idē est: & cū ita sit illud quod est liberatū a materia simpliciter intellectū & intellect⁹ in eo idē est simpliciter. De inde dicit, & quod est cōpositus de bonitate in hoc est secundum hunc modū, id est, & res cōpositæ non addunt sibi in nobilitate adinuicē ni si in paucitate compositionis & propinquitate eorū primo simplici in illo genere, & cum fuerit aliquod genus intelligentiarū quæ diuersan/tur adinuicem in cōpositione, scilicet in alietate intellecti in eis ab in/tellectu nobilius eorū est illud quod est minoris cōpositionis in illo ge nere: immo illud est simplex in illo genere. Deinde dicit, immobile in aliquo est omne & est aliud, id est, immo necesse est vt nobile in omni genere sit omne & simplex indiuisibile & singulare & per se extra cō/positū scilicet quod substātia eius nō est in cōpositione. Verbi gratia quod calida nō semper abūdant adinuicē nisi in paucitate & multitudi/ne caloris, & ideo calidū simpliciter est in quo nō est cōpositi ignis: cū nō admisceatur ei aliud corpus propter qđ fiat modici caloris: & sem/per primus intellectus necesse est vt sit simplex & vnū simpliciter. De inde dicit & secundū hanc dispositionē intelligere est per se in toto se/culo, id est, & quia nihil intelligit extra se: cū sit simplex: tunc cū intelli git se: nō accidit ei trāsmutatio neq; lassitudo in omni seculo: sicut acci/dit intellectui in nobis, & sic debet esse in alijs intelligentijs abstractis.

Res cōposi/te nō addūt in nobilita/te sibi adin/uicem ni/si in paucij/tate cōposi/tiōis & pro pinquitate eorū ꝓ sim/plici in illo genere.

Digressio qua ostēdit quomodo intellectus primus est simplicissi/mus & tan/tū vnum in/telligit.

4 Sed primus est simplicior eorum, & ideo est vnus simpliciter sine ali qua multiplicitate: neq; propter alietatem intellectus & intellecti: neq; propter multitudinē intellectorū. Multitudo enim intellectorū in eodē intellectu: sicut est in intellectu in nobis cōsequitur alietatē quæ inueni tur in eo scilicet alietatē intellectus & intellecti in nobis: quoniam cum intellectus & intellectum fuerint adunata perfecta adunatione: contin/git vt intellecta multa plura quæ sunt intellectus illius adunentur: & ter minant vnum & simplex omnibus modis: quoniam si remanent illa in/tellecta quæ sunt in vno intellectu plura, & non adunarentur cum essen tia intellectus, tunc essentia eius aliud erit ab eis. Et cum hoc ignora/uit Themistius dixit quod possibile est quod intellectus intelligat mul/ta intellecta subito: hoc enim contradicit sermoni nostro cum diximus quod intelligit se & nihil aliud extriusecus: & quod intellectus & in/tellectum in eo sunt idem omnibus modis. Deinde enim quod intelli git omnia ex quo intelligit se esse principium eorum. Et omnia ista sunt eius qui non intelligit demonstrationes Aristote, sed tamen hic con tingit inconueniens in hoc loco: & est vt sit ignorans ea quæ sunt hic, & ideo dixerunt quidam quod ipse scit omnia quæ sunt hic scientia vni/uersali non scientia particulari.

Sentētia the/mistij.

Impugnatio

Quomodo intellectus diuinus oīa scit secūdū Auerro.

Hoc nomē sciētia ęqui uoce dicitur de scientia dei & de scientia no/stra.

B Et veritas est quod primum scit omnia secundum quod scit se tantū sciētia in esse quod est causa eorū esse. V. g. qui scit calorē ignis tantū nō dicitur nescire naturā caloris existētis in reliquis calidis: sed iste est ille qui scit naturā caloris, secundū quod est calor. Et similiter primus scit naturā entis in eo qđ est ens simpliciter quod est ipsum. Et ideo hoc nomē scientia ęquiuoce dicitur de scientia sua & natura. Sua enim sciē/tia est

tia est entis: ens autem est causa nostræ scientiæ: scientia igitur eius non dicitur esse vniuersalis neq; particularis. Illud enim cuius scientia est vniuersalis scit particularia quæ sunt in actu in potentia scita. eius igitur scientia necessario est scientia in potētia: cum vniuersale non est nisi scientia rerum particularium. Et cum vniuersale est scientia in potētia & nulla potentia est in scientia eius: ergo scientia eius non est vniuersalis. Et magis manifestum est quoniam scientia eius non est particularis. Particularia enim sunt infinita & non determinantur a scientia. Ille igitur primus non disponitur per scientiam quæ est in nobis: neq; per ignorantiam quæ est ei opposita: sicut non disponitur per istas illud qd' non est natum habere alterum: declaratū est igitur aliquod ens esse sciēs de quo non erit fas dicere sibi.

Scientia dei non est vlis neq; particularis. Idē libro destru. ctio destru. disp. 12. ī solutiōe secū di dubij.

Perscrutandum autem est qualiter habet totiens natura bonum & optimum: vtrum separatum quid & ipsum secundū se: aut secundum ordinem: aut vtroq; modo: sicut exercitus. Etenim in ordine ipsum bene & dux exercitus: & magis iste. Non enim iste propter ordinem: sed ille propter hunc est. Oīa verò coordinata sunt aliqualiter sed non similiter: & natatilia & volatilia & plantæ. Et non sic se habent vt non sit alteri ad alterum nihil: sed est aliquid. Ad vnū quidem enim omnia coordinata sunt: sed quemadmodum in domo liberis non licet quod contingit facere: sed omnia vel plura ordinata sunt. Seruis verò & bestijs parum quod ad commune: multum verò quod contingit. Tale nāq; principium cuiusq; ipsorum natura est. Et perscrutemur etiam quomodo in natura totius bonum: & nobile: vtrum sit aliquid distinctum per se: aut per ordinem: aut vtroq; modo: vt in exercitu. In ciuitate enim est bonum: & in duce exercituum: & iste magis. Iste enim non est propter ordinem: sed ille propter istum: omnia enim ordinata sunt insimul aliquo modo: sed non ordine consimili sunt natatilia & volatilia & plante: sed tamen non sunt in tali dispositione in qua non comparantur adinuicem omnino: immo aliquid: omnia enim ordinata sunt adinuicem in respectu alicuius: sed quemadmodum liberi domus raro licentiantur ad faciendum quicquid comprehendunt: sed omnes actiones eorū: aut plures sunt ordinatæ. Seruientes autem & lupi in pauco communicant illis in actione: & pars maior actio tātum istorum est quocunq;: quolibet: & qualibet. Principium enim cuiuslibet est tale sicut natura.

C Dux exercitus non est ꝑpter ordinē sed ordo est propter ipsum.

Ista est tertia pars istius tractatus: & intendit in ea perscrutari vtrum entia sint per se entia adinuicē: & oīa sint propter primū: sicut est de mēbris hominis cum suo principio de quo sit homo: aut nulla ligatio est inter 52

inter ea:sed esse eorum adinuicem est a casu:& omnia sunt propter aliquod extrinsecum ab eis. Et quia manifestum est per se quod habet aliquod bonum & aliquem finem propter quem fiũt. perscrutatus est:vtrũ bonum quod est in entibus est extrinsecum & distinctum ab eis:sed nullum bonum habet existens in ordine. id est quoniam non sunt ordinata propter se adinuicem:ordinata enim propter se adinuicem illud bonũ quod existit in eis existit in ordine:aut bonum existens in eis nõ est nisi in ordine tantum: & nullum bonum habent distinctum a toto aut est in vtroq;. Verbi gratia, vtrum bonum existens in quolibet modo modorum hominum existentium in vna ciuitate, scilicet finis quem intendunt per actiones eorum est aliquod distinctum & extrinsecum ab eis. Verbi gratia primus princeps aut bonũ quod est in eis non est nisi propter prioritatem eorum adinuicem : aut in vtroq; scilicet propter primum principem:& propter prioritatem eorum adinuicẽ. Et hoc intendebat cum dicit & perscrutamur &c.id est & perscrutandũ est vtrũ bonum quod est in istis entibus, scilicet illud propter quod sunt sit extrinsecum & distinctum ab eis:aut est in ordine eorum adinuicem, scilicet in esse quorũdam propter quædam:aut est in vtroq; sicut est in exercitu. Bonum enim existit in exercitu propter ducẽ in exercitu : & propter ordinem eius:sed bonũ quod est in duce maius est bono quod est in ordine. Ordo enim est propter ducem:sed dux non est propter ordinem:cum dux sit causa ordinis:sed nõ est ordo causa ducis.& hoc intẽdebat cũ dicit ordine enim est bonum & in duce exercitus:sed in duce maius.i.bonũ eñ existit in vtroq; sed magis in duce. D.d. causam in hoc:& dicit iste eñ est propter ordinẽ sed ille propter istũ.i. dux nõ est propter ordinẽ sed ordo propter ducẽ:& quia bonũ existit in hoc toto vtroq; modo.s.propter ordinẽ:& propter illud ꝓpter qd' est ordo, scilicet primũ principiũ:& oĩa quæ sunt sub primo principio nõ æqualiter habẽt ordinẽ:hæc enim quidẽ perfectũ habẽt ordinẽ ita q; nihil admiscetur eis per accidens:sicut est de corporibus cælestibus:hic autem inuenitur in eis priuatio ordinis per accidens: & sunt ea quæ sunt sub corporibus cælestibus. Et hoc valde simile est ei quod continetur in vna domo continente seruos & liberos. Liberi enim nullam actionem faciunt nisi propter regimentum domus:seruientes autẽ multotiens faciunt actiones non conuenientes regimini domus:& ideo dicit ordinata quidem sunt insimul omnia aliquo modo &c.id est & cum considerata fuerint omnia entia quæ sunt in mundo inuenientur non eodẽ ordine:sed quædam eorum magis in hoc quibusdã:sicut est de lupis & animalibus & volatilibus & plantis. Deinde dixit sed tamen non sunt in tali dispositione &c.id est & cum considerantur nõ inuenientur carentia ordine omnino:scilicet in dispositione in qua nullum eorum est per aliquod: immo in eis videt aliquis ordo. Deinde dixit & omnia ordinata sunt in respectu alicuius id est apparet enim quod hoc cõmune est omnibus entibus.s.q; omnia sunt propter vnum:& q; actiões eorum sunt erga illud vnum:& est prima causa:quẽadmodum omnia quæ sunt in domo propter dñm domus sunt. D.d. sed sicut liberi domus raro nõ licentiantur ad faciendum quicquid comprehendunt &c.id est quoniã actiones corporum cęlestium in communicatione eorũ adinuicem

(margin, beside "mum principem": 2)

(margin note: Quæcunq; sunt sub primo prĩcipio nõ æqualiter habẽt ordinẽ. Cõsiste 8. me.t. cõ. 10. Et.1.cę. t. cõ.100. &.1.ph.81. &.2.de aĩa. 34. vide hic supra.44.)

cem in cõstitutione mũdi: est sicut actio liberorũ in cõstitutiõe domus.
Quemadmodũ enim liberi nõ licẽtiant ad faciendũ omnia quæ appetũt
de actionibus: sed omnes actiones eorum sunt propter iuuamentum eo/
rum adinuicem. ita est de corporibus cælestibus. Ea autem quæ sunt
sub istis de entibus sunt: sicut seruientes & lupi conseruantes domus.
Quemadmodũ enim actiones seruientium cõicantes cum liberis paucæ
sunt & pauciores luporũ ita sunt in eis quę sunt sub corporibus cęlesti
bus. Deinde dixit causam propter quam modicus est ordo existens in
actionibus rerum naturalium: & dixit regnum enim cuiuslibet eorum
est tale natura: id est & est ita quoniã principiũ cuiuslibet istorum im/
possibile est vt habeat naturaliter prius. Et potest intelligi: quoniã 3
principium vtriusq; istorũ modorũ, scilicet volũtarij & naturalis opor Documẽtũ.
tet vt habeat talem intentionẽ accidẽtis. Et sciendũ est quod hæc est Vide cõlĩ͛e
sentẽtia Aristo. in solicitudine: & per ipsam dissoluuntur oẽs quæstio/ supra. com.
nes contingentes solicitudinem. Sunt enim quidam qui dicunt quoniã 37.
nihil est de quo deus non habeat solicitudinẽ. Dicũt enim q nõ licet sa
pienti dimittere aliquid sine solicitudine: neq; vt faciat malum: & quod
omnes actiones eiusdem sunt iustæ. Et alij qui contradixerunt huic ser
moni de hoc quod inuenitur quoniã multa mala sunt: & debet sapiens
dimittere ea. Isti igitur sunt in extremo contradictorio, scilicet q nulla
solicitudo est in eo omnino: & veritas est in hoc q solicitudo est: & q
si aliqua sunt sine solicitudine proueniunt ex necessitate materiæ nõ ex
diminutione agentis: ita quod hic excitat quosdam ad dicendum duos
deos esse: quorum vnus creat bona: & alius non bona.

Dico autẽ puta ad discerni necesse quoq; oĩb⁹ venire & alia
sunt sic qb⁹ cõicant oĩa ad totũ. Quæcunq; verò impossibilia
oĩa accidũt aut absurda aliter dicentib⁹. Et qualia gratiosius di
cẽtes & in qb⁹ minimæ dubitatiões oportet nõ latere. Oẽs em̃
ex contrarijs faciũt oĩa neq; aũt, q oĩa: neq; ex contrarijs rectè:
nec in quibuscũq; cõtraria existũt: qm̃ ex contrarijs erunt non
dicũt: impossibile em̃ sunt cõtraria adinuicẽ. Nobis aũt soluit
hoc ratiõabiliter eo q tertiũ aliquid sit. Alij verò alterũ cõtra-
riorũ materiã faciunt queadmodũ quidẽ est in æquale æquali:
aut vni multa. Soluitur aũt & hoc eodẽ modo. Materia em̃ quę
vna nulli est contraria. Et ergo dico eis q oẽs cogũtur ad di- D
uidendũ iudiciũ: & quod alia ei⁹ dispositiõis in quib⁹ cõicant Materia nul
oĩa in toto. Oportet em̃ nos nõ ignorare oĩa impossibilia con- li est contra
tingẽtia & quæ impossibilia sunt de sermonib⁹ aliorũ: & qđ ria.
illud quod dixerũt nõ derisorie dixerũt: & in quibus est pauca
dubitatio. Oẽs em̃ faciunt oĩa ex contrarijs sed nõ rectè faciũt:
neq; in omnibus neq; in quibus sunt ex contrarijs. Contraria
enim non patiuntur se adinuicem. Nos autem dissoluamus
hanc quæstionem sermone necessario ad aliquod tertium esse.
Et si posuerunt alterum cõtrariorum esse materiam; sicut po-
nunt

nunt non æquale æquale:& vnum multitudinis.Hoc em̃ dissoluamus tali modo. Vna em̃ materia nullo modo est contraria.,

53 Cum compleuit notificare opinionẽ suã in istis rebus vult demonstrare quod sua sententia est a qua separãtur omnes obiectiones: & dissoluuntur omnes quæstiones contingẽtes antiquis in principijs.Coguntur enim cõcedere quod in rebus volũtarijs quæ cõmunicantur in vna actione inueniũtur similia his duobus modis actionum: & cum hoc fuerit in rebus voluntarijs nõ est quærenda alia causa in rebus naturalib⁹.

2 Et hoc intendebat cum.d.cogũtur enim omnes ad dicendum iudiciũ &c.idest omnis enim qui locutus fuit de hoc coact⁹ fuit iudicare hãc diuersitatem existentem in natura:& distinguere & determinare eam:& cũ hoc cõfessus fuit ꝙ tale inuenitur in rebus omnibus in omni actione.s. in rebus volũtarijs:&.q.induxit hoc modo castigãdi:& cum oporteret eos dissoluere hanc quæstionem tali dissolutione & dicere in principijs totius talem sermonem & nõ inducere impossibilia quæ induxerunt cũ laborauerunt in dando principia eorũ & causas apparentium in eis: & ideo.d.p[illegible]:& oportet nos nõ ignorare &c.idest & ideo oportet eũ qui sciuerit sermones nostros nõ ignorare differentiam inter sermones nostros & sermones aliorum cogitando impossibilia cõsequentia sermones eorum. D.d.& quod illud quod dixerũt nõ ridiculose &c.i. non ignorare dicunt quod illud qđ dixerunt de hoc non ridiculose dixerũt: & quod in opinionibus eorum nulla opinio est cui accidat modica dubitatio.

3 Deinde incæpit dicere opiniones eorum corruptas de principijs:&.d.omnes faciunt omnia ex contrarijs &c.i. error in quo conueniunt omnes est:quia faciunt principia omnium entium tantum contraria:& peccant in duobus.Quorum alterum est quod principia omnium non sunt contraria:cum in principijs corporũ cælestium non est cõtrarietas.Et secundum est:qđ impossibile est quod sola contraria sint principia. Deinde.d.quia contraria nõ patiuntur abinuicem.i. contraria autẽ nõ sufficiunt esse principia generabilium:quia contrarium non recipit suum contrarium:cum transmutatur ens in generatione & corruptione de contrario ad contrarium:& hoc declaratum est primo physi. hic autem est dictum ad rememorandum. Deinde.d.nos autem dissoluamus &c.i.nos autẽ iam dissoluimus hanc quæstionẽ addentes contrarijs tertium.s.materiã recipientem contraria successiue. Deinde.d. & si posuerit alterum contrariorum &c.i.non possunt euadere ex hoc alterum cõtrariorum ponẽdo quasi materiã alterius.Materia enim oportet vt nõ sit cõtraria alicui:quia si esset nõ reciperet illud cuius est materia: vt potẽtes nõ æquale materiã esse æqualis:& vnũ materiã multitudinis.

Primo phy. t.cõ.51.vsꝗ ad.63.

Amplius oĩa praui participatione extra vnum : nã prauum ipsum alterũ elementorũ.Alij autẽ nec principia:bonũ & malum:quãuis in omnibus maxime qđ bonũ principiũ.Alij verò hoc quidẽ rectè:quia principiũ:sed quomodocunq; bonũ principiũ nõ dicũt:vtrũ.s.vt finis:aut vt mouens:aut species. Incõuenienter autẽ & Empedocles:amicitiã enim facit bonũ : hoc autem principiũ & vt mouens.Congregat em̃ & vt materia.

pars

pars enim mixturę,sic itaq; & eidem accidit,vt materiā prin- E cipium esse,& vt mouens,sed esse non idem. Vtrū igitur amicitia. Inconueniens autem & incorruptibilem esse litem. sed ipsum autem est mali natura.

Et etiam mēdacium est acquisitum in omnibus præterquā in vno,malum enim per se est vnum elemētorum, alij autem nō dixerunt malum & bonum esse principia, quamuis in maiori parte in omibus bonum est principium. Et quidam eorū dicunt q̄ hoc principium est bonum, sed non simpliciter dicunt q̄ bonum est principium,quasi perfectio, aut quasi mouens aut quasi forma:& Empedo.etiam dicit modo imposssibili. Ponit enim bonum amicitiam,& hoc est principiū, quia est quasi mouens,& quia aggregat,& est quasi materia, quod est pars admixti,quoniā esse accidit alicui vni, vt habeat principium quasi materiam,et etiam quasi mouens,sed tamē essentia non est vna,secundum quid,est igitur amicitia. Et impossibile,est etiam vt sit lis quæ non corrumpatur omnino cum talis sit natura mali, & cum habeat naturam mali.

Et.d.Arist.& etiam mendacium &c.id est, & quidam ponunt omnibus duo principia,malum,scilicet & bonum,quæ sunt materia & forma,& si ita sit tunc malum existit in omnibus præterquam in vno,scilicet forma,necesse est autem vt omnia composita sint mala,quia alterum elementorum eorum quod est materia,est malum. & hoc est intendebat cum.d.malum enim per se est alterum elementorum. Deinde dicit alij autem non dixerunt bonum & malum esse principia,id est,alii vero nō dixerunt bonum & malum esse principia,cum bonū videatur esse prinpium in omnibus & pluribus dispositionibus. Deinde.d.& quidam eorum dicunt q̄ hoc principium est bonum,& quidam antiquorū opinantur q̄ primum principium est bonum, sed non dixerunt quomodo est principium,vtrum secundum finem,aut secundum formam, aut secundum mouens,neq; determinauerunt hoc,sed dixerunt hoc vniuersaliter non modo determinato. Deinde dicit & Empedocles dicit etiā modo impossibili,facit enim bonum amicitiam,& malum litē, & hic sunt principia &c.id est,& quod.d.Empedo.de principijs est etiam impossibile,facit enim principium quod est bonum esse & amicitiam & principium quod est malum litem. Sed inquantum amicitia congregat res est principium quasi mouens,& inquantum est pars rei admixte est principium quasi elementum. Quapropter contingit ei ponere causam mouentem extrinsecam esse quasi elementum rei motæ.s.vt motū sit admixtum cum motore. D.d.quoniam si accidit alicui vni &c. i. sed si accidat alicui vni vt habeat principiū quasi materiā & elemētū & principiū.q.mouēs.tn̄ non est possibile vt essentia motoris sit essentia materiæ,secūdū igitur quēadmodū facit his duob⁹ modis amicitiā esse principiū vtrū secūdū mouentē aut secūdū materiam, impossibile enim est

vt

F vt idem sit causa eiusdem vtroq; modo. D.d.& impossibile est etiam vt lis &c.id est, & impossibile quod cõtingit Empedocli in suo sermone est ꝙ lis secundum ꝙ est principium non corrumpetur, quamuis sit mala & malæ naturæ, & violenta. Violentum autem non est mãsiuum.

Nõ est possibile vt eẽntia motoris sit essentia materiæ. Violẽtũ nõ est mansiuũ. Idem.,2.cæ. tex.com.1.8

Anaxagoras autem vt mouens quod bonum principium. Intellectus enim mouet, sed gratia alicuius mouet, quare alterum excepto vt nos dicimus. Nam medicatiua est sanitas quodammodo. Inconueniens autem & contrarium non facere bono & intellectui.

Anaxagoras autem bonum principium dicit esse quasi mouens. Intellectus enim mouet, sed mouet propter aliquid. Dixit igitur alium sermonem non sicut dicitur. Medicina enim est aliqua materia sanitatis. Et impossibile est etiam nõ ponere contrarium boni & intellectus.

D.Aristo. Anaxagoras autem.d. ꝙ bonum est principium mouens,
55 cum iam posuitq; ꝙ intellectus est mouens omnia, sed non.d.qua de cau/
sa mouet. omne enim quod mouet propter aliquid mouet, & illud pro/
pter quod mouet magis est bonum, quam illud bonum mouens. Di/
xit igitur sermonem diminutum quia contingit ei ponere aliud princi/
pium, non sicut dicimus ꝙ principium mouens mouet secundum perfe
ctionem & complementum, vt videmus medicinam mouere ad se. mo/
uet enim ad sanitatem, & medicina est forma sanitatis. si igitur sanitas
non esset in subiecto sicut est de primo principio, tunc medicina moue/
ret vtroq; modo, scilicet secundum ꝙ est agens motum & finis.

Vide supra 36.&.38.

Omnes autem contraria dicentes non vtuntur contrarijs nisi figuræ aliquis. Et quare hic quidem corruptibilia, hic autem incorruptibilia nullus dicit. Omnia nãq; entia faciunt ex ijsdẽ principijs. amplius autem alij quidem ex non ente faciũt entia alij autem nisi hic cogatur vnum omnia faciunt. amplius propter quid semper erit generatio, & quæ est causa generationis nullus dicit. Et duo principia facientibus aliquid, necesse primum principalius esse, et his qui species, quia aliud principiũ principalius: propter quid enim participauit & participat. Et alijs quidem necesse sapientiæ & honoratissimæ scientiæ aliquid contrarium esse, nobis autem non. Non enim est contrarium primo nihil. Nam omnia contraria materiam habent, et potentia est: contraria autem ignorantia ad contrarium nihil, primo verò contrarium. amplius si non erunt præter sensibilia alia, non est principium & ordo, & generatio & cælestia, sed semper principij principiũ, vt theologis & physicis omnibus. Si autem erunt species aut numeri nullius causæ, si autem non quidem motus. Adhuc quomodo erit ex non magnitudinibus

nibus magnitudo & continuum, & non enim numerus facit continuum nec vt mouens nec vt species. At verò nullum erit contrariorum & factiuum quod & nõ motiuum cõtinget vtique nõ esse. At verò posterius quidem ipsum facere potentia, nõ ergo sempiterna sunt entia, sed sunt intermedium. Intermedium igitur est aliquid horum, & hoc dictum est. Adhuc quomodo numeri vnum, aut anima, aut corpus, & species totaliter, & res nihil dicet nullus, nec continget dicere si non, vt nos, vt dicat ꝙ mouens facit. Dicentes autem numerum mathematicum, & sic semper aliam habitam substantiam & principia cuiuslibet, alĳ inconnexam ipsius vniuersi substantiam faciũt. Nihil eñ alia alĳ confert aut ens, aut non ens & principia multa. Entia verò nolunt male disponi, nec bonum pluralitas principatuum, vnus ergo princeps.

Explicit Liber Duodecimus Metaphysicæ Aristo.

Aristo. Stagyritæ Metaphysicæ Liber Tertiusdecimus, alias nunquam in lucem editus.



DE sensibilium quidem substantia dictum, quę est in methodo quidem philosophorũ de materia, posterius verò de ea quæ est secundũ actũ. Quoniam verò perscrutatio est vnũ est aliqua præter substãtias sensibiles immobilis et semper aut nõ est, & si est, quæ est primũ quæ abdita sunt speculandum, vt si quid non bene dixerunt non eisdem rei sumus, et si quid cõsequẽtiæ dogma nobis & illis hoc separatũ, ne aduersum nos graues sumus amabile. Nam si quis hoc quidem melius dicit, illa verò non deterius. Duæ verò sunt opiniones de his nanque mathematica dicunt substantiantias esse quidem & numeros & lineas his cognata & iterum ideas. Sed quoniã hi quidem duo hæc genera faciunt ideas & mathematicos numeros. Alĳ vnam materiam vtrorumq̃, & alĳ quidẽ mathematicas solum substantias essę dicunt. Perscrutandum est primum quidem de mathematicis nullam addẽtes eis materiã. Vt vtrum ideæ sint aut non, sed quasi mathematicis solum, siue sint, siue non sint, & si sunt quomodo sunt. Deinde post hæc separatim de eisipsis simpliciter & quantum legis gratia, divulgantur enim multa ab exterioribus rationibus. Am-

plius autem ad illam oportet perscrutationem obuiare pluri mam rationem cum perscrutamur si substantia & principia entium vniuersaliter & ideæ sunt. Nam post ideas hic restat tertia perscrutatio. Necesse vero si sunt mathematica, aut insen sibilibus esse ipsa quemadmodum dicunt quidam, aut separa ta à sensibilibus. Dicunt autem & ita quidam ac si neutraliter, aut non sunt, aut alio modo sunt. Quare dubitatio nobis erit non de esse, sed de modo. Quomodo quidem igitur in sensibi libus impossibile esse, & simul fictitia ratio. Dictum est quis de, & in dubitabilibus, quia duo solida simul esse impossibi lia. Amplius & quia eiusdem rationis aliquis potentias & na turas in sensibilibus esse, & nullam separatam. Hæc quidem igitur dicta sunt prius, sed adhuc palam diuidi quodcunque cor pus. Nam secundum superficiem diuidetur, & hoc secundum lineam, & secundum punctum. Quare si punctum diuidere impossibile, & lineam, quod si hanc & alia. Quid ergo differunt, aut has esse tales naturas, aut ipsas quidem, non esse autem in ipsis tales naturas, idem enim accidet. Diuisis enim sensibili bus diuiduntur, aut neque sensibiles, aut vero neque separatas esse naturas tales possibile. Si enim erunt solida præter sensibi lia separata ab his altera & priora sensibilibus, palam & præ ter superficies alteras necessarium est superficies separatas, & pun cta, & lineas. Eiusdem enim rationis. Si autem hic palam præ ter solidi mathematici superficies, & lineas aliæ separatæ. Prio ra enim compositis sunt incomposita. Et siquidem sensibilib⁹ priora corpora non sensibilia eadem ratione & planorum quę in mobilibus solidis eadem sunt. Quare altera hic plana & li neæ ab his quæ simul cum solidis separatis. Hoc quidem enim cum mathematicis solidis hæc & priora mathematicis soli dis. Iterum ergo horum paucorum erunt lineæ quibus prius oportebit alteras lineas, & puncta esse, propter eandem ratio nem. Et harum in prioribus lineis altera priora puncta quibus non adhuc priora altera. Inconueniens itaque fit coaceruatio. Accidit enim solida quidem vnica præter sensibilia, plana au tem triplicia præter sensibilia, & quæ in mathematicis soli dis, præter ea quæ in his. lineæ autem quadruplices, puncta & quintupla. Quare circa qualia horum scientiæ erūt mathema ticæ. Non enim vtique circa ea quæ in solido mobili plana, & lineas & puncta. Semper enim circa priora scientia eadem

Primo com positis sunt in cōposita.

autem

autem ratio & de numeris. Amplius quæ quidem & in dubitationibus pertractauimus quomodo contingit soluere circa quæ enim astrologia est. Similiter autem præter sensibilia: & circa quæ geometria esse: & cælum & partes ipsius: quomodo possibile: aut aliud quodcunque habens motum. Similiter autē & perspectiua. & armonica: erit enim nox visus præter sensibilia & singularia. Quare palam quod & alij sensus & alia sensibilia. Quid enim magis hæc quam illa. Si autem hæc & alia: erunt siquidē & sensus. Amplius scribuntur quædam vniuersaliter à mathematicis præter has substantias erit ergo & ipsa quædam substantia alia intermedia separata ab ideis: & his quæ intermedia: quæ neque numerus: neque puncta: neque magnitudo: neque tempus. Si autem hoc impossibile: palam quod & illa impossibile esse separata à sensibilibus. Omnino autem contrarium accidit & numero consueto existimari: siquis ponat sic esse mathematica: vt separatos quosdam numeros necesse esse propter sic quidem & ipsas priores esse sensibilibus magnitudinibus: secundum veritatem autem posteriores. Imperfecta enim magnitudo generatione quidem prior est: substantia autem posterior: vt inanimatum animato. Amplius quo & qualiter erunt vnum mathematice magnitudines quæ quidē eīm hic: nā aut parte anima: aut alio aliquo rationabili: si autem non multe & dissoluent. Illis autem diuisibilibus & quātis existentibus quæ causa essendi vnum & commanendi.

Amplius generationes manifestāt primo quidem enim ad longitudinem fit: deinde ad latitudinem: vltimo autem ad profundum & finem habet. Si igitur quidem generatione posterius substantia prius: corpus prius vtique erit superficie & longitudine: & sic perfectum & totum viget: quia animatum fit: linea autē animata aut planum quomodo vtique erunt: sunt eīm nostros vtique erit anxioma. Amplius corpus quidem substātia quædam: iam enim habet aliqualiter quod perfectum: lineæ autem quomodo substantiæ. Neque enim vt species & forma quædam. vt si forte animal: vt materia vt corpus. Nihil eīm ex lineis: neque ex superficiebus: neque ex punctis: videre potēs cōstare. Si autem erant substantia quædam materialis hoc vtique videtur potentia pati. Ratione quidem igitur sunt priora: sed non omnia quæcunque ratione priora substantia priora. Substantia quidem enim priora quemcunque separata in

causando excedunt. Ratione autem quorum rationes ex rationibus. hæc autem non simul existunt. Si enim sunt passiones præter substantias: puta motum aliquid aut album: albo homine. album prius secundum rationem: sed non secundũ substantiam. Non enim contingit separatum: sed semper simul cum synolo esse. Synolon autem dico hominem album. Quare manifestum quod neq; quod ex ablatione prius: neq; quod ex appositione posterius. Ex appositione enim albi album homo dicitur. Quod quidem igitur neq; substantiæ magis corporum sunt; neq; priora in essendo sensibilibus. sed ratione solũ: neq; separata aliter esse possibile dictum est sufficienter. Quoniam autem neq; in sensibilibus contingebat ipsa esse manifestum. Quod autem totaliter non sunt: & propter hoc nõ simpliciter sunt, multipliciter enim esse dicimus. Sicut enim & vniuersalia in mathematicis non de separatis sunt circa magnitudines & numeros sed de his qdã non inquãtũ. s. & talia qualia habere magnitudinẽ: aut esse diuisibilia palam qđ cõtingit de sensibilibus magnitudinibus esse: & rationes: & demonstrationes: non inquantum autem sensibiles: sed inquantum tales. Sicut enim & inquantũ mota solum multæ rationes sunt super eo quod quid est vnũquodq; taliũ accidentiũ ipsis. Et non necesse ꝓpter hoc: aut separatũ aliquid esse motũ sensibiliũ: aut in his aliquãtum naturã esse separatã: sic & de motis erũt rationes: & sciæ: nõ inquãtũ mota aũt: sed inquãtũ corpus solũ. Et iterũ inquãtũ plana solũ & inquãtũ lõgitudines solũ: & inquãtũ diuisibilia habẽtia positionẽ: & inquãtũ diuisibilia solum. Quare qm̃ simplr verũ nõ solũ separabilia esse: sed nõ separabilia: puta mota esse & mathematica: qa sunt simplr verũ dicere: & talia qualia dicunt: sicut & alias scias simplr verũ dicere: & hui⁹ esse accidẽtis: puta qa albi sed salubre albũ: hoc autẽ est salubris sed illius cuiusq; vna ꝙ si salubre. Salubris si inquantũ homo hoĩs sic & geometria nõ si accidit sensibilia esse quorũ est. Nõ est autẽ inquãtũ sensibilia non sensibilium erũt mathematicæ sciæ. Nõ tñ neq; præter hæc aliorũ separatorũ. Multa aũt accidũt secundũ se rebus inquãtũ rebus vnũqđq; existit taliũ, & inquãtũ fœmininũ aĩal: & inquantũ masculinũ ꝓprię passiones sũt: quãuis nõ sit aliqđ fœmininũ neq; masculinũ separatũ aĩaliũ. Quare & inquãtũ lõgitudines solũ & inquantũ plana plana. Et quãto vtiq; de prioribus ratione & simplicioribus tãto

magis

magis habet certũ. Hoc aũt simplex est super magnitudine magis quã cum magnitudine: & maxime super motu. Si autẽ motum maxime primum: simplicibus enim & huius qui terris. Eadẽ aũt ratio & de harmonica & speculatiua: natura enim in quãtũ visus: aut inquantũ vox speculat: sed inquãtũ lineę & numeri: proprie tamẽ hæc passiones illorũ & mathematicã simi liter. Quare siquis ponẽs separata accidẽtiũ speculatur aliquid de his inquantũ talia nulla propter hoc medicatio mentiet: sicut nec quãdo in terra scripsit pedalẽ: dicat nõ pedalẽ. Nõ enim propositionibus mendaciũ. Optime aũt vtiq; sic cõsiderabitur vnũquodq; siquis qđ nõ separatũ ponat separans qđ quidem arithmeticus facit: & geometer. Vnũ quidẽ enim indiuisibile: homo inquantũ homo hoc: aut post vnũ diuisibile. Deinde cõsiderauit si quid homini accidit inquãtũ indiuisibile: sed inquãtũ solidũ. Geometer aũt nõ inquãtũ homo neq; inquãtũ indiuisibilis: sed inquantũ solidũ. Quæ em̃ vtiq; & si quisq; erit indiuisibile inerãt ipsi palam q; sup his cõtingit ipsi existere possibile. Quare propter hoc recte geometræ dicũt: & de entibus disputãt: & entia sunt dĳ. Dupliciter enim sunt: ens hoc quidẽ actu: hoc verò materialiter. Quoniã aũt bonũ & malũ alterũ hoc quidẽ est semp in positione: bonũ aũt & in immobilibus: dicentes nihil dicere mathematicas scientias de bono aut optimo mẽtiunt. Dicũt enim & demonstrant maxime: non enim si non nominatum: opera autẽ & rationes ostẽdunt: non dicunt de ipsis: boni autem maxime ostẽdũt mathematicæ sciẽtiæ & quomodo multorũ causa videt hic. Dico autem puta ordo: & determinatur palã qđ dicẽt vtiq;: & talẽ causam eã quæ vt bonũ causã modo aliquo: magis autem voce in alĳs de ipsis dicemus. De mathematicis quidem igitur: & quod entia sunt: & qualiter entia: & quomodo non priora: tanta dicta sunt.



E ideis aũt po. ipsam secundũ ideam opinionẽ cõsiderãdũ nihil copulãtes ad numerorũ materiã. sed existimabãt à prĩcipio q primi ideas dixerũt esse. Accidit aũt quæ de speciebus opinio his q dixerũt psuasos esse de veritate. Heracliti rationibus tanq̃ õibus sensibilibus semper fluentibus: vt siquidem sciẽtia alicuius erit & prudẽtia alteras oportet aliquãs naturas esse præter sensibiles manentes. Non enim est fluentium scientiam. Socrate aut circa morales virtutes negociante: & de his diffinire

Socrates circa moralia negociatus est. Idem. j. m. t. c. 6.

vniuersaliter positio. Physicorũ qdẽ em̃ ad modicũ Demo. tetigit solũ: & dixerũt aliqualiter calidũ & frigidũ. Pythagorici aũt prius de quibusdã pauca quorũ ratiões in numeros retulerũt: puta qd est tps: aut iustũ: aut nuptiæ. Ille aũt ratioãbiliter quærebãt qd: syllogizare em̃ quærebat: principiũ aũt syllogismorũ ꝙ qd est: dialectica em̃ valida nõdũ tũc erat: vt posset & si nõ eo ꝙ qd est cõtraria speculari: & cõtrariorũ si eadẽ scientia. Duo em̃ sunt quæ qs vtiq; attribuet. Socrati iuste inductas ratiões & diffinire vlr: hæc em̃ sunt ambo circa principiũ sciẽtiæ. Sed So. quidẽ vlia nõ separabilia fecit: neq; diffinitiões. Hi aũt separauerũt: & talia entiũ ideas appellauerũt. Quare accidit ipsis ferre eadẽ ratiõe oĩm esse ideas vlr dictorũ: & similiter queadmodũ vtiq; si qs numerare volẽs in morib⁹ quidẽ existẽtib⁹ putet nõ posse: plura autẽ faciẽs numeret: plura enim sunt singularib⁹ sensibilib⁹: vt est dicere species: de quib⁹ quærẽtes causas ex his ꝓcesserũt: secundũ vnũ quodq; em̃ æquiuoce est: & secus substãtias alioquin vnum est in multis: & in his & in perpetuis. Adhuc secundũ quos modos ostendit̃ quia sunt species secũdum nullũ vniuersaliter horũ ex quibusdã: quidẽ em̃ non necesse fieri syllogismũ. Et quibusdã: & vt verò quorũ putant horũ species fiũt: secundũ ratiões enim eas quæ ex sciẽtĳs erũt species omniũ quorũcunq; sciẽtiæ sunt: & secundũ vnum in multis & negociũ: secundũ autẽ intelligere aliquid corrupti corruptibilium. Phãtasma enim aliquod eius ꝙ quid. Adhuc & certissime rationum hæ quidẽ eorũ quæ ad aliquid faciunt ideas: quarũ non & esse secundũ se genus. hoc aũt tertiũ hoĩm dicũt totaliter: & interimũt quæ de speciebus ratiões: quæ magnæ volunt esse dicẽtes species ideas accidit esse ei nõ esse. primo dualitatẽ: sed numerũ: & huius ꝙ ad aliquid: & quod eius ꝙ secundũ se: & oĩa quæcũq; quidẽ sequẽtes eas quæ de speciebus opiniões obiecerũt principĳs. Ad hoc secundũ quidẽ suspicationẽ secundũ quantũ aiũt esse ideas erunt species aliorumq; multorũ. Intelligit vnius nõ solũ circa substãtias: sed & qui nõ substantiarũ sunt & scientia non solũ substãtiæ erũt. Accidunt aũt & alia inuia talia: secũdũ aut necessariũ & opiniones quæ de ipsis si sunt participabiles species substantiarũ necessarium ideas esse solũ. Nõ secundũ accidẽs participant̃ sed oportet sic vnãquãq; participare inquãtũ nõ de subiecto dicunt̃. Dico & puta si qd ipso duplo participat hoc & ꝑpetuo participat: sed

Socrates nõ posuit vlia sepata a singularibus.

secundũ


secundũ accidẽs:accidit enim duplo perpetuũ esse. Quare erũt substãtia species. Hæc autem hic substãtiã figurant, & ibi autẽ quid erat dicere esse:aliquid præter hoc vnũ in multis, & si qui dem eadem species idearũ & participantiũ erit, aliquid commune. Quid enim magis & corruptibilibus dualitatibus: & dualitutibus multis quidem perpetuis, & dualitas autẽ vnũ & idem quãtũ in ipsa & quadã. Si autẽ non eadẽ species equi uoca vtiq; erunt, & simile sicut vtiq;:si quis vocet hominẽ cal liam & lignum nullam cõmunitatem inspiciens ipsorum. Si autem in aliĳs quidẽ communes rationes congruere ponamus speciebus puta ad circulũ figurã planum, & reliquas partes rationes, & quod cuius est apponetur:considerare oportet ne va cuum sit hic omnino. Cũ enim apponetur & medio autẽ plano aut omnibus. Omnia enim quæ in substãtia ideæ puta animal & bipes. Adhuc puta palam quod necesse ipsum aliquid quemadmodum planum numerum quẽdam aut omnibus inexistit speciebus vt genus.



OMNIVM autem maxime dubitabit vtiq; quis cõtinuerit species:aut perpetuis sensibilium:aut his quæ fiunt & corrũpuntur. Neq; enim motus neq; permutatiõis nullius sunt causæ ipsis. At vero neq; ad scientiã nihil auxiliatur quæ aliorũ: neq; enim substantia illæ horum in his vtiq; essent:neq; ad esse:neq; inexistens: participantibus:sic quidem enim forte causa videbitur vtiq; esse album mixtum ens ei quod album. Sed ille quidẽ sermo valde debilis quem Anax. quid priorum Eudoxius:aut posterius dicebat dubitans & aliĳ quidẽ. Facile enim multa colligere & imposibilia ad talem opinionem.

At vero neq; ex speciebus sunt alia secundũ modorũ consuetorum dici:dicere exteriora, & participare ipsius alia. Vaniloquium etiam & metaphoras poeticas dicere:quid enim operatur ad ideas respiciẽs cõtingit quæ esse & fieri quodcũq; & nõ assimilantiũ. Quare & ente Socrate & nõ ente fiet vtiq; quale Socrates. Similiter autem palam:quia & vtiq; erit Socrates perpetuus:eruntq; plura exteriora eiusdẽ: quã & species:puta hominis animal & bipes:simul autẽ & ante antropos. Adhuc nõ solũ sensibiliũ exteriora species sed & ipsarũ: puta genus earũ quæ vt genus specierũ. Quare idem erit exemplar & imago. Adhuc videbitur vtiq; imposibile seorsum esse

substantiã,& cuius substãtia quare quo vtiq3 ideæ substantiæ erunt existentes seorsum erunt. In Phedrone autem hoc dicitur modo tanquã & essendi & fiendi causa species sint: quãuis speciebus existentibus tamen non fit si nõ sit moriens:& multa fiunt alia:puta domus & annulus:quorũ non aiunt esse species. Quare palã quod contingit & illa quorũ aiunt ideas esse & esse & fieri propter tales causas quales & dicta nunc: sed nõ propter species:sed de ideis quidem,& hoc modo & per magis certas & multa colligere similia considerans.



QVONIAM autem determinatũ de his bene habet iterum speculari circa numeros accidentia dicẽtibus ipsos esse substantias separatas:& entiũ causas primas. Necesse autem siquidem est numerus natura quædam & non alia est ipsius: sicut aiunt quidem: aut esse primum aliquid ipsius habitum: aut alterum ens specie vnumquodq3,& hoc aut in vnitatibus confestim existit est in conferibilis quæcunq3 vnitas cuicunq3 vnitati: aut confestim consequenter omnes,& conferibiles cuicũq3 quæcunq3 dicunt esse mathematicũ numerũ. In machinando enim nihil differt: neq3 vna vnitas altera ab altera: vt has quidem cõferibiles: has autem non puta si post vnum prima dualitas: deinde trinitas: & sic vtiq3 alius numerus. Sunt & conferibiles que in vnoquoque numero vnitates:puta in dualitate prima ipsis,& quæ in trinitate prima,& sic itaq3 in aliis numeris. Quæ autẽ in dualitate ipsa ad eas quæ in trinitate ipsa & inconferibiles. Similiter autem & in aliis qui cõmuniter numerus propter quod & mathematicus quidẽ numeratur post vnũ duo, cum anteriori vno aliud vnum & tria cum duobus his aliud vnum: reliquo autem eodem. Iste autem post vnum duo altera super vno primo & trinitas super dualitate:super quod & alius numerus:& adhuc quidem esse numerorũ qualis qui primus dictus est habet & quale mathematici dicunt:tertiũ autẽ dictum vltimo.

Adhuc hos autẽ separabiles numero à rebus:aut non separabiles:sed in sensibilibus non sicaut vt primo considerabamus: sed vt ex numeris inexistentibus entia sensibilia,& hæc quidẽ ipsorũ esse:hæc autẽ omnis esse. Modi quidẽ igitur secundum quos contingit ipsos esse hi sunt ex necessitate soli:fere autem & dicentes vnum prius esse & substantiã & elementũ omniũ: & ex hoc aliquo alio esse numerũ vnusquisq3 horum aliquo modo

modo dixit præter id quod omnes vnitates cōferibiles, & hoc accidit rationaliter. Non enim cōtinget adhuc alium modum esse præter prædictos modos. Hi quidem igitur ambos aiunt esse numeros habentem quidem prius & posterius: mathematicum autem præter ideas & sensibilia & separabiles vtrosq;. Hi & mathematicum solum numerum esse primum entium separatum à sensibilibus, & pythagori autem vnum mathematicum vnitum non separatū: sed ex hoc sensibiles substantias constare aiunt. Totum enim cælum constituunt ex numeris sed monadicis: sed vnitates existimantur habere magnitudinem. Qualiter autem primum vnum constet habens magnitudinem dubitare videntur: alius autem aliquis primum numerum eorum qui specierum vnum esse: quidā autem & mathematicum eundem habent esse. Similiter autem & circa longitudines: & circa plana, & circa solida hi quidem enim ad quæ mathematica & q̄ post ideas aliter: & dicentiū hi quidem quæ mathematica: & mathematice dicunt quicunq; non faciūt ideas numeros: neq; esse autē ideas. Hi & mathematica nō mathematica aūt. Neq; em̄ oīm: neq; autē esse ideas: hi autem mathematica: non mathematice autē neq; enim in omni neq; magnitudinem omnem in magnitudines: neq; quascūq; vnitates dualitatē esse. Monadicos & numeros esse omnes ponunt exceptis pythagoricis quæcunq; vnū elementū & principium aiunt esse entium. Illi autem habentem magnitudinem quemadmodum dictū prius. Quot modis quidē igitur contingit dici de ipsis: & quod omnes sunt dicti modi manifestum ex his. Sunt autem omnia quidē impossibilia: magis autem forte altera alteris.



PRIMO quidem igitur considerandū si conferibiles vnitates aut inconferibiles. si conferibiles qualiter sicut diuisimus. Est quidem enim quantūcunq; esse cuicunq; vnitati inconferibile: stautē eas quæ in ipsa dualitate ad eas quæ in ipsa trinitate: & sic vtiq; inconferibile esse eas quæ in vnoquoq; primo numero adinuicem. Si quidem igitur omnes conferibiles & indifferentes vnitates mathematicæ fit numerus & vnus solus: & ideas non contingit esse numeros. qualis enim numerus: & vnus solus erit ante antropos: aut animal: aut aliud quodcunq; specierum: idea quidē enim numeri vniuscuiusq; antuantropi l vna: & per se alias

